ΠΛΑΤΩΝ

PLATONIS PHILOSOPHI
QUAE EXSTANT

GRAECE AD EDITIONEM HENRICI STEPHANI
ACCURATE EXPRESSA
CUM MARSILII FICINI INTERPRETATIONE
ACCEDIT VARIETAS LECTIONIS
STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE

A. 6



VOLUMEN QUARTUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCLXXXIII

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
4045
92.406
II

ΓΟΡΓΙΑΣ

ΠΟΛΙΣ

ΓΟΡΓΙΑΣ
Η
ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.
Ἀνατρεπτικός.

GORGIAS
SIVE
DE RHETORICA.
Refutandi sive evertendi causa institutus.

ARGUMENTUM.

De Rhetorica hic agitur, tum ut Sophistarum commenta in hanc artem invecta refutentur, tum etiam, ut quaenam sit eius natura doceatur. Vox igitur ἀνατρεπτικοῦ, inscriptioni subiuncta, ostendit, quatenus de Rhetorica hic potissimum agere instituat Plato: nempe ut doceat, quam perperam Sophistae Rhetorica abutantur: quippe qui nec veram eius definitionem, nec verum usum intelligerent: id est, nec naturam, nec subiectum, in quo proprie versetur, nec finem, ad quem debeat referri. Quibus duobus capitibus haec refutatio continetur. Hactenus igitur damnat Rhetoricam Plato, non simpliciter quidem omnem Rhetoricam, sed eam, quae a Sophistis traderetur, & a maxima illorum hominum qui in republica versabantur parte, usurparetur. Quamvis autem minime tradat praecepta Rhetorices veluti ab incunabulis artis repetita: nihilominus tamen veram germanamque docet rationem orationis bene constituendae: usum videlicet Rhetorices, sine quo constare illa nullo modo potest. Itaque disputationis istius

duplex eſt theſis: ut nimirum evertat Sophiſtarum ſimulacra, qui dum Rhetorum nomen ementirentur, & ſpecioſo illo titulo fumos ſuos populo venderent, veram tamen Rhetorices naturam, & verum uſum plane perverterent. Altera diſputationis pars in docendo verſatur, & illius naturam ex contrario docet. quantum enim adimit adulatrici illi Rhetoricae, tantum tribuit ei, quam veram & genuinam appellat.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΓΟΡΓΙΑΣ, ΠΩΛΟΣ.

p. 447 a. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, οὕτω μεταλάγχάνειν. ΣΩ. Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑςεροῦμεν; ΚΑΛ. Καὶ μάλα γε ἀςείας ἑορτῆς. πολλὰ γὰρ καὶ καλὰ Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδείξατο. ΣΩ. Τούτων μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος Χαιρεφῶν ὅδε, ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρίψαι. ΧΑΙ. Οὐ- b. δὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες. ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι. φίλος γάρ μοι Γοργίας· ὥστ' ἐπιδείξεται ἡμῖν, εἰ μὲν δοκεῖ, νῦν· ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐσαῦθις. ΚΑΛ. Τί δὲ, ὦ Χαιρεφῶν; ἐπιθυμεῖ Σω-

DIALOGI PERSONAE

CALLICLES, SOCRATES, CHAEREPHO, GORGIAS, POLUS.

SIC ad bellum & pugnam cum itur, o Socrates, ferunt eſſe cunctandum. *So.* Numquid poſt feſtum, ut dici ſolet, venimus, ſeroque adſumus? *Cal.* Equidem poſt feſtum mire iucundum. multa enim & praeclara paulo ante Gorgias nobis expoſuit. *So.* Tarditatis huius cauſa hic Chaerepho, o Callicles, fuit, qui trahere nos moram in foro coëgit. *Chae.* Nihil id quidem incommodi, o Socrates, fuerit. remedium enim adhibebo, cum mihi amicus ſit Gorgias: qui ſive nunc, ſive alias mavis, nobis eadem demonſtrabit. *Cal.* Quid, o Chae-

κράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; ΧΑΙ. Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. ΚΑΛ. Οὐκοῦν ὅταν βούλεσθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε, παρ' ἐμοὶ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ' ἆρα ἐθελήσειεν ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι; βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ τίς ἡ δυ- c. ναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρός· καὶ τί ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν εἰσαῦθις, ὥσπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω. ΚΑΛ. Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτὸ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως. ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅ, τι τὶς βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. ΣΩ. Ἡ καλῶς λέγεις. ὦ Χαιρεφῶν, ἔρου αὐτόν. ΧΑΙ. Τί ἐρωμαι; ΣΩ. Ὅστις ἐστίν. d. ΧΑΙ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ὡσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημάτων δημιουργὸς, ἀπεκρίνατο ἂν δή που σοὶ ὅτι σκυτοτόμος. ἢ οὐ μανθάνεις ὃ λέγω; ΧΑΙ. Μανθάνω· καὶ ἐρήσομαι. Εἰπέ μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγ-

repho? num Socrates audire Gorgiam cupit? *Chae.* Ob id ipsum certe adsumus. *Cal.* Quando igitur cunque vobis ad me libuerit ingredi, licebit. apud me enim divertit Gorgias, qui aperiet quod cupitis, & explicabit. *So.* Bene loqueris, Callicles. Sed num vellet in praesentia nobiscum differere? Cupio enim ab ipso percontari, quaenam artis suae vis sit & potentia, quidve ipse profiteatur ac doceat. Ceterarum vero rerum, quemadmodum dicis, expositionem nobis alias afferat. *Cal.* Nihil vetat eum interrogare, o Socrates. nam id quoque in sua professione ac praedicatione continebatur. Iussit ergo paulo ante omnes qui intus aderant, ut quam quisque vellet quaestionem induceret, se singulis responsurum promittens. *So.* Rem certe praeclaram narras. Itaque, Chaerepho, interroga ipsum. *Chae.* Quidnam interrogem? *So.* Quisnam ipse sit. *Chae.* Quonam pacto dicis? *So.* Veluti si artifex calceorum foret, responderet certe, se coriarium esse. an quod dico nondum etiam intelligis? *Chae.* Intelligo sane, & iam rogabo. Dic mihi, o Gorgia, num vera dicit Callicles, te profiteri

γέλλῃ ἀποκρίνεσθαι ὅ, τι ἄν τις σε ἐρωτᾷ; ΓΟΡ. Ἀληθῆ;
p. ὦ Χαιρεφῶν. καὶ γὰρ δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην·
448 καὶ λέγω ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν.
a. ΧΑΙ. Ἦ που ἄρα ῥᾳδίως ἀποκρίνῃ, ὦ Γοργία. ΓΟΡ. Πάρεσι τούτου πεῖραν, ὦ Χαιρεφῶν, λαμβάνειν. ΠΩΛ. Νὴ Δία· ἂν δέ γε βούλῃ, ὦ Χαιρεφῶν, ἐμοῦ. Γοργίας μὲν γὰρ καὶ ἀπειρηκέναι μοι δοκεῖ· πολλὰ γὰρ ἄρτι διελήλυθε. ΧΑΙ. Τί δὲ, ὦ Πῶλε; οἴει σὺ κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι; ΠΩΛ.
b. Τί δὲ τοῦτο, ἐὰν σοί γε ἱκανῶς; ΧΑΙ. Οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ βούλει, ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἐρώτα. ΧΑΙ. Ἐρωτῶ δή. εἰ ἐτύγχανε Γοργίας ἐπιξήμων ὢν τῆς τέχνης ἥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρόδικος, τίνα ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΧΑΙ. Ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγομεν. ΠΩΛ. Ναί. ΧΑΙ. Εἰ δέ γε ἥσπερ Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος, ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔμπειρος ἦν τέχνης, τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν;
c. ΠΩΛ. Δηλονότι ζωγράφον. ΧΑΙ. Νῦν δ' ἐπειδὴ τινὸς τέχ-

respondurum ad omnia, de quibus quilibet ſciſcitetur? *Gor.* Vera ait, o Chaerepho. nempe modo id ipſum praedicabam, atque adeo nihil novi a me quenquam multis annis percontatum eſſe dico. *Chae.* Haud igitur difficulter reſpondes, Gorgia. *Gor.* Licet huius rei, Chaerepho, periculum facere. *Pol.* Licet per Iovem: ſed commodius in me, ſi velis, o Chaerepho. nam Gorgias quidem iam dicendo defeſſus mihi videtur, ut qui multa paulo ante diſſeruit. *Chae.* Quid tu, Pole? num praeclarius te quam Gorgiam reſponſurum arbitraris? *Pol.* Quid intereſt, dummodo ſatis tibi fiat? *Chae.* Nihil. ſed quoniam vis, reſponde. *Pol.* Interroga. *Chae.* Iam interrogo. Si Gorgias eius artis peritus eſſet, quam frater eius Herodicus callet, quo ipſum nomine rectiſſime nuncuparemus? nonne eodem, quo illum? *Pol.* Prorſus. *Chae.* Medicum ergo vocantes, recte vocaremus? *Pol.* Ita. *Chae.* Si autem eam artem, quam Ariſtopho filius Aglaophontis, aut frater eius, haberet perceptam, quem recte ipſum appellaremus? *Pol.* Certe pic-

γης ἐπιςήμων ἐςὶ, τίνα ἂν καλοῦντες αὐτὸν, ὀρθῶς καλοῖμεν; ΠΩΛ. Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι. ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην· ἀπειρία δὲ, κατὰ τύχην. ἑκάςων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως· τῶν δὲ ἀρίςων, οἱ ἄριςοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐςὶν ὅδε, καὶ μετέχει τῆς καλλίςης τῶν τεχνῶν. ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Γοργία, φαίνεται Πῶλος παρεσκευάσθαι εἰς λόγους· ἀλλὰ γὰρ d. ὃ ὑπέσχετο Χαιρεφῶντι, οὐ ποιεῖ. ΓΟΡ. Τί μάλιςα, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Τὸ δὴ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι φαίνεται ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλὰ σὺ, εἰ βούλει, ἔρου αὐτόν. ΣΩ. Οὐκ· εἰ αὐτῷ γε σοὶ βουλομένῳ ἐςὶν ἀποκρίνεσθαι. ἀλλὰ πολὺ ἂν ἥδιον σύ. δῆλος γάρ μοι Πῶλος καὶ ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμελέτηκεν, ἢ διαλέγεσθαι. ΠΩΛ. Τί δὴ, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐρομένου e. Χαιρεφῶντος, τίνος Γοργίας ἐπιςήμων τέχνης, ἐγκωμιάζεις

torem. *Chae.* Nunc autem, cum artis alicuius peritus sit Gorgias, quem ipsum recte vocabimus? *Pol.* O Chaerepho, multae quidem artes insunt hominibus, ex peritia perite adinventae. peritia enim efficit, ut vita nostra per artem incedat: imperitia vero, ut per fortunam temere circumvagetur. Illarum artium alii alias & alias aliter atque aliter consequuntur: optimas vero optimi: quorum ex numero hic est Gorgias, arte pulcherrima praeditus. *So.* Praeclare quidem, o Gorgia, videtur Polus ad dicendum instructus. verumtamen quod promisit Chaerephonti, non praestat. *Gor.* Quidnam potissimum, o Socrates? *So.* Ad interrogationem quidem non satis respondisse mihi videtur. *Gor.* At tu rursus, si voles, ipsum rogato. *So.* Quod si tu, Gorgia, respondere mihi non dedigneris, a te ipso libentius, quam a Polo, quaererem. Mihi enim patet, Polum per ea quae modo respondit, rhetoricae quam vocant, magis quam disserendi arti, operam dedisse. *Pol.* Quid ita, o Socrates? *So.* Quia cum interrogasset Chaerepho, cuius artis peritus esset Gorgias, laudasti tu quidem, o Pole, eius ar-

μὲν αὐτοῦ τὴν τέχνην, ὥσπερ τινὸς ψέγοντος· ἢ τις δὲ ἔστι οὐκ ἀπεκρίνω. ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἀπεκρινάμην ὅτι εἴη καλλίστη; ΣΩ. Καὶ μάλα. ἀλλ' οὐδεὶς ἐρωτᾷ ποια τις εἴη ἡ Γοργίου τέχνη, ἀλλὰ τίς, καὶ ὀντινα δέοι καλεῖν τὸν Γοργίαν. ὥσπερ τὰ ἔμπροσθεν σοὶ ὑπετείνατο Χαιρεφῶν, καὶ αὐτῷ καλῶς
p. καὶ διὰ βραχέων ἀπεκρίνω· καὶ νῦν οὖν οὕτως εἰπὲ, τίς ἡ
449 τέχνη, καὶ τινα Γοργίαν καλεῖν χρὴ ἡμᾶς. μᾶλλον δὲ, ὦ
a. Γοργία, αὐτὸς ἡμῖν εἰπὲ τίνα σὲ χρὴ καλεῖν, ὡς τινος ἐπιστήμονα τέχνης. ΓΟΡ. Τῆς ῥητορικῆς, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλεῖν; ΓΟΡ. Ἀγαθόν γε, ὦ Σώκρατες· εἰ δή ὅ γε εὔχομαι εἶναι, ὡς ἔφη Ὅμηρος, βούλει με καλεῖν. ΣΩ. Ἀλλὰ βούλομαι. ΓΟΡ. Κάλει δή. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ
b. ἄλλους σὲ φῶμεν δυνατὸν εἶναι ποιεῖν; ΓΟΡ. Ἐπαγγέλλομαι γε δὴ ταυτα οὐ μόνον ἐνθάδε, ἀλλὰ καὶ ἀλλοθι. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐθελήσαις ἂν, ὦ Γοργία, ὥσπερ νῦν διαλεγόμεθα, διατελέσαι τὸ μὲν, ἐρωτῶν, τὸ δ', ἀποκρινόμενος· τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων τοῦτο, οἷον καὶ Πῶλος ἤρξατο, εἰσαῦθις ἀποδέ-

tem, quasi quis eam vituperasset: quae vero illa sit, non exposuisti. *Pol.* Nonne pulcherrimam esse respondi? *So.* Prorsus quidem. sed nemo qualis ea esset, quærebat; sed quaenam, & quem oporteret Gorgiam vocari: quemadmodum prius Chaerephon tibi proposuerat, ac pulchre breviterque illi tu respondebas. Nunc ergo eadem ratione dicas, quaenam sit ars, & quem Gorgiam simus appellaturi. Immo vero tu, Gorgia, nobis responde, quem nominari te deceat, & cuius artis peritum. *Gor.* Rhetoricae, o Socrates. *So.* Rhetorem ergo te appellare debemus? *Gor.* Et bonum quidem, si me, quod iacto esse, ut ait Homerus, nominare velis. *So.* Volo equidem. *Gor.* Nomina ergo. *So.* An dicemus alios quoque te facere posse? *Gor.* Haec equidem non apud vos solum, verum etiam apud alios profiteor. *So.* Sed numquid velles, Gorgia, quemadmodum incepimus disputationem peragere: partim quidem interrogando, partim etiam respondendo, prolixitatem illam verborum, qua uti coeperat Polus, in aliud tempus reservans? Verum

σθαι; ἀλλ' ὅπερ ὑπισχνῇ, μὴ ψεύσῃ, ἀλλὰ ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι. ΓΟΡ. Εἰσὶ μὲν, ὦ Σώκρατες, ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀναγκαῖαι διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί γε ὡς διὰ βρα- c.
χυτάτων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημὶ, μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. ΣΩ. Τούτου μὴν δεῖ, ὦ Γοργία· καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βραχυλογίας· μακρολογίας δὲ, εἰσαῦθις. ΓΟΡ. Ἀλλὰ ποιήσω· καὶ οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι. ΣΩ. Φέρε δὴ (ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπιστήμων τέχνης εἶναι, καὶ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ῥήτορα) ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τῶν ὄντων τυγχάνει d.
οὖσα, ὥσπερ ἡ ὑφαντικὴ περὶ τὴν τῶν ἱματίων ἐργασίαν· ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἡ μουσικὴ περὶ τὴν τῶν μελῶν ποίησιν, ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Γοργία, ἄγαμαί σου τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι ἀποκρίνῃ ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων. ΓΟΡ. Πάνυ γὰρ οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐπιεικῶς τοῦτο ποιεῖν. ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτως καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, περὶ τί τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη. ΓΟΡ. e.

quod mihi promiſeris obſervato: atque ad interrogata quam breviſſime reſpondeto. *Gor.* Sunt quidem, o Socrates, reſponſiones quaedam longioribus verbis neceſſario exſequendae: operam tamen dabo, ut quam breviſſime tibi reſpondeatur. Hoc ipſum namque ex his eſt quae profiteor, neminem compendioſius me rem eandem explicare poſſe. *So.* Hac mihi, Gorgia, opus eſt brevitate; eiusque mihi ut ſpeciem praebeas oro: copiam vero aliud in tempus differto. *Gor.* Faciam equidem, ut neminem dicas unquam te audiviſſe me breviorem. *So.* Age iam, rhetoricae artis te habere ſcientiam dicis, aliosque poſſe rhetores facere: ipſa vero rhetorica circa aliquid verſatur, veluti textoria circa veſtium confectionem. nonne? *Gor.* Sic. *So.* Nonne & muſica circa melodiae perfectionem? *Gor.* Sic. *So.* Per Iovem, o Gorgia, reſponſiones hae tuae mirifice me oblectant, quando eas quam breviſſimis abſolvis. *Gor.* Spero, me tibi in hoc voto ſatisfacturum tuo. *So.* Recte ais. Sed &

Περὶ λόγους. ΣΩ. Ποίους τούτους, ὦ Γοργία; ἆρα οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας, ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; ΓΟΡ. Οὔ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα περὶ πάντας γε τοὺς λόγους ἡ ῥητορικὴ ἐστιν. ΓΟΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν λέγειν γε ποιεῖ δυνατούς. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν, καὶ φρονεῖν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἡν νῦν δὴ λέγομεν
P. ἰατρικὴν, περὶ τῶν καμνόντων ποιεῖ δυνατοὺς εἶναι φρονεῖν
450 καὶ λέγειν; ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Καὶ ἡ ἰατρικὴ ἄρα, ὡς
a. ἔοικε, περὶ λόγους ἐστί. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Τούς γε περὶ τὰ νοσήματα; ΓΟΡ. Μάλιστα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἡ γυμναστικὴ περὶ λόγους ἐστὶ τοὺς περὶ εὐεξίαν τε τῶν σωμάτων καὶ κακεξίαν. ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι, ὦ Γοργία, οὕτως ἔχουσιν· ἑκάστη αὐτῶν περὶ λόγους ἐστὶ
b. τούτους, οἳ τυγχάνουσιν ὄντες περὶ τὸ πρᾶγμα οὗ ἑκάστη ἐστὶν ἡ τέχνη. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Τί οὖν δή ποτε τὰς ἄλλας οὐ ῥητορικὰς καλεῖς, οὔσας περὶ λόγους, εἴπερ ταύτην

de rhetorica similiter respondet, quorumnam scientia sit. *Gor.* Sermonum. *So.* Qualium, o Gorgia, sermonum? num eorum, qui ostendunt qua victus ratione aegrotantes convalescere possint? *Gor.* Non. *So.* Non igitur circa sermones omnes versatur rhetorica. *Gor.* Nequaquam. *So.* Verumtamen circa eos qui dicendi facultatem praestant. *Gor.* Sic. *So.* Numquid rhetorica in quibus dicendi, in eisdem & intelligendi vim praebet? *Gor.* Quidni? *So.* Nonne medicina, de qua modo dicebamus, efficit ut aegrotantium curationem & intelligere, & differere etiam de ea queamus? *Gor.* Necesse est. *So.* Et medicina igitur, ut apparet, circa sermones versatur. *Gor.* Sic est. *So.* Eos videlicet, qui ad morbos pertinent. *Gor.* Maxime. *So.* Nonne & gymnastica circa sermones est de bona malave corporum habitudine? *Gor.* Certe. *So.* Atqui & aliae artes, o Gorgia, eadem ratione se habent. quaelibet enim earum versatur circa sermones eos, qui ea de re habentur, in qua ipsa occupari solet. *Gor.* Apparet. *So.* Cur ergo artes alias non appellas rhetoricas, cum circa sermones sint? si quidem

ῥητορικὴν καλεῖς, ἢ ἂν ᾖ περὶ λόγους; ΓΟΡ. Ὅτι, ὦ Σώκρατες, τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν περὶ χειρουργίας τε καὶ τοιαύτας πράξεις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πᾶσά ἐστιν ἡ ἐπιστήμη· τῆς δὲ ῥητορικῆς οὐδὲν ἐστι τοιοῦτον χειρούργημα, ἀλλὰ πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κύρωσις διὰ λόγων ἐστί. διὰ ταῦτ' ἐγὼ τὴν ῥη- c.
τορικὴν τέχνην ἀξιῶ εἶναι περὶ λόγους· ὀρθῶς λέγων, ὡς ἐγώ φημι. ΣΩ. Ἆρ' οὖν μανθάνω οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν· τάχα δὲ εἴσομαι σαφέστερον. ἀλλ' ἀπόκριναι. εἰσὶν ἡμῖν τέχναι. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναι. ΣΩ. Πασῶν δὴ οἶμαι τῶν τεχνῶν, τῶν μὲν, ἐργασία τὸ πολὺ ἐστι, καὶ λόγου βραχέος δέονται· ἔνιαι δὲ, οὐδενός· ἀλλὰ τὸ τῆς τέχνης περαίνοιτο ἂν καὶ διὰ σιγῆς, οἷον γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιΐα, καὶ ἄλλαι πολλαί. τὰς τοιαύτας μοι δοκεῖς λέγειν, περὶ ἃς οὐ φῂς τὴν ῥητο- d.
ρικὴν εἶναι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἕτεραι δέ γε εἰσὶ τῶν τεχνῶν αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι, καὶ ἔργου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ οὐδενὸς προσδέονται, ἢ βραχέος πάνυ· οἷον ἡ ἀριθμητικὴ, καὶ ἡ λο-

hanc ipsam, quae sit circa sermones, rhetoricam constituis. *Gor.* Quia ceterarum quidem artium scientia omnis, o Socrates, circa manuaria opera, actionesque huiusmodi, ut ita dixerim, versatur. Rhetoricae vero nullum est opus eiusmodi, sed omnis actio eius atque potestas in dicendo consistit. unde rhetoricam esse artem circa sermones censeo: idque recte dicere me affirmo. *So.* Intelligo quam velis eam dicere: forte vero clarius comprehendam. sed responde. Sunt nobis artes, an non? *Gor.* Sunt. *So.* Ex omnium numero artium alias esse arbitror, quae in opere plurimum versantur, verbis autem parum admodum indigent: alias vero quae nullis, sed etiam per silentium perfici possunt: quemadmodum ars pingendi, & statuaria, & aliae multae. Ex talium numero negare videris esse rhetoricam. *Gor.* Recte admodum, Socrates, accipis. *So.* Aliae praeterea artes sunt, quae verbis totum peragunt: opere vero aut nullo, ut ita dicam, aut certe perexiguo, opus habent. qualis est arithmetica, computatoria, geometrica, &

γιστικὴ, καὶ ἡ γεωμετρικὴ, καὶ ἡ πεττευτική γε, καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι· ὧν ἔνιαι σχεδόν γε ἴσους τοὺς λόγους ἔχουσι ταῖς πράξεσιν, αἱ δὲ πολλαὶ, πλείους· καὶ τοπαράπαν πᾶσα
e. ἡ πρᾶξις καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. τῶν τοιούτων τινὰ μοι δοκεῖς λέγειν καὶ τὴν ῥητορικήν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ἀλλ' οὔτι τούτων γε οὐδεμίαν οἶμαί σε βούλεσθαι ῥητορικὴν καλεῖν· οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι οὕτως εἶπες, ὅτι ἡ διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσα, ῥητορική ἐστιν· καὶ ὑπολάβοι ἄν τις, εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν τοῖς λόγοις, τὴν ἀριθμητικὴν ἄρα ῥητορικὴν, ὦ Γοργία, λέγεις; ἀλλ' οὐκ οἶμαί σε οὔτε τὴν ἀριθμητικὴν, οὔτε τὴν γεωμετρίαν, ῥητορικὴν λέ-
P. γειν. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, ὦ Σώκρατες, καὶ δικαίως ὑπο-
451 a. λαμβάνεις. ΣΩ. Ἴθι νῦν, καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν ἣν ἠρόμην διαπέρανον. ἐπεὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει μὲν οὖσα τούτων τῶν τεχνῶν τῶν τοπολὺ λόγῳ χρωμένων, τυγχάνουσι δὲ καὶ ἄλλαι τοιαῦται οὖσαι, πειρῶ εἰπεῖν ἡ περὶ τί ἐν λόγοις τὸ κῦρος ἔχουσα, ῥητορική ἐστιν. ὥσπερ ἄν εἴτις με ἔροιτο ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡστινοσοῦν τῶν τεχνῶν, ὦ Σώκρατες, τίς

tesserarum talorumque ludus, & aliae multae artes: quarum quaedam verba actionibus ferme adaequant; plurimae iis etiam superant: atque omnino omnis earum actio ac vis in eiusmodi verbis consistit. Talem aliquam videris mihi rhetoricam dicere. *Gor.* Vera dicis. *So.* Attamen harum nullam arbitror te rhetoricam appellare: quamvis verbo dixeris, artem in dicendo vim habentem esse rhetoricam. nam si quis cavillari vellet, sic argumentationem susciperet: Ergo arithmeticam rhetoricam nuncupas? Non opinor tamen, te vel arithmeticam, vel geometriam, rhetoricam dicere. *Gor.* Vere putas, Socrates, & recte quae dico capis. *So.* Age, nunc & tu responsionem quam petebam perfice. cum enim rhetorica sit ex earum numero artium, quae ut plurimum verbis utuntur, sint vero & aliae tales: conare nobis exprimere, quaenam ars, & circa quid in dicendo vim praecipuam habeat rhetorica. Veluti si quis in artibus, quas supra commemorabam, me interroget, quae-

ἔστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη, εἴποιμ' ἂν αὐτῷ, ὥσπερ σὺ ἄρτι, b.
ὅτι τῶν διὰ λόγου τις τὸ κῦρος ἐχουσῶν. καὶ εἴ με ἐπανέροι-
το τῶν περὶ τί, εἴποιμ' ἂν ὅτι τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ
περιττὸν γνῶσις, ὅσα ἂν ἑκάτερα τυγχάνῃ ὄντα. εἰ δ' αὖ
ἔροιτο, τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἂν ὅτι
καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων. καὶ εἰ ἐπανέροι-
το περὶ τί, εἴποιμ' ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι,
ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ, καὶ ἡ λογιστικὴ, c.
ἔχει (περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι τό, τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν)
διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα
πῶς ἔχει πλήθους, ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον ἡ λο-
γιστική. καὶ εἴτις τὴν ἀστρονομίαν ἀνέροιτο, ἐμοῦ λέγοντος,
ὅτι καὶ αὕτη λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα, οἱ δὲ λόγοι οἱ τῆς
ἀστρονομίας εἰ φαίη περὶ τί εἰσὶν, ὦ Σώκρατες, εἴποιμ' ἂν ὅτι
περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν, καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, πῶς πρὸς
ἄλληλα τάχους ἔχει. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γε λέγων σὺ, ὦ Σώκρα- d.

nam illarum diceretur arithmetica: responderem utique, veluti tu modo aiebas, eam esse earum ex artium numero, quae in verbis facultatem habent. Ac si rursus percontaretur, circa quid versetur, dicerem circa paris imparisque cognitionem, quot utraque sint. Quin etiam si requirat iterum, computatoriam vero artem quam appellem, respondebo, hanc quoque inter eas artes connumerari, quarum facultas omnis in verbis posita est. Rursus si roget, circa quid versetur, respondebo eorum more, qui decreta conscribunt in populo: videlicet computatoriam per cetera quidem ab arithmetica nihil differre. Nempe circa idem utraque, par scilicet atque impar, versatur: sed in hoc dissimiles, quoniam computatoria considerat par & impar, quam & ad se & invicem quantitatis conficiant summam. Praeterea si quis me dicente, astronomiam in earum artium genere collocari, quarum facultas omnis in verbis cernitur, rursus percontaretur, circa quid potissimum versentur astronomiae verba: subiicerem, circa astrorum motum solisque & lunae, qua invicem ratione illorum se ha-

τες. ΣΩ. Ἴϑι δὴ καὶ σὺ, ὦ Γοργία. τυγχάνει μὲν γὰρ δὴ οὖσα ἡ ῥητορικὴ τῶν λόγῳ τὰ πάντα διαπραττομένων τε καὶ κυρουμένων τίς. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ἔϛι ταῦτα. ΣΩ. Λέγε δὴ τῶν περὶ τί ἐϛὶ τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται. ΓΟΡ. Τὰ μέγιϛα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὦ Σώκρατες, καὶ ἄριϛα. ΣΩ. Ἀλλ', ὦ Γοργία, ἀμφισβητήσιμον καὶ τοῦτο λέγεις, καὶ οὐδέν πω σαφές. οἶομαι
e. γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ἀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιόν· ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ἄδοντες, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν, ἄριϛόν ἐϛι· τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι· τριτον δὲ (ὡς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ) τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. ΓΟΡ. Ἀκήκοα γάρ· ἀλλὰ πρὸς τί λέγεις τοῦτο; ΣΩ. Ὅτι σοι
p. αὐτίκα ἂν παραϛαῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων ὧν ἐπῄνεσεν ὁ τὸ
452 σκολιὸν ποιήσας, ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης, καὶ χρηματι-
a. ϛής. καὶ εἴποι πρῶτον μὲν ὁ ἰατρὸς, ὅτι, ὦ Σώκρατες, ἐξα-πατᾷ σε Γοργίας. οὐ γάρ ἐϛιν ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιϛον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡ ἐμή. εἰ οὖν αὐτὸν ἐγὼ

beant curſus. *Gor.* Recte profecto, o Socrates, reſponderes. *So.* Age iam & tu, o Gorgia. Profecto rhetorica ex illis eſt artibus, quae verbo tractant omnia & perficiunt. nonne? *Gor.* Profecto. *So.* Dic ergo, quid ex omnibus id ſit potiſſimum, de quo hi ſermones habentur, quibus utitur rhetorica? *Gor.* Maxima & optima rerum humanarum negotia. *So.* Atqui & hoc quoque ambiguum eſt, Gorgia, nec ullo modo clarum. arbitror equidem, te cantilenam illam, quae circum in conviviis canitur, audiviſſe, in qua cantores ita connumerant: Optimam rem eſſe omnium, proſperam eſſe valetudinem: Secundo, egregiam formam: Tertio, divitias, ut ipſius poëtae verbis utar, nulla fraude quaeſitas. *Gor.* Audivi ſane. ſed quorſum haec? *So.* Quoniam ſubito tibi rerum, quae in ea cantilena laudantur, artifices occurrerent, medicus videlicet, & paedotriba, & nummator. Primusque ſtatim diceret medicus, Decipit te Gorgias, o Socrates. non enim ars eius ad maximum hominum bonum ſpectat, ſed mea. Ubi ſi ego ab eo,

ἐροίμην, Σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις; εἴποι ἂν ἴσως ὅτι ἰατρός. Τί οὖν λέγεις; ἡ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; Πῶς γὰρ οὔ, φαίη ἂν ἴσως, ὦ Σώκρατες, ὑγίεια; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας; εἰ δ' αὖ μετὰ b. τοῦτον ὁ παιδοτρίβης εἴποι, ὅτι θαυμάζοιμί τ' ἄν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς, εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὑτοῦ τέχνης, ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς· εἴποιμ' ἂν αὖ καὶ πρὸς τοῦτον, Σὺ δὲ δὴ τίς εἶ, ὦ ἄνθρωπε; καὶ τί τὸ σὸν ἔργον; Παιδοτρίβης, φαίη ἄν, τὸ δὲ ἔργον μου ἐστὶ, καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα. Μετὰ δὴ τὸν παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστὴς, ὡς ἐγῷμαι, πάνυ καταφρονῶν ἁπάντων, Σκόπει δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἐάν σοι c. πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὄν, ἢ παρὰ Γοργίᾳ, ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν. φαῖμεν ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν, Τί δὲ δή; σὺ τούτου δημιουργός; φαίη ἄν. Τίς ὤν; χρηματιστής. Τί οὖν; κρίνεις σὺ μέγιστον ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον; φήσομεν. πῶς γὰρ οὔκ; ἐρεῖ. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ γε Γοργίας ὅδε τὴν παρ'

quisnam sit ipse, perquiram, diceret forte, esse se medicum. Quid ais ergo? an tuae artis opus maximum est bonum? Quidni? responderet: cum opus eiusmodi sanitas sit; nihil vero sanitate sit praestantius. Post haec forsitan paedotriba vehementer admiretur, num plus inesse boni in tua, quam in ipsius arte, comprobare possis. quem si ego rogarem: Et tu qui es? quod tuum est opus? Paedotriba sum, diceret: est autem meae professionis, corpora hominum formosa robustaque reddere. Deinde vero nummator sive negotiator, ceteros, ut puto, contemnens, sic obiiciet: Animadverte, Socrates, an divitiis excellentius ullum esse bonum existimes, vel apud Gorgiam, vel apud alium quemlibet. Eum ego in hunc modum rogarem, Tune ergo tanti boni es auctor? Esse vero se affirmaret. Quisnam es ergo? Nummator sum. Quid vero? putasne summum hominibus bonum esse divitias? Quidni putem? inquiet. Ego vero ita subiiciam: Hic tamen Gorgias contendit artem suam maioris boni causam esse, quam tuam.

αὐτῷ τέχνην μείζονος ἀγαθοῦ αἰτίαν εἶναι ἢ τὴν σήν. φαῖμεν ἂν ἡμεῖς. δῆλον οὖν ὅτι τὸ μετὰ τοῦτο ἔροιτ' ἄν, Καὶ
d. τί ἐστι τοῦτο τὸ ἀγαθόν; ἀποκρινάσθω Γοργίας. ἴθι οὖν νομίσας, ὦ Γοργία, ἐρωτᾶσθαι καὶ ὑπ' ἐκείνων καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἀπόκριναι τί ἐστι τοῦτο ὃ φῂς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, καί σε δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ. ΓΟΡ. Ὅπερ ἔστιν, ὦ Σώκρατες, τῇ ἀληθείᾳ μέγιστον ἀγαθόν, καὶ αἴτιον, ἅμα μὲν ἐλευθερίας αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις, ἅμα δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει ἑκάστῳ. ΣΩ. Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγεις; ΓΟΡ. Τὸ πείθειν ἔγωγ' οἶμαι εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν
e. δικαστηρίῳ δικαστάς, καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτάς, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστάς, καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί, ὅστις ἂν πολιτικὸς σύλλογος γίγνηται. καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρόν, δοῦλον δὲ τὸν παιδοτρίβην· ὁ δὲ χρηματιστὴς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος, καὶ οὐχ αὑτῷ, ἀλλά σοι τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ πείθειν τὰ πλήθη. ΣΩ. Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γοργία,
p. 453 a. ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγῇ εἶναι· καὶ, εἴτι

Conſtat itaque, eum poſt haec interrogaturum, Quidnam iſtud eſt bonum? demonſtret ipſum Gorgias. Quamobrem age, mi Gorgia, finge te & ab illis, & a me ſic eſſe interrogatum, atque reſponde, quodnam ſit iſtud quod ipſe maximum hominibus bonum eſſe cenſes, teque auctorem eius eſſe profiteris. *Gor.* Quod eſt, o Socrates, maximum revera bonum, & cauſa ut tum libertatem homines retineant, tum unusquisque imperium & poteſtatem in ſua civitate in ſuos tetineat. *So.* Quid ergo iſtud eſſe dicis? *Gor.* Poſſe verbis perſuadere, & in iudicio iudicibus, & in ſenatu ſenatoribus, & in concione auditoribus, atque in alia qualibet congregatione civili. Iam vero ob huiuſmodi facultatem ſerviet tibi medicus, ſerviet paedotriba: quin etiam ipſe nummator, non ſibi, ſed alteri, id eſt, tibi dicendi & coetus perſuadendi arte praedito, divitias ſuas cumulaviſſe comperietur. *So.* Nunc mihi videris quam artem iudices eſſe rhetoricam proxime oſtendiſſe. ac ſi recte

ἐγὼ συνίημι, λέγεις ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική· καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ. ἢ ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι, ἢ πειθω τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖν; ΓΟΡ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες. ἀλλά μοι δοκεῖς ἱκανῶς ὁρίζεσθαι. ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον αὐτῆς. ΣΩ. Ἄκουσον δή, ὦ Γοργία. ἐγὼ γὰρ εὖ ἴσθι ὅτι ὡς ἐμαυτὸν πείθω, εἴπέρ τις ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται, βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο περὶ ὅτου b. ὁ λόγος ἐστί, καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα· ἀξιῶ δὲ καί σε. ΓΟΡ. Τί οὖν δή, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐρῶ νῦν. ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθὼ, ἥτις ποτ' ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις, καὶ περὶ ὧντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθὼ, σαφῶς μὲν εὖ ἴσθ' ὅτι οὐκ οἶδα· οὐ μὴν ἀλλ' ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν, καὶ περὶ ὧν· οὐδὲν μέντοι ἧττον ἐρήσομαί σε, τίνα ποτὲ λέγεις τὴν πειθὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς, καὶ περὶ τίνων αὐτὴν εἶναι. τοῦ οὖν ἕνεκα c. δὴ αὐτὸς ὑποπτεύων, σὲ ἐρήσομαι, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς λέγω, οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου· ἵνα οὕτω προΐῃ, ὡς μάλις' ἂν

te capio, artem persuasionis effectricem ais esse rhetoricam, eiusque omnem diligentiam & summam in hoc finiri? An quidquam amplius habes, quod de artis istius facultate referre possis, quam ut persuasionem audientium animis afferat? *Gor.* Nihil aliud habeo, Socrates. sed abunde mihi definisse videris. haec enim eius est summa. *So.* Audi, o Gorgia. certum habeto, si quis alius cum alio disputet, volens id ipsum nosse de quo disseritur, me quoque, ut mihimet persuadeo, esse talem. iudico autem merito, te quoque ita affectum. *Gor.* Quorsum haec? *So.* Dicam nunc. Haud equidem satis aperte cognosco, quaenam sit, quibusve de rebus, illa quam dicis a rhetorica proficisci persuasio. & quamvis suspicer, quam & de quibus ipse dicere constitueris, nihilominus abs te requiram, quam dicas persuasionem & quibus de rebus a rhetorica fieri. sed & causam huius rei quae sit, quamvis iam ipse suspicer, nihilominus tamen a te petam, potius quam ipse exprimam: profecto non tui causa, sed sermonis

ἡμῖν καταφανὲς ποιοῖ περὶ ὅτου λέγεται. σκόπει γὰρ εἴ σοι δοκῶ δικαίως ἀνερωτᾶν σε. ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανον σὲ ἐρωτῶν τίς ἐστι τῶν ζωγράφων Ζεῦξις, εἶ μοι εἶπες ὅτι ὁ τὰ ζῶα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην, ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων
d. γράφων, καὶ ποῦ; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρα διὰ τοῦτο ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶ ζωγράφοι γράφοντες ἄλλα πολλὰ ζῶα; ΓΟΡ. Ναι. ΣΩ. Εἰ δέ γε μηδεὶς ἄλλος ἢ Ζεῦξις ἐγραφε, καλῶς ἂν σοι ἀπεκέκριτο. ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς εἰπέ. πότερόν σοι δοκεῖ πειθὼ ποιεῖν ἡ ῥητορικὴ μόνη, ἢ καὶ ἄλλαι τέχναι; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε. ὅστις διδάσκει ὁτιοῦν πρᾶγμα, πότερον ὃ διδάσκει πείθει, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ πάντων μάλιστα πείθει. ΣΩ. Πάλιν
e. δ' εἰ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγομεν, ὥσπερ νῦν δὴ, ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐάν τις ἐρωτᾷ ἡμᾶς ποίας

ipsius; quo ita procedat, ut maxime nobis id de quo agitur, explicet. Attende itaque, num iuste rursus interrogare te videar. Veluti si percontatus essem, quisnam pictorum sit Zeuxis: tuque respondisses, animalia pingens: nonne iuste peterem, qualia potissimum animalia, & quo pacto pingat? *Gor.* Iuste admodum. *So.* Num propterea quia & alii sunt pictores, alia similiter animalia multa pingentes? *Gor.* Ob hoc ipsum. *So.* Quod si alius nullus praeter Zeuxin pingeret, recte utique respondisses. *Gor.* Quidni? *So.* Age, iam & de rhetorica dicas, utrum sola haec videatur persuadere, an aliae quoque artes. Eiusmodi vero quidpiam dico: quisquis aliquid docet, utrum quod docet idem etiam persuadeat, necne? *Gor.* Persuadet, ac maxime omnium, o Socrates. *So.* Rursus autem in eisdem artibus, quas paulo ante commemorabamus, ita consideremus. Arithmetica nonne quaecunque ad numerum pertinent, docet: Arithmeticusque similiter? *Gor.* Procul dubio. *So.* Nonne & persuadet? *Gor.* Certe. *So.* Ergo & Arithmetica persuasio-

πειθοῦς καὶ περὶ τί, ἀποκρινούμεθά που αὐτῷ, ὅτι τῆς διδασκαλικῆς τῆς περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ τὸ περιττὸν ὅσον ἐσί. καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν τέχνας ἁπάσας, ἔξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας, καὶ ἥστινος, καὶ περὶ ὅ, τι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ῥητορικὴ μόνη πειθοῦς ἐσὶ δημιουργός. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνη ἀπεργάζεται τοῦτο τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, δικαίως ὥσπερ περὶ τοῦ ζωγράφου, μετὰ τοῦτο ἐπανεροίμεθ' ἂν τὸν λέγοντα, ποίας δὴ πειθοῦς καὶ τῆς περὶ τί πειθοῦς ἡ ῥητορικὴ ἐσὶ τέχνη. ἢ οὐ δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι ἐπανέρεσθαι; ΓΟΡ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀπόκριναι δὴ, ὦ Γοργία, ἐπειδὴ καί σοι δοκεῖ οὕτω. ΓΟΡ. Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς λέγω, ὦ Σώκρατες, τῆς ἐν τοῖς δικασηρίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, ὥσπερ καὶ ἄρτι ἔλεγον· καὶ περὶ τούτων ἃ ἐσι δικαιά τε καὶ ἄδικα. ΣΩ. Καὶ ἐγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σὲ λέγειν τὴν πειθὼ, καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία. ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς ἐὰν καὶ ὀλίγον ὕσερον τοιοῦτόν τι σὲ ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ μὲν δῆλον εἶναι, p. 454 a. b.

nem efficit. *Gor.* Apparet. *So.* Proinde si quis interrogaverit, quam persuasionem, & circa quid efficiat, respondebimus, praeceptoriam videlicet circa par & impar, quot utraque sint. Poterimus similiter ceteras quoque artes, quas modo referebamus, ostendere persuasionis effectrices esse, & cuius, & circa quid maxime: nonne? *Gor.* Ita. *So.* Quamobrem non sola rhetorica persuasionis est artifex. *Gor.* Vera narras. *So.* Cum ergo non sola id faciat, sed & artes aliae: haud iniuria, quod de pictore, deinceps de rhetorica quoque percontaremur, qualis persuasionis, & circa quid versantis, effectrix sit rhetorica: nonne iusta tibi videtur interrogatio? *Gor.* Mihi quidem. *So.* Responde igitur, o Gorgia, quandoquidem ita tibi videtur. *Gor.* Huius itaque persuasionis, o Socrates, magistram dico rhetoricam, quae in iudiciis coetibusque aliis, ut paulo ante dicebam, atque de iustis & iniustis, adducitur. *So.* Atqui & ipse persuasionem hanc te dicere suspicabar. sed ne admireris, si deinceps tale aliquid te rursus interrogaverim: quod quamvis videatur esse

c. ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ. ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ ἕξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα, ὑπονοοῦντες, προαρπάζειν ἀλλήλων τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ὅπως ἂν βούλῃ περαίνῃς. ΓΟΡ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι δοκεῖς ποιεῖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἐπισκεψώμεθα· καλεῖς τι, μεμαθηκέναι; ΓΟΡ. Καλῶ. ΣΩ. Τί δέ; πεπιςευκέναι; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ. Πότερον οὖν
d. ταυτὸν δοκεῖ σοι εἶναι μεμαθηκέναι καὶ πεπιςευκέναι, καὶ μάθησις καὶ πίςις; ἢ ἄλλό τι; ΓΟΡ. Οἴομαι μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἄλλο. ΣΩ. Καλῶς γὰρ οἴει· γνώσῃ δὲ ἐνθένδε. εἰ γάρ τις σὲ ἔροιτο, ἆρ' ἔςι τὶς, ὦ Γοργία, πίςις ψευδὴς καὶ ἀληθής; φαίης ἂν, ὡς ἐγῷμαι; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Τί δ', ἐπιςήμη ἐςὶ ψευδὴς καὶ ἀληθής; ΓΟΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Δῆλον γὰρ οὖν ὅτι οὐ ταυτόν ἐςιν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οἵ
e. τε μεμαθηκότες πεπεισμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ πεπιςευκότες. ΓΟΡ. Ἔςι ταῦτα. ΣΩ. Βούλει οὖν δύο εἴδη θῶμεν πειθοῦς, τὸ μὲν, πίςιν παρεχόμενον ἄνευ τοῦ εἰδέναι, τὸ δ', ἐπιςήμην; ΓΟΡ.

perſpicuum, tamen repetam. nam, ut dixi, non tui cauſa id requiro, ſed ut diſputatio ſuo quodam ordine peragatur: ne aſſueſcamus ſubintelligendo ea invicem, quae forent diſcutienda, praeripere; ſed tu arbitratu tuo diſputationem tuam, prout poſitum eſt, abſolvas. *Gor.* Et recte quidem facere mihi videris. *So.* Age vero & hoc conſideremus, num vocas aliquid diſcere? *Gor.* Voco. *So.* Quid rurſus? aliquid credere? *Gor.* Et hoc. *So.* An igitur diſcere idem quod credere eſſe putas, idemque diſciplinam atque credulitatem, an aliud? *Gor.* Aliud equidem eſſe arbitror. *So.* Recte quidem putas. hinc vero cognoſces. Si quis enim percontetur, eſtne credulitas quaedam falſa & quaedam vera? ut arbitror, conſentires. *Gor.* Certe. *So.* Quid vero? ſcientia eſt vera & falſa? *Gor.* Nequaquam. *So.* Conſtat igitur, non eſſe idem. *Gor.* Conſtat. *So.* Verumtamen & illis qui didicerunt, & illis qui crediderunt, iam eſt perſuaſum. *Gor.* Sic eſt. *So.* Viſne ergo duas perſuaſionis ſpecies eſſe ponamus, quarum altera quidem absque ſcien-

Πάνυ γε. ΣΩ. Ποτέραν οὖν ἡ ῥητορικὴ πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι, ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι; ΓΟΡ. Δῆλον δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν. ΣΩ. Ἡ ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς, ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς, περὶ τὸ δικαιόν τε καὶ p. ἄδικον. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ 455 δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων, δικαίων τε πέρι καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον. οὐ γὰρ δή που ὄχλον γ' ἂν δύναιτο τοσοῦτον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διδάξαι οὕτω μεγάλα πράγματα. ΓΟΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Φέρε δὴ, ἴδωμεν τί ποτε καὶ λέγομεν περὶ τῆς ῥητορικῆς. ἐγὼ μὲν γάρ τοι οὐδ' αὐτός πω δύναμαι κατανοῆσαι ὅ, τι λέγω. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ἢ τῇ πό- b. λει σύλλογος, ἢ περὶ ναυπηγῶν, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλότι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸς οὐ συμβουλεύσει; δῆλον γὰρ ὅτι ἐν ἑκάστῃ αἱρέσει τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖσθαι. οὐδ' ὅταν τειχῶν πέρι οἰκοδομήσεως, ἢ λιμένων κατα-

tia praeſtat fidem, altera vero ſcientiam? *Gor.* Prorſus. *So.* Utram vero perſuaſionem affert rhetorica in iudiciis aliisque coetibus de iuſtis iniuſtiſve rebus? num ex qua homines abſque ſcientia credant, an ex qua ſciant? *Gor.* Perſpicuum eſt, ex qua audientes ad fidem adducantur. *So.* Itaque, ut videtur, rhetorica perſuaſionis eius eſt artifex, quae credulitatem potius quam doctrinam circa iuſtum vel iniuſtum praeſtat. *Gor.* Certe. *So.* Orator ergo non docet in iudiciis aliisque coetibus iuſta & iniuſta, ſed fidem dumtaxat inducit. neque enim poſſet tantum coetum res tam grandes tam brevi tempore edocere. *Gor.* Non certe. *So.* Age, iam quid de rhetorica dicendum ſit, videamus. Ego enim nondum ſatis quid dicturus ſim intelligere poſſum. Quando enim publice de medicorum electione tractabitur, aut de navium aliarumve rerum opificibus eligendis, tunc forte conſultare ad oratorem non pertinebit. patet enim, in huiuſmodi electionibus peritiſſimum quemque eius artis eligendum eſſe. Neque rurſus cum de conſtruendis

σκευῆς, ἢ νεωρίων· ἀλλ' οἱ ἀρχιτέκτονες· οὐδ' αὖ ὅταν στρατηγῶν αἱρέσεως πέρι, ἢ τάξεώς τινος πρὸς πολεμίους, ἢ χω-
c. ρίων καταλήψεως, συμβουλὴ ᾖ· ἀλλ' οἱ στρατηγικοὶ τότε συμβουλεύσουσιν, οἱ ῥητορικοὶ δὲ οὔ. ἢ πῶς λέγεις, ὦ Γοργία, τὰ τοιαῦτα; ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φὴς ῥήτωρ εἶναι, καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικοὺς, εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι. καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. ἴσως γὰρ καὶ τυγχάνει τις τῶν ἔνδον ὄντων μαθητής σου βουλόμενος γενέσθαι· ὡς ἐγὼ τινὰς σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσθάνομαι, οἳ ἴσως αἰσχύνοιντ' ἄν σε ἀνέρεσθαι. ὑπ' ἐμοῦ οὖν ἀνερωτώ-
d. μενος, νόμισον καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀνερωτᾶσθαι, Τί ἡμῖν, ὦ Γοργία, ἔσαι ἐάν σοι συνῶμεν; περὶ τίνων τῇ πόλει συμβουλεύειν οἷοί τε ἐσόμεθα; πότερον περὶ δικαίου μόνον καὶ ἀδίκου; ἢ καὶ περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε; πειρῶ οὖν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐγώ σοι πειράσομαι, ὦ Σώκρατες, σαφῶς ἀποκαλύψαι τὴν τῆς ῥητορικῆς δύναμιν ἅπασαν. αὐ-

muris, vel portuum disposition, vel navium apparatu consultabitur, oratoris officium erit consulere, sed architecti. quin etiam neque cum de eligendo imperatore, aut de exercitu adversus hostes instruendo, aut de occupandis locis deliberabitur: sed ad duces exercitus consultatio pertinebit, ad oratores vero nequaquam. Quid ad haec dicis, Gorgia? Nempe cum & rhetor esse profitearis, & alios posse rhetores facere, praestat nimirum ea, quae tuae artis sunt, a teipso scisciari atque accipere. Et me quidem nunc rem tuam agere putato. forte enim inter eos qui intus sunt, adest aliquis, qui discipulus tuus esse cupiat: quales ego quosdam & quidem frequentes sentio, quos haec a te quaerere forte deterret pudor. A me ergo rogatus, ab illis quoque hunc in modum interrogari exstimato. Quidnam igitur reportabimus, si in tuam nos tradiderimus disciplinam? quibus de rebus Reipublicae consulere poterimus? numquid de iusto solum & iniusto? an praeterea de his quae modo Socrates adducebat? Da operam ergo, Gorgia, ut his respondeas. *Gor.* Conabor equidem omnem

τὸς γὰρ καλῶς ὑφηγήσω. οἶσθα γὰρ δή που ὅτι τὰ νεώρια
ταῦτα καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἡ τῶν λιμένων κα- e1
τασκευὴ, ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε· τὰ δ' ἐκ
τῆς Περικλέους· ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν. ΣΩ. Λέγεται
ταῦτα, ὦ Γοργία, περὶ Θεμιστοκλέους· Περικλέους δὲ καὶ αὐ-
τὸς ἤκουον ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διαμέσου τείχους.
ΓΟΡ. Καὶ ὅταν γέ τις αἵρεσις ᾖ ὧν δὴ σὺ ἔλεγες, ὦ Σώκρα- p.
τες, ὁρᾷς ὅτι οἱ ῥήτορες εἰσὶν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νι- 456
κῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων; ΣΩ. Ταῦτα καὶ θαυμά- a.
ζων, ὦ Γοργία, πάλαι ἐρωτῶ, ἥτις ποτὲ ἡ δύναμίς ἐστι τῆς
ῥητορικῆς. δαιμονία γάρ τις ἔμοιγε καταφαίνεται τὸ μέγε-
θος, οὕτω σκοποῦντι. ΓΟΡ. Εἰ πάντα γε εἰδείης, ὦ Σώκρα-
τες, ὅτι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαβοῦσα
ὑφ' αὑτῇ ἔχει. μέγα δέ σοι τεκμήριον ἐρῶ. πολλάκις γὰρ ἤδη b.
ἐγωγε μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἰατρῶν,
εἰσελθὼν παρά τινα τῶν καμνόντων, οὐχὶ ἐθέλοντα ἢ φάρ-
μακον πιεῖν, ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν τῷ ἰατρῷ, οὐ

tibi rhetoricae facultatem planius explicare. ipse enim perbelle ad id nos deduxisti. Scis utique, haec navalia, & moenia Athenarum, portusque dispositionem partim Themistoclis, partim Periclis, non opificum consilio esse constructa. *So.* Feruntur haec, o Gorgia, de Themistocle. Periclem vero ipse audivi de muro medio construendo civitati persuadentem. *Gor.* Praeterea quoties de electionibus, quas tu modo referebas, deliberatur, vides oratores ipsos consulere, eorumque in his rebus praeferri sententias. *So.* Haec equidem admirans, iamdudum a te de rhetoricae potestate perquiro. nam haec cogitanti mihi divina quaedam potestatis eius magnitudo videtur. *Gor.* O si cuncta eius artis perspecta essent tibi, Socrates, cernas profecto, hanc omnes, ut summatim dicam, sub se vires ac facultates complecti. cuius quidem rei magnum tibi afferam argumentum. Saepe iam cum fratre meo aliisque medicis ad aliquem aegrotantium ingressus, cum ille vel pharmacum nollet bibere, vel secandum urendumve se medico non permit-

δυναμένου τοῦ ἰατροῦ πεῖσαι, ἐγὼ ἔπεισα, οὐκ ἄλλῃ τέχνῃ
ἢ τῇ ῥητορικῇ. φημὶ δὲ καὶ εἰς πόλιν ὅπῃ βούλει ἐλθόντα ῥη-
τορικὸν ἄνδρα καὶ ἰατρὸν, εἰ δέοι λόγῳ διαγωνίζεσθαι ἐν ἐκ-
κλησίᾳ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ συλλόγῳ, ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι, ῥή-
c. τορα ἢ ἰατρὸν, οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρὸν, ἀλλ' αἱρε-
θῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυνατὸν, εἰ βούλοιτο. καὶ εἰ πρὸς ἄλλον
γε δημιουργὸν ὁντινοῦν ἀγωνίζοιτο, πείσειεν ἂν αὐτὸν ἑλέ-
σθαι ὁ ῥητορικὸς μᾶλλον ἢ ἄλλος ὁστισοῦν. οὐ γάρ ἐστι περὶ
ὅτου οὐκ ἂν πιθανώτερον εἴποι ὁ ῥητορικὸς, ἢ ἄλλος ὁστισοῦν
τῶν δημιουργῶν ἐν πλήθει. ἡ μὲν οὖν δύναμις τοσαύτη ἐστὶ καὶ
τοιαύτη τῆς τέχνης. δεῖ μέντοι, ὦ Σώκρατες, τῇ ῥητορικῇ
χρῆσθαι, ὥσπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ. καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ
d. ἀγωνίᾳ οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώ-
πους, ὅτι ἔμαθέ τις πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν, καὶ ἐν
ὄχλοις μάχεσθαι, ὥστε κρείττων εἶναι καὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν·
οὐ τούτου ἕνεκα τοὺς φίλους δεῖ τύπτειν, οὐδὲ κεντεῖν τε καὶ
ἀποκτιννύναι. οὐδέ γε μὰ Δία ἐάν τις εἰς παλαίστραν φοιτή-
σας, εὖ ἔχων τὸ σῶμα καὶ πυκτικὸς γενόμενος, ἔπειτα τὸν

teret, neque perſuaderi poſſet a medico: ego perſuaſi, non alia quam rhetoricae facultate. Quo magis aſſero, ſi quam urbem rhetor acceſſerit atque medicus, certeturque inter eos verbis in concione, vel in alio quovis coetu, uter ſit pro medico eligendus, rhetorne an medicus: fore ut medicus quidem nusquam appareat; eligatur autem, ſi modo velit, dicendi peritus. eademque ratione ſi adverſus alium quemvis artificem rhetor decertet, obtinebit ut ipſe potius quam alius, quicunque tandem ſit, eligatur. nihil enim eſt, de quo non maiori cum perſuaſione rhetor, quam quiſquam artificum, vulgo loquatur. Potentia ergo artis huius tanta eſt, atque talis. decet tamen ita rhetorica uti, quemadmodum & omni alia facultate certandi. neque enim is, qui pugnis lacertiſve & armis ita pugnare didicerit, ut amicis & inimicis ſuperior poſſit evadere, ob hoc adverſus omnes aeque certare debet, ut amicos etiam percutiat, pungat, occidat. nec etiam per Iovem, ſi quis palaeſtra exercitatus pugil corporis ro-

πατέρα τύπτῃ καὶ τὴν μητέρα, ἢ ἄλλόν τινα τῶν οἰκείων ἢ
τῶν φίλων, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς παιδοτρίβας καὶ τοὺς e.
ἐν τοῖς ὅπλοις διδάσκοντας μάχεσθαι, μισεῖν τε καὶ ἐκβάλ-
λειν ἐκ τῶν πόλεων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παρέδοσαν, ἐπὶ τῷ δι-
καίως χρῆσθαι τούτοις πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἀδι-
κοῦντας, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας· οἱ δὲ, μεταστρέψαν-
τες, χρῶνται τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ τέχνῃ οὐκ ὀρθῶς. οὔκουν οἱ p.
διδάξαντες, πονηροί· οὐδὲ ἡ τέχνη, οὔτε αἰτία, οὔτε πονηρὰ 457
τούτου ἕνεκα ἐστίν· ἀλλ' οἱ μὴ χρώμενοι, οἶμαι, ὀρθῶς. ὁ αὐτὸς a.
δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς. δυνατὸς μὲν γὰρ πρὸς ἅπαν-
τας ἐστὶν ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ παντὸς λέγειν, ὥστε πιθανώτερος
εἶναι ἐν τοῖς πλήθεσιν ἔμβραχυ περὶ ὅτου ἂν βούληται. ἀλλ'
οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ οὔτε τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν b.
ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιντο ἂν τοῦτο ποιῆσαι, οὔτε τοὺς ἄλλους
δημιουργούς· ἀλλὰ δικαίως καὶ τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, ὥσπερ
καὶ τῇ ἀγωνίᾳ. ἐὰν δὲ, οἶμαι, ῥητορικὸς γενόμενός τις, κἄτα
ταύτῃ τῇ δυνάμει καὶ τῇ τέχνῃ ἀδικῇ, οὐ τὸν διδάξαντα δεῖ

bur acquirat, deinde parentes aut aliquem alium domeſticorum & amicorum pulſet: propterea paedotribas, & eos qui armis pugnare docent, odio habere, & ex urbibus expellere decet. Illi enim haec tradiderunt, ut haec qui didiciſſent, iuſte uterentur, contra hoſtes & iniuriam facientes, ita ut depellerent, non ipſi vim inferrent. Nonnulli vero haec pervertunt, ac robore arteque abutuntur. ſed non propterea qui docuerunt improbi ſunt iudicandi; neque ars culpanda, malaque habenda: ſed, meo quidem iudicio, qui ſiniſtre utuntur. Eadem quoque de rhetorica ratio eſt. Poteſt enim adverſus omnes & qualibet de re orator dicere: adeo ut apud multitudinem facile admodum de re qualibet perſuadendo fiat ſuperior. Neque tamen ob eam cauſam medicos ſua laude privare oportet, qui hoc praeſtare poſſunt, neque alios praeterea opifices: ſed recte & ratione uti rhetorica, item ut certandi facultate. At vero ſi quiſpiam adeptus rhetoricam, deinde iniuſte parta facultate utatur: non eum qui docuit, odiſſe atque urbe

μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπὶ
c. δικαίου χρείᾳ παρέδωκεν, ὁ δ' ἐναντίως χρῆται. τὸν οὖν οὐκ
ὀρθῶς χρώμενον μισεῖν δίκαιον καὶ ἐκβάλλειν, καὶ ἀποκτιν-
νύναι, ἀλλ' οὐ τὸν διδάξαντα. ΣΩ. Οἶμαι, ὦ Γοργία, καί
σε ἔμπειρον εἶναι πολλῶν λόγων, καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς
τὸ τοιόνδε, ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται οἱ ἄνθρωποι περὶ ὧν ἂν
ἐπιχειρήσωσι διαλέγεσθαι, διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ
μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς, οὕτω διαλύεσθαι τὰς
d. συνουσίας· ἀλλ' ἐὰν περί του ἀμφισβητήσωσι, καὶ μὴ φῇ ὁ
ἕτερος τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν, ἢ μὴ σαφῶς, χαλεπαίνουσί
τε καὶ κατὰ φθόνον οἴονται τὸν ἑαυτῶν λέγειν, φιλονεικοῦν-
τας ἀλλ' οὐ ζητοῦντας τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ. καὶ ἔνιοί
γε τελευτῶντες αἴσχιστα ἀπαλλάττονται, λοιδορηθέντες τε
καὶ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα, οἷα
καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, ὅτι τοιού-
e. των ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι. τοῦ δὴ ἕνεκα
λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς σὺ οὐ πάνυ ἀκόλουθα λέγειν
οὐδὲ σύμφωνα οἷς τοπρῶτον ἔλεγες περὶ τῆς ῥητορικῆς. φο-

expellere decet: ut qui ad iuſtum uſum tradiderit, hic vero in partem contrariam ſit uſus. Quapropter eum qui abutitur, odiſſe, in exſilium mittere, & interimere etiam par eſt: praeceptorem vero nequaquam. *So.* Arbitror te, Gorgia, multis diſputationibus interfuiſſe, idque in eis iam compertum habere, eos videlicet, qui inter ſe diſputant, haud facile poſſe, cum diſcrepare coeperint, ſic abire, ut rem ipſam definientes ſe invicem ſolum doceant atque diſcant: ſed ſi de aliquo contendant, neque concedant alter alteri, ut vel vere vel perſpicue loquantur, excandeſcunt, & per invidiam dictum putant, certantes ſimul, non autem quod erat propoſitum perquirentes. nonnunquam vero tandem adeo turpiter diſcedunt, cum iurgiis mutuiſque maledictis, ut etiam poeniteat pigeatque auſcultantes, quod eiuſmodi homines audiendos putaverint. Sed quorſum haec? dices. quoniam non mihi videris ſatis nunc conſentanea & conſona dicere his, quae prius de

βοῦμαι οὖν διελέγχειν σε, μή με ὑπολάβῃς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα φιλονεικοῦντα λέγειν, τοῦ καταφανὲς γενέσθαι, ἀλλὰ πρός σε. ἐγὼ οὖν, εἰ μὲν καὶ σὺ εἷ τῶν ἀνθρώπων ὧνπερ καὶ ἐγὼ, ἡδέως ἂν σε διερωτῴην· εἰ δὲ μὴ, ἐῴην ἄν. ἐγὼ δὲ τίνων P. 458 εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴτι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴτις τὶ μὴ ἀληθὲς λέγοι· οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγχθέντων, ἢ ἐλεγξάντων. μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν, αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου, ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδὴς περὶ ὧν τυγχάνει νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ὤν. εἰ μὲν οὖν καὶ b. σὺ φῂς τοιοῦτος εἶναι, διαλεγώμεθα· εἰ δὲ καὶ δοκεῖ χρῆναι ἐᾶν, ἐῶμεν ἤδη χαίρειν, καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον. ΓΟΡ. Ἀλλὰ φημί μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς τοιοῦτος εἶναι οἷον σὺ ὑφηγῇ· ἴσως μέντοι χρῆν ἐννοεῖν καὶ τὸ τῶν παρόντων. πάλαι γάρ τοι, πρὶν καὶ ὑμᾶς ἐλθεῖν, ἐγὼ τοῖς παροῦσι πολλὰ ἐπεδειξάμην, καὶ νῦν ἴσως πόρρω ἀποτενοῦ-

rhetorica protuleras. Vereor tamen redarguere te, ne me arbitreris non tam rei declarandae, quam tui gratia decertare. Quod si ex eorum numero es, e quorum sum ego, libenter abs te quae instituì, perquiram: sin minus, dimittam. Verum, si quorum ego ex numero sim, quaeras: respondebo, ex iis qui libenter redargui patiuntur, si quid falsum ineptumve dicant; libenter etiam redarguunt, si quid ab alio minus vere dicatur; quibusque non minus reprehendi quam reprehendere gratum est. tanto enim maius id esse bonum existimo, quanto maius bonum est maximo quodam liberari malo, quam alios liberasse. Nihil enim tam perniciosum hominibus arbitror, quam opinionem falsam, in his videlicet rebus, de quibus praesens a nobis sermo est institutus. Itaque si & te esse talem affirmas, age disputemus: sin vero dimittendum censes, dimittamus iam, coetumque solvamus. *Gor.* Dico profecto, o Socrates, me quoque eiusmodi esse, qualem modo describebas. sed forte aliorum qui adsunt, ratio est habenda. Iamdudum

c. μεν, ἦν διαλεγώμεθα. σκοπεῖν οὖν χρὴ καὶ τὸ τούτων, μή τινας αὐτῶν κατέχωμεν βουλομένους τι καὶ ἄλλο πράττειν. ΧΑΙ. Τοῦ μὲν θορυβου, ὦ Γοργία τε καὶ Σώκρατες, αὐτοὶ ἀκούετε τούτων τῶν ἀνδρῶν, βουλομένων ἀκούειν ἐάν τι λέγητε. ἐμοὶ δ' οὖν καὶ αὐτῷ μὴ γένοιτο τοσαύτη ἀσχολία, ὥστε τοιούτων λόγων καὶ οὕτω λεγομένων ἀφεμένῳ προὐργιαίτερόν τι γενέσθαι ἄλλο πράττειν. ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεούς,
d. ὦ Χαιρεφῶν, καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς πολλοῖς ἤδη λόγοις παραγενόμενος, οὐκ οἶδ' εἰ πώποτε ἥσθην οὕτως ὥσπερ νυνί. ὥστ' ἔμοιγε, κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε. ΣΩ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Καλλίκλεις, τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει, εἴπερ ἐθέλοι Γοργίας. ΓΟΡ. Αἰσχρὸν δὴ τολοιπὸν, ὦ Σώκρατες, γίγνεται, ἐμέ γε μὴ ἐθέλειν, καὶ ταῦτα, αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον ἐρωτᾶν ὅ, τι τὶς βούλεται. ἀλλ' εἰ δοκεῖ τού-
e. τοισι, διαλέγου τε καὶ ἐρώτα ὅ, τι βούλει. ΣΩ. Ἄκουε δὴ, ὦ Γοργία, ἃ θαυμάζω ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ σοῦ. ἴσως γάρ τοι σοῦ ὀρθῶς λέγοντος, ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω. ῥητορικὸν

enim antequam vos accederetis, his multa enarravi. & nunc forte, si disputare pergamus, mora longior protrahetur. Quamobrem cavendum est, ne hos, dum aliud facere quidpiam instituunt, detineamus. *Chae.* Clamorem, Gorgia & Socrates, dissertationi huic interesse cupientium auditis. Mihi certe nullum negotium tanti sit, ut disputationi huic a vobis institutae quid aliud anteponam. *Cal.* Per Deos, o Chaerepho, ego quoque cum multis disputationibus interfuerim, nescio an unquam aeque ac nunc fuerim delectatus. Ideoque etiam si diem totum disputando contriveritis, erit mihi pergratum. *So.* Atqui, o Callicles, quantum ad me attinet, nihil, modo velit Gorgias, obstabit. *Gor.* Turpe quidem, o Socrates, deinceps mihi fuerit, si disputationem detrectem: praesertim cum ab initio iusserim omnes, de quo quisque vellet, interrogare. Itaque si placet praesentibus, disputa, & quidquid libuerit percontare. *So.* Audi iam, o Gorgia, quae in tuis verbis admirer. forte enim cum tu recte dicas, ego secus accipio. Ais

φῂς ποιεῖν οἷόστ' εἶναι, ἐάν τις βούληται παρὰ σοῦ μανθάνειν;
ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν
εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα; ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν. p.
ΣΩ. Ἔλεγες τοίνυν δὴ ὅτι καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ, τοῦ ἰατροῦ 459
πιθανώτερος ἔσαι ὁ ῥήτωρ. ΓΟΡ. Καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γε ὄχλῳ. a.
ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ ἐν ὄχλῳ, τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς μὴ εἰδόσιν. οὐ γὰρ
δή που ἔν γε τοῖς εἰδόσι, τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσαι. ΓΟΡ.
Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος
ἔσαι, τοῦ εἰδότος πιθανώτερος γίγνεται; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ.
Οὐκ ἰατρός γε ὤν. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Ὁ δὲ μὴ ἰατρός b.
γε δή που, ἀνεπιστήμων ὢν ὁ ἰατρὸς ἐπιστήμων; ΓΟΡ. Δῆλον
ὅτι. ΣΩ. Ὁ οὐκ εἰδὼς ἄρα, τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώ-
τερος ἔσαι, ὅταν ὁ ῥήτωρ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ᾖ. τοῦτο
συμβαίνει, ἢ ἄλλό τι; ΓΟΡ. Τοῦτο ἐνταῦθά γε συμβαίνει.
ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως
ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική. αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ
αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει· μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι, c.

rhetorem posse te, si quis a te discere velit, efficere? *Gor.* Aio equidem. *So.* Nonne ut de omnibus in turba probabiliter dicere valeat, non docendo, sed suadendo? *Gor.* Ita prorsus. *So.* Addebas praeterea, rhetorem de sanitate plus quam medicum persuadere. *Gor.* Dixi profecto, sed in turba. *So.* Idem est itaque in turba, quod inter ignorantes. nunquam enim apud eos qui sciunt, magis quam medicus de sanitate persuaderet. *Gor.* Vera narras. *So.* Nonne ergo si plus quam medicus persuadendo valebit, scientia etiam praeditum persuasione superabit? *Gor.* Omnino. *So.* Ipse tamen non medicus. *Gor.* Non. *So.* Ac si non medicus, ergo & insscius eorum quae intelligit medicus. *Gor.* Procul dubio. *So.* Quare imperitus sciente apud nescientes facilius persuadebit, quando rhetor medico in persuadendi facultate excellit. itane sequitur? *Gor.* In his certe ita sequitur. *So.* Nonne in ceteris quoque artibus rhetor atque rhetorica se habet similiter: ut ad rhetoris facultatem nihil attineat cuiusmodi res sint nosse,

ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι, μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων. ΓΟΡ. Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη, ὦ Σώκρατες, γίγνεται, μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν δημιουργῶν. ΣΩ. Εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἢ μὴ ἐλαττοῦται ὁ ῥήτωρ τῶν ἄλλων, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα, ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ· νῦν δὲ τόδε πρότερον σκεψώμεθα, ἆρα τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν, καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικὸς ὡς περὶ τὸ ὑγιεινὸν, καὶ περὶ τὰ ἄλλα ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι· αὐτὰ μὲν οὐκ εἰδὼς, τί ἀγαθὸν ἢ τί κακόν ἐστιν, ἢ τί καλὸν ἢ τί αἰσχρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, πειθὼ δὲ περὶ αὐτῶν μεμηχανημένος, ὥστε δοκεῖν εἰδέναι, οὐκ εἰδὼς, ἐν οὐκ εἰδόσι, μᾶλλον τοῦ εἰδότος; ἢ ἀνάγκη εἰδέναι, καὶ δεῖ προεπιςάμενον ταῦτα ἀφικέσθαι παρά σε, τὸν μέλλοντα μαθήσεσθαι τὴν ῥητορικήν; εἰ δὲ μὴ, σὺ ὁ τῆς ῥητορικῆς διδάσκαλος, τούτων μὲν οὐδὲν διδάξεις τὸν ἀφικνούμενον, (οὐ γὰρ

ſed artem quandam ſic ad perſuadendum excogitare, ut apud imperitos magis ſcire, quam ipſi rerum ſingularum artifices, appareat? *Gor.* Nonne magna eſt haec facultas, eos videlicet qui alias nunquam artes attigerint, ſed hanc ſolam, nihil tamen aliis cognitione eſſe inferiores? *So.* Utrum orator ob hanc unam facultatem ceteris excellat, vel ſuperetur ipſe, paulo poſt inquiremus, ſi quid conducere diſputationi videbitur. nunc autem hoc prius conſideremus, an in iuſto & iniuſto, honeſto & turpi, bono & malo, ita comparatus ſit orator, quemadmodum in ſalubribus, atque aliis, quae ad alias artes attinent, ceteri: ut ipſe quidem bonumne an malum ſit quippiam ignoret, pulchrumque vel turpe, aut iuſtum vel iniuſtum: perſuaſionem vero quandam ita de rebus huiuſmodi machinetur, ut ignorans ipſe inter imperitos ſcire magis quam ſcientes videatur. An forte neceſſe eſt haec eum noſſe, oportetque hac facultate iam parta ad te proficiſci qui ſit futurus orator? Quod ſi huiuſmodi rerum ſcientiam non afferat ſecum, tu quidem praeceptor rhetoricae talia non docebis: non enim

τὸν ἔργον,) ποιήσεις δ' ἐν τοῖς πολλοῖς δοκεῖν εἰδέναι αὐτὸν τὰ τοιαῦτα, οὐκ εἰδότα, καὶ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι, οὐκ ὄντα; ἢ τοπαράπαν οὐχ οἷόστε ἔσῃ αὐτὸν διδάξαι τὴν ῥητορικήν, ἐὰν μὴ προειδῇ περὶ τούτων τὴν ἀλήθειαν; ἢ πῶς τὰ τοιαῦτα ἔχει, ὦ Γοργία; καὶ πρὸς Διὸς, ὥσπερ ἄρτι εἶπες, ἀποκα- p.
λύψας, τῆς ῥητορικῆς εἰπὲ τίς ποθ' ἡ δύναμις ἐστίν. ΓΟΡ. 460
Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐὰν τύχῃ μὴ εἰδὼς, καὶ a.
ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθήσεσθαι. ΣΩ. Ἔχε δή. καλῶς γὰρ λέγεις· ἐάν περ ῥητορικὸν σύ τινα ποιήσῃς, ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, ἤτοι πρότερόν γε ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ. ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί οὖν; ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς, τεκτονικός; ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ- b.
οῦν καὶ ὁ τὰ μουσικὰ, μουσικός; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Καὶ ὁ τὰ ἰατρικὰ, ἰατρικός; καὶ τἄλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃ μεμαθηκὼς ἔκαστα, τοιοῦτός ἐστιν οἷον ἕκαστον ἡ ἐπιστήμη ἀπεργάζεται; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς, δίκαιος. ΓΟΡ. Πάν-

tui id est officii haec ut doceas: efficies autem ut vulgo rerum esse eiusmodi videatur peritus, cum nesciat; appareatque bonus ac praestans, cum sit minime. An omnino rhetoricam docere non poteris, nisi prius horum veritatem fuerit consecutus? aut quo se modo haec habent, Gorgia? precor per Iovem, ut quemadmodum paulo ante coepisti, rhetoricae nobis tandem potestatem aperias. *Gor.* At enim si forte quis ignoret, eum a me percepturum ea arbitror. *So.* Subsiste. recte enim dicis: si quem tu rhetorem feceris, oportet eum iusta iniustaque scire, vel antequam ad te accedat, aut postea a te perdiscere. *Gor.* Omnino. *So.* Quid vero? qui ea quae ad fabricam spectant didicerit, nonne faber est? *Gor.* Est. *So.* Et qui musicam, musicus? *Gor.* Ita. *So.* Et qui ea quae ad medicinam pertinent, medicus? atque in ceteris eodem pacto, quisquis didicerit aliquid, talis evadit, qualem cuiusque scientia reddit? *Gor.* Omnino. *So.* Nonne igitur per hanc rationem iustus erit, quicunque iusta didicerit? *Gor.* Maxime. *So.* Iustus

τως δή που. ΣΩ. Ὁ δὲ δίκαιος δίκαια που πράττει; ΓΟΡ.
c. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν, δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράττειν. ΓΟΡ. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὅ γε δίκαιος ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Οὐ φαίνεταί γε. ΣΩ. Μέμνησαι οὖν λέγων ὀλίγῳ πρότερον ὅτι οὐ δεῖ τοῖς παιδοτρίβαις ἐγκαλεῖν, οὐδ' ἐκ-
d. βάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, ἐὰν ὁ πύκτης τῇ πυκτικῇ μὴ καλῶς χρῆταί τε, καὶ ἀδικῇ; ὡσαύτως δὲ οὕτω καὶ ἐὰν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται, μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν, μηδὲ ἐξελαύνειν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τῷ ἀδικοῦντι καὶ οὐκ ὀρθῶς χρωμένῳ τῇ ῥητορικῇ; ἐῤῥήθη ταῦτα, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ἐῤῥήθη. ΣΩ. Νῦν δέ γε ὁ αὐτὸς οὗτος φαίνεται ῥητορικὸς οὐκ ἂν ποτε
e. ἀδικήσας. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Καὶ ἐν τοῖς πρώτοις γε, ὦ Γοργία, λόγοις ἐλέγετο ὅτι ἡ ῥητορικὴ περὶ λόγους εἴη, οὐ τοὺς τοῦ ἀρτίου καὶ περιττοῦ, ἀλλὰ τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Ἐγὼ τοίνυν σου τότε ταῦτα

autem iusta facit? *Gor.* Ita est. *So.* An non ergo necesse est rhetorem esse iustum? iustum vero velle iusta agere? *Gor.* Apparet. *So.* Nunquam ergo volet iustus iniuriam facere. *Gor.* Nunquam. *So.* Rhetorem autem necesse est ex praecedenti ratione iustum esse. *Gor.* Necesse. *So.* Nunquam ergo volet rhetor iniuriam facere. *Gor.* Nunquam. *So.* Reminiscere, te paulo ante dixisse, non oportere paedotribas criminari, atque expellere, si quis pugil certamine arte pugilatoria male utatur, inferatque iniuriam: atque eodem pacto, si quis orator iniuste utatur rhetorica, non illum qui docuerit esse accusandum & expellendum, sed iniusta agentem, neque rhetorica recte utentem. Dictane haec sunt, an non? *Gor.* Dicta. *So.* Nunc autem ipse orator nunquam videtur facturus iniuriam. *Gor.* Nunquam. *So.* Atqui in superioribus dictum est, circa sermones versari rhetoricam, non de pari quidem & impari, sed de iusto atque iniusto. *Gor.* Certe. *So.* Ego igitur, cum tu

λέγοντος, ὑπέλαβον ὡς οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται· ἐπειδὴ δὲ ὀλίγον ὕστερον ἔλεγες ὅτι ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ καὶ ἀδίκως χρῷτο, οὕτω θαυμάσας καὶ ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα, ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους, ὅτι εἰ μὲν κέρδος ἡγοῖο εἶναι τὸ ἐλέγχεσθαι, ὥσπερ ἐγὼ, ἄξιον εἴη διαλέγεσθαι· εἰ δὲ μή, ἐᾶν χαίρειν. ὕστερον δὲ ἡμῶν ἐπισκοπουμένων, ὁρᾷς δὴ καὶ αὐτὸς ὅτι αὖ ὁμολογεῖται τὸν ῥητορικὸν ἀδύνατον εἶναι ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ, καὶ ἐθέλειν ἀδικεῖν. ταῦτα οὖν ὅπη ποτὲ ἔχει, μὰ τὸν Κύνα, ὦ Γοργία, οὐκ ὀλίγης συνουσίας ἐστὶν ὥστε ἱκανῶς διασκέψασθαι. ΠΩΛ. Τί δὲ, ὦ Σώκρατες; οὕτω καὶ σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις ὥσπερ νῦν λέγεις; ἢ οἴει ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοὶ μὴ προσομολογῆσαι, τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δικαια εἰδέναι, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθά; καὶ ἐὰν μὴ ἔλθῃ ταῦτα εἰδὼς παρ' αὐτὸν, αὐτὸς διδάξειν ἔπειτα; ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμολογίας ἐναντίον τι συνέβη ἐν τοῖς λόγοις· τοῦτ' ὃ δὴ ἀγαπᾷς αὐτὸς, p. 458 a. b. c.

haec diceres, rhetoricam nunquam esse rem iniustam, existimavi, quae semper de iustitia verba faceret. postquam vero paulo post dicebas, quod orator etiam rhetorica iniuste utatur: statim admiratus, atque ratus non esse consentanea inter se quae abs te dicebantur, hunc protuli sermonem: ut, si redargui utile fore putares, veluti ego puto, operae pretium foret ut disseremus: sin minus, dimitteremus. Deinde vero re proprius pensiculata, ut te non latet, in confesso fuit, fieri non posse ut rhetor rhetorica utatur iniuste, velitque iniuriam inferre. Ad haec autem satis, qua ratione se habeant, discernenda, per Canem, Gorgia, non exigua collocutione congressuque opus fuerit. *Pol.* Etiamne autem sic de rhetorica statuis, ut nunc ais, an aliter? an magis putas, Gorgiam pudore quodam adductum concessisse tibi, rhetorem iusta, honesta, & bona etiam nosse: tum, si quis earum rerum imperitus ad ipsum accedat, eum se esse docturum? Ex qua forsitan concessione deinde contrarium aliquid in disputando secutum est, hoc tu quidem ni-

ἄγων ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα. ἐπεὶ τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν; ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. ΣΩ. Ὦ κάλλιστε Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορ-
d. θοῖτε ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴτε ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ' εἶ. καὶ ἐγώ σοι ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων εἴτι σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, ἀναδέσθαι ὅ, τι ἂν σὺ βούλῃ, ἐάν μοι ἓν μόνον φυλάττῃς. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Τὴν μακρολογίαν, ὦ Πῶλε, ἣν καθέξῃς, ἢ τοπρῶτον ἐπεχείρησας χρῆσθαι. ΠΩΛ. Τί δέ; οὐκ ἔξεστί μοι
e. λέγειν ὁπόσα ἂν βούλωμαι; ΣΩ. Δεινὰ μέντ' ἂν πάθοις, ὦ βέλτιστε, εἰ Ἀθήναζε ἀφικόμενος, οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν, ἔπειτα σὺ ἐνταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. ἀλλὰ ἀντίθες τὸ, σοῦ μακρὰ λέγοντος, καὶ μὴ

mium ſtudioſe captas, o Socrates, dum interrogando ad huiuſmodi reſponſa perducis. Nam quem arbitraris negaturum fuiſſe tibi, iuſta ſe ſcire, aliosque eſſe docturum? Verum magna ruſticitas eſt, ad haec interrogando deducere. *So.* Ob hanc ipſam cauſam, pulcherrime mi Pole, amicos nobis & filios comparamus: ut ſi quando in ſenectute peccemus, iuniores vos praeſentes vitam noſtram & verbis & operibus corrigatis. Et nunc ſi quid me & Gorgiam in diſputando fefellit, ipſe praeſens emenda. ſic enim debes: atque ego lubens tibi permitto, ut ſi quid eorum quae conceſſa ſunt, non recte conceſſa putes, id tuo arbitratu permutes, dummodo unum quidpiam devites. *Pol.* Quid hoc, o Socrates? *So.* Prolixitatem ſermonis illam, quam ab ipſo diſputationis initio incoeptabas. *Pol.* Quid ita? nonne mihi quantum voluero loqui licebit? *So.* Gravi nimium iniuria afficereris, o vir optime, ſi profectus Athenas, ubi totius Graeciae maxima eſt loquendi libertas, ſolus ipſe hoc in loco poteſtatem loquendi pro arbitrio non haberes. At

ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, οὐ δεινὰ αὖ ἐγὼ πάσχοιμι εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου; ἀλλ' εἴτι κήδῃ τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, καὶ ἐπανορθώσασθαι αὐτὸν βούλει (ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον) ἀναθέμενος ὅ, τι σοὶ δοκεῖ, ἐν τῷ μέρει ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ Γοργίας, ἔλεγχέ τε καὶ ἐλέγχου. φῂς γὰρ δή που καὶ σὺ ἐπίστασθαι ἅπερ Γοργίας, ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σεαυτὸν ἐρωτᾶν ἑκάστοτε ὅ, τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρίνεσθαι. ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ νῦν δὴ τούτων ὁπότερον βούλει ποιεῖ ἐρώτα, ἢ ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Σώκρατες. ἐπειδὴ Γοργίας ἀπορεῖν σοὶ δοκεῖ περὶ τῆς ῥητορικῆς, σὺ αὐτὴν τίνα φῂς εἶναι; ΣΩ. Ἆρα ἐρωτᾷς ἥντινα τέχνην φημὶ εἶναι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐδεμίαν ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ὡς γε πρός σε τἀληθῆ εἰρῆσθαι. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. Πρᾶγμα ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχ-

p. 462 a.

b.

e diverso, videlicet si te prolixe loquente, neque volente ad interrogata respondere, non liceret abire mihi, teque audire nolle: nonne ego quoque gravi iniuria afficerer, si non abire mihi, tuaeque orationi auscultare nolle permittatur potestas? Verum si qua tibi disputationis huius est cura, eamque corrigere voles, quemadmodum modo dicebam, retractans quod tibi retractandum videtur, rogansque vicissim atque respondens, ut ego Gorgiasque fecimus, redargue me, ac te redargui patiare. An autem te quoque scire, quae & Gorgias se scire profitetur, affirmas? *Pol.* Dico equidem. *So.* Et iubes, ut de quo quisque velit, a te quaerat, tanquam ab homine qui respondere sciat? *Pol.* Certe. *So.* Nunc ergo alterutrum tuo arbitratu facias, vel quaere, vel responde. *Pol.* Faciam equidem, atque mihi responde, o Socrates. quandoquidem Gorgias circa rhetoricam tibi non videtur posse commode dicere, tu ipsam quam esse dicis? *So.* Interrogasne, quam artem esse putem? *Pol.* Id ipsum. *So.* Nullam, o Pole, ut vera tibi loquar. *Pol.* Quid igitur tibi videtur esse rhetorica? *So.* Res quam tu

γην, ἐν τῷ συγγράμματι ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων. ΠΩΛ.
c. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ἐμπειριαν ἔγωγε τινά. ΠΩΛ. Ἐμπειρία ἆρα σοὶ δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. Ἔμοιγε· εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ΠΩΛ. Τινος ἐμπειρία; ΣΩ. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας. ΠΩΛ. Οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἵόντ' εἶναι ἀνθρώποις; ΣΩ. Τί δὲ, ὦ Πῶλε, πέπυσαι ἤδη παρ' ἐμοῦ ὅ, τι φημὶ αὐτὴν εἶναι, ὥστε τὸ μετὰ τοῦτο ἐρωτᾷς εἰ οὐ καλὴ μοὶ δοκεῖ εἶναι;
d. ΠΩΛ. Οὐ γὰρ πέπυσμαι ὅτι ἐμπειρίαν τινὰ αὐτὴν φῂς εἶναι; ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾶς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τι μοὶ χαρίσασθαι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐροῦ νῦν με, ὀψοποιΐα εἴτις μοὶ δοκεῖ τέχνη εἶναι. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δὴ τίς τέχνη ὀψοποιΐα. ΣΩ. Οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί, φάθι. ΣΩ. Φημὶ δὴ, ἐμπειρία τις. ΠΩΛ. Τίς, φάθι. ΣΩ. Φημὶ δὴ, χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ.
e. Ταυτὸν δ' ἐστὶν ὀψοποιΐα καὶ ῥητορική; ΣΩ. Οὐδαμῶς γε· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐπιτηδεύσεως μόριον. ΠΩΛ. Τίνος λέγεις ταύτης; ΣΩ. Μὴ ἀγροικότερον ᾖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ὦ

dicis feciſſe artem, in eo libro quem nuper legi. *Pol.* Quidnam dicis? *So.* Peritiam quandam. *Pol.* Peritia ergo tibi videtur eſſe rhetorica? *So.* Mihi quidem, niſi tu aliud dixeris. *Pol.* Cuius videtur rei peritia? *So.* Gratiam quandam voluptatemque pariendi. *Pol.* Nonne igitur pulchrum quiddam exiſtimas eſſe rhetoricam, cum apud homines comparare gratiam poſſit? *So.* Quid, o Pole? audiviſti iam quid illam eſſe dicam, quod deinceps interrogas utrum pulchram eſſe putem? *Pol.* Nonne te audivi dicentem, eſſe peritiam quandam? *So.* Viſne igitur, quandoquidem gratiam magni facis, paulum quid mihi gratificari? *Pol.* Volo. *So.* Interroga me nunc, quam artem eſſe coquinariam putem. *Pol.* Ecce interrogo: quaenam ars coquinaria eſt? *So.* Nulla. *Pol.* At quid? *So.* Peritiam quandam eſſe dico. *Pol.* Quaenam peritia eſt? *So.* Gratiam voluptatemque pariendi. *Pol.* Idemne eſt coquinaria atque rhetorica? *So.* Nullo pacto; ſed eiuſdem ſtudii particula.

Γοργίου ἕνεκα λέγειν, μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τοῦτό ἐστιν ἡ ῥητορικὴ ἣν Γοργίας ἐπιτηδεύει, οὐκ οἶδα. καὶ γὰρ ἄρτι ἐκ τοῦ λόγου οὐδὲν ἡμῖν καταφανὲς ἐγένετο τί ποτε οὗτος ἡγεῖται. ὃ δ' ἐγὼ καλῶ τὴν ῥητορικὴν, πράγματός τινος ἐξὶ μόριον, οὐδενὸς τῶν καλῶν. ΓΟΡ. Τίνος, ὦ Σώκρατες, εἰπέ· μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθῇς. ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν μοὶ, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα, τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ εὐχαριστικῆς καὶ ἀνδρείας, καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις. καλῶ δὲ αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον, κολακείαν. ταύτης μοὶ δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ· ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τέχνη, ὡς δὲ ὁ ἐμὸς λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἐμπειρία καὶ τριβή. ταύτης μόριον καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγὼ καλῶ, καὶ τήν γε κομμωτικὴν, καὶ τὴν σοφιστικήν· τέτταρα ταῦτα μόρια ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν. εἰ οὖν βούλεται Πῶλος πυνθάνεσθαι, πυνθανέσθω. οὐ γάρ πω πέπυσται ὁποῖον φημὶ ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικὴν, ἀλλ' αὐτὸν

p. 463 a. b. c.

Pol. Cuius ſtudii? *So.* Vereor ut ſit durius veritatem dicere Gorgiae cauſa, ne forte me ſuum vituperare ſtudium arbitretur. Ego enim utrum haec rhetorica ſit quam Gorgias exercet, neſcio. nam ex hac diſputatione nihil nobis patefactum eſt, quid tandem ipſe putet. Sed quod ego appello rhetoricam, rei cuiuſdam particula eſt nequaquam honeſtae. *Gor.* Cuiuſnam Socrates? dic age, nihil mea cauſa veritus. *So.* Videtur mihi ſtudium eſſe quoddam, non artificioſum quidem, ſed ſagacis animi, aptique natura atque potentis ad humanam conſuetudinem ſibi conciliandam. Appello autem ſummam caputque eius adulationem. Huius autem ſtudii multa videntur mihi eſſe membra. unum quidem coquinaria: quae quamvis eſſe ars videatur, meo tamen iudicio nulla eſt, ſed peritia quaedam uſu comperta. Eiuſdem praeterea particulam rhetoricam quoque eſſe dico, & fucatoriam, quae mangonica dicitur, & ſophiſticam: has utique particulas quatuor, ad res quatuor pertinere. Si ergo Polus quaerere vult, quaerat. nondum enim

λέληθα οὕτως ἀποκεκριμένος. ὁ δὲ ἐπανερωτᾷ εἰ οὐ καλὸν ἡγοῦμαι εἶναι· ἐγὼ δὲ αὐτῷ οὐκ ἀποκρινοῦμαι πρότερον εἴτε καλὸν εἴτε αἰσχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν ῥητορικήν, πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρίνωμαι ὅ, τι ἐστίν. οὐ γὰρ δίκαιον, ὦ Πῶλε. ἀλλ' εἴπερ βούλει πυθέσθαι, ἐρώτα ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας φημὶ εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, καὶ ἀπόκριναι,
d. ὁποῖον μόριον. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις ἀποκριναμένου; ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. ΠΩΛ. Τί οὖν; καλὸν ἢ αἰσχρὸν λέγεις αὐτὴν εἶναι; ΣΩ. Αἰσχρὸν ἔγωγε. τὰ γὰρ κακὰ, αἰσχρὰ ἐγὼ καλῶ· ἐπειδὴ δεῖ σοι ἀποκρίνασθαι ὡς ἤδη εἰδότι ἃ ἐγὼ λέγω. ΓΟΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἐγὼ οὐδὲ αὐτὸς συνίημι ὅ, τι λέγεις. ΣΩ. Εἰκότως γε, ὦ Γοργία. οὐδὲν γάρ πω σαφὲς
e. λέγω· Πῶλος δὲ ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἔα· ἐμοὶ δ' εἰπὲ πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΣΩ. Ἀλλὰ τοῦτ' ἐγὼ πειράσομαι φράσαι ὅ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἡ ῥητορική· εἰ δὲ μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο,

audivit, qualem adulationis particulam rhetoricam esse dicam: nec animadvertit, ad id me nondum respondisse. itaque interrogat, utrum pulchram existimem, necne. Ego vero, utrum pulchrum aliquid vel turpe rhetoricam esse rear, non prius respondebo, quam quid ipsa sit, aperuerim. non enim aliter respondere decet, Pole. Quod si audire voles, percontare qualem adulationis particulam, rhetoricam esse dicam. *Pol.* Quaero iam abs te, qualis particula? *So.* An me respondente perdisces? Est, ut opinor, rhetorica particulae civilis simulacrum. *Pol* Quid ergo? pulchrumne, an turpe quiddam ais esse? *So.* Turpe. siquidem mala esse turpia dico, quandoquidem tibi, tanquam eorum quae iam dico non ignaro, me respondere oportet. *Gor.* Per Iovem, non satis quae dicis, intelligo. *So.* Nec iniuria quidem, Gorgia. nondum enim satis expressi: Polus autem iste iuvenis atque acer est. *Gor.* At hunc mitte: mihi vero responde, quo pacto dicas rhetoricam civilis particulae simulacrum esse. *So.* Conabor exprimere, quid mihi

Πῶλος ὅδε ἐλέγξει. σῶμά που καλεῖς τι καὶ ψυχήν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τούτων οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δέ; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ' οὔ; οἷον, τοιόνδε λέγω· πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ τῶν γυμναστικῶν τις. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, ὅτι ποιεῖ μὲν δοκεῖν εὖ ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Φέρε δή σοι, ἐὰν δύνωμαι, σαφέστερον ἐπιδείξω ὃ λέγω. δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, δύο λέγω τέχνας, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ, πολιτικὴν καλῶ· τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι, μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι· μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν, γυμναστικὴν, τὴν δὲ, ἰατρικήν. τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς, τὴν νομοθετικήν· ἀντί-

p. 464 a.

b.

videatur esse rhetorica. sin vero aliter se habeat negotium, Polus iste redarguat. Corpus appellas aliquid atque animam? *Gor.* Quidni. *So.* Horum vero nonne putas aliquam utriusque bonam habitudinem? *Gor.* Puto equidem. *So.* Praeterea habitudinem aliquam apparere bonam, cum minime sit? Dico autem nonnihil eiusmodi. Multi corpus bene affectum habere videntur, quorum malam valetudinem habitudinemque haud facile quisquam, praeter medicum gymnasiique magistrum, deprehendat. *Gor.* Vera narras. *So.* Tale quiddam & in corpore & in anima esse dico, quod quidem facit ut & corpus & anima recte valere videantur, cum non bene se habeant. *Gor.* Ita est. *So.* Age vero, si potero, clarius quod dixi explicabo. Cum res duae sint, artes esse geminas arbitror: & artem quidem ad animam pertinentem, civilem nuncupo: eam vero quae ad corpus, nomine uno nominare non possum. sed huius artis unius, quae curat corpus, duas pono particulas: alteram quidem gymnasticam, alteram medicinam. In civili vero nomotheticam, scilicet conditricem legum, pono correspondentem gymnasticae: & iustitiam, scilicet iudiciariam,

c. σροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ, τὴν δικαιοσύνην. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥ, τε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῇ νομοθετικῇ. ὅμως δὲ διαφέρουσί τι ἀλλήλων. τεττάρων δὴ τούτων οὐσῶν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον θεραπευουσῶν, τῶν μὲν, τὸ σῶμα, τῶν δὲ, τὴν ψυχὴν, ἡ κολακευτικὴ αἰσθανομένη, οὐ γνοῦσα λέγω, ἀλλὰ σοχασαμένη, τέτραχα ἑαυτὴν διανείμασα, ὑποδῦσα ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορίων, προσποιεῖται εἶναι τοῦτο ὅπερ
d. ὑπέδυ. καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει, τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν, καὶ ἐξαπατᾷ· ὥστε δοκεῖν πλείστου ἀξία εἶναι. ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν ἡ ὀψοποιητικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προσποιεῖται τὰ βέλτιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι. ὥστ' εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν, ἢ ἐν ἀνδράσιν οὕτως ἀνοήτοις ὥσπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων ἢ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιὸς, λιμῷ
e. ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν. κολακείαν μὲν οὖν αὐτὸ καλῶ, καὶ αἰσχρὸν φημὶ εἶναι τὸ τοιοῦτον, ὦ Πῶλε. τοῦτο γὰρ πρός σε

medicinam quodammodo referentem. Communicant vero invicem, utpote quae circa idem sint, medicina atque gymnastica, rursusque iudiciaria atque legalis. verumtamen inter se etiam differunt. Cum vero hae quatuor sint, semperque quod optimum curent, hae quidem corpus, illae animam: facultas adulatoria id sentiens, non cognoscens quidem, sed coniectans, se quadrifariam dividit, singulasque subit particulas, simulans id se esse quod subiit. Et optimi quidem nullam habet curam, sed semper eo quod dulcissimum est, quasi hamo incautam illaqueat mentem, & usque adeo decipit, ut plurimi apud eam aestimanda videatur. Medicinam quidem coquinaria subiens, simulat optimos se cibos corpori adhibere. Quamobrem si vel inter pueros, vel viros aeque ac pueri stultos atque insipientes, contendere oporteret coquum atque medicum, uter eorum de bonis malisve cibis plus intelligat, medicus quidem fame periret. Id ergo adulationem voco, ac turpe, o Pole, quiddam existimo. id enim adversus te dico:

λέγω, ὅτι τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου. τέχνην δὲ p.
αὐτὴν οὐ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν. ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐ- 465
δένα, ᾧ προσφέρει ἃ προσφέρει, ὁποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν· a.
ὥστε τὴν αἰτίαν ἑκάστου μὴ ἔχειν εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ
καλῶ ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφισβη-
τεῖς, ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον. τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ, ὥσπερ λέ-
γω, ἡ ὀψοποιητικὴ κολακεία ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ, b.
κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον, ἡ κομμωτικὴ, κακοῦργός τε
καὶ ἀπατηλὴ, καὶ ἀγεννὴς, καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε
καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ αἰσθήσει ἀπατῶσα· ὥστε
ποιεῖν, ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους, τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ
τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν. ἵν' οὖν μὴ μακρολογῶ, ἐθέλω σοὶ
εἰπεῖν ὥσπερ οἱ γεωμέτραι (ἤδη γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσειας)
ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο ὀψοποιητικὴ πρὸς c.
ἰατρικήν. μᾶλλον δὲ ὧδε· ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν,
τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικήν· καὶ ὅτι ὃ ὀψοποιητικὴ πρὸς
ἰατρικὴν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην. ὅπερ μέντοι λέγω,
διέσχικεν οὕτω φύσει· ἅτε δ' ἐγγὺς ὄντων, φύρονται ἐν τῷ

proptereaque absque ulla optimi ratione voluptatem aucupatur. neque artem eam esse dico, sed peritiam quandam; quoniam nullam eorum quae affert, qualia sint natura, habet rationem: quo fit, ut nullius rei causam possit afferre. Quare artem non appello, quae careat ratione. de quibus tamen si ambigis, rationem tibi volo exponere. Itaque medicinam, ut dixi, coquinaria adulatio subit: Gymnasticam vero similiter fucatoria, res noxia, fallax, ingenerosa, illiberalis, figuris, coloribus, lineamentis, & sensu quodam ita decipiens, ut propter extrinsecum fucum propriam veramque formam, quae fit per gymnasticam, negligamus. Ceterum ne sim prolixior, more geometrico dicam. sic enim forte iam assequeris. Profecto quod fucatrix ad gymnasticam, id ad medicinam est coquinaria. immo vero sic: Quod fucatrix ad gymnasticam, hoc sophistica ad legalem: rursusque, quod coquinaria ad medicinam, id rhetorica est ad iustitiam. Verumtamen, ut dice-

αὐτῷ καὶ περὶ ταυτὰ σοφισαὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσιν
ὅ, τι χρήσονται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς, οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι
τούτοις. καὶ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεσάτει, ἀλλ'
d. αὐτὸ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπὸ ταύτης κατεθεωρεῖτο καὶ ἀνεκρίνε-
το ἥ τε ὀψοποιητικὴ καὶ ἡ ἰατρικὴ, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε
ταῖς χάρισι ταῖς πρὸς αὐτὸ, τὸ τοῦ Ἀναξα-
γόρου ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε· (σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος)
ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων τ'
ὄντων τῶν τε ὑγιεινῶν καὶ ἰατρικῶν καὶ ὀψοποιητικῶν. ὃ μὲν
οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι, ἀκήκοας· ἀντίστροφον ὀψο-
ποιΐας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι. ἴσως μὲν οὖν ἄτοπον πε-
e. ποίηκα, ὅτι σε οὐκ ἐῶν μακροὺς λόγους λέγειν, αὐτὸς μακρὸν
λόγον ἀποτέτακα. ἄξιον μὲν οὖν ἐμοὶ συγγνώμην ἔχειν ἐσί.
λέγοντος γάρ μου βραχέα, οὐκ ἐμάνθανες, οὐδὲ χρῆσθαι
τῇ ἀποκρίσει, ἣν σοι ἀπεκρινάμην, οὐδὲν οἷος ἦσθα, ἀλλὰ
δέου διηγήσεως. ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ σοῦ ἀποκρινομένου μὴ

bam, ita natura distinguuntur: ac etiam tanquam propinquae miscentur invicem in eodem & circa eadem, sophistae videlicet & rhetores: nec utilitatem respiciunt aliquam, quam vel pro seipsis, vel pro aliis sequantur unquam. Nam si animus corpori non praeesset, sed ipsum sibi; neque ab eo perspiceretur, discernereturque coquinaria & medicina: sed corpus ipsum gratia voluptateque sua haec perpenderet, illud Anaxagorae prorsus accideret, amice Pole: horum enim habes peritiam: omnia videlicet in eodem indiscreta commiscerentur, & quae ad medicinam pertinent & salutem, & quae ad coquinariam attinent. Audivisti iam, quid ego rhetoricam esse dicam: rem videlicet coquinariae respondentem, talemque in anima, qualis illa est in corpore. Fortassis absurde feci, qui tibi prolixitatem prohibens, sermonem ipse longum extenderim: ubi tamen venia dignus sum, quia si brevius essem locutus, minime percepisses, neque responsio tibi mea satisfeciisset, sed expositione rursus indiguisses. Si ergo nec ego te respondentem assequi valeo, tu quoque extende sermo-

ἔχω ὅ, τι χρήσωμαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον· ἐὰν δὲ ἔχω, ἔα με χρῆσθαι. δίκαιον γάρ. καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει εἴτι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ. ΠΩΛ. Τί οὖν φῄς; κολακείαν δοκεῖ σοι εἶναι ἡ ῥητορική; ΣΩ. Κολακείας μὲν οὖν ἐγωγε εἶπον μόριον. ἀλλ' οὐ μνημονεύεις τηλικοῦτος ὤν, ὦ Πῶλε; τί τάχα δράσεις πρεσβύτης γενόμενος; ΠΩΛ. Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; ΣΩ. Ἐρώτημα τοῦτ' ἐρωτᾷς, ἢ λόγου τινὸς ἀρχὴν λέγεις; ΠΩΛ. Ἐρωτῶ ἔγωγε. ΣΩ. Οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσιν. ΠΩΛ. Πῶς οὐ νομίζεσθαι; οὐ μέγιστον δύνανται τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν; ΣΩ. Οὐκ· εἰ τὸ δύνασθαί γε λέγεις ἀγαθόν τι εἶναι τῷ δυναμένῳ. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὴν δὲ λέγω γε. ΣΩ. Ἐλάχιστον τοίνυν μοι δοκοῦσι τῶν ἐν τῇ πόλει δύνασθαι οἱ ῥήτορες. ΠΩΛ. Τί δ' οὐχ, ὥσπερ οἱ τύραννοι, ἀποκτιννύουσί τε ὃν ἂν βούλωνται, καὶ ἀφαιροῦνται χρήματα, καὶ ἐκβάλλουσιν ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΣΩ. Νὴ τὸν Κύνα ἀμφιγνοῶ μέντοι, ὦ Πῶλε, ἐφ' ἑκάστου ὧν λέγεις, πότερον αὐτὸς ταῦτα λέγεις, καὶ γνώμην σαυτοῦ ἀποφαίνῃ, ἢ ἐμὲ

p. 466 a. b. c.

nem. sin valeo, permitte me responsione tua vel mea (sic enim aequum est) pro arbitrio uti. Et nunc quidem, si quo pacto responsione hac opportune uti potes, utere. *Pol.* Quid igitur ais? adulatione tibi videtur esse rhetorica? *So.* Equidem adulationis particulam esse dixi. Non meministi, Pole, quum sis huius aetatis? quid forte posthac natu grandior facies? *Pol.* An boni rhetores videntur tibi quemadmodum adulatores in civitate contemni? *So.* Interrogationem hanc facis? an orationem aliquam exordiris? *Pol.* Interrogo equidem. *So.* Nulla existimatione mihi digni videntur. *Pol.* Quomodo nulla? nonne plurimum in civitatibus possunt? *So.* Minime, si potentiam bonam aliquid esse dicis ei qui potest. *Pol.* Dico certe. *So.* Oratores igitur minimum omnium in republica posse mihi videntur. *Pol.* Quid ais? nonne quemadmodum tyranni occidunt quem volunt, & exspoliant patrimonio, pelluntque ex urbe? *So.* Per Canem in singulis quae dicis, ambigo, utrum

ἐρωτᾷς. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγέ σε ἐρωτῶ. ΣΩ. Εἶεν, ὦ φίλε. ἔπειτα δύο ἅμα με ἐρωτᾷς; ΠΩΛ. Πῶς δύο; ΣΩ. Οὐκ ἄρτι οὕτω πως ἔλεγες, ὅτι ἀποκτιννύουσιν οἱ ῥήτορες οὓς ἂν βού-
d. λωνται, ὥσπερ οἱ τύραννοι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται, καὶ ἐξελαύνουσιν ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Λέγω τοίνυν σοι ὅτι δύο ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ ἀποκρινοῦμαί γέ σοι πρὸς ἀμφότερα. φημὶ γὰρ, ὦ Πῶλε, ἐγὼ καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς τυράννους δύνασθαι μὲν ἐν ταῖς πόλεσι σμικρότατον, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον. οὐδὲν γὰρ ποιεῖν ὧν βούλονται, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ποιεῖν μέντοι ὅ, τι ἂν αὐτοῖς δόξῃ βέλτιστον εἶναι. ΠΩΛ. Οὐκοῦν τοῦτό ἐστι τὸ
e. μέγα δύνασθαι; ΣΩ. Οὐχ, ὡς γε φησὶ Πῶλος. ΠΩΛ. Ἐγὼ οὐ φημι; φημὶ μὲν οὖν ἔγωγε. ΣΩ. Μὰ τὸν οὐ σύ γε. ἐπεὶ τὸ μέγα δύνασθαι ἔφης ἀγαθὸν εἶναι τῷ δυναμένῳ. ΠΩΛ. Φημὶ γὰρ οὖν. ΣΩ. Ἀγαθὸν οὖν οἴει εἶναι ἐάν τις ποιῇ ταῦτα ἃ ἂν δοκῇ αὐτῷ βέλτιστα εἶναι, νοῦν μὴ ἔχων; καὶ τοῦτο καλεῖς μέγα δύνασθαι; ΠΩΛ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν

sententiam explices tuam, an quaeras meam. *Pol.* Quaero equidem tuam. *So.* Esto amice: deinde, duo simul a me quaeris. *Pol.* Quonam pacto duo? *So.* Nonne dicebas modo, oratores occidere tyrannorum more quoscunque velint, & fortunae bonis exspoliare, atque etiam in exsilium eiicere? *Pol.* Equidem. *So.* Dico itaque tibi, has duas interrogationes esse, respondeoque ad utrasque. affero equidem, tam rhetores quam tyrannos minimam in civitatibus obtinere potentiam, quemadmodum paulo ante dicebam. nihil enim, ut ita dixerim, facere ex his quae volunt: facere tamen quod sibi opinantibus optimum videatur. *Pol.* Nonne haec magna potentia? *So.* Nequaquam, ut ait Polus. *Pol.* An ego non dico? dico equidem certe. *So.* Per Iovem non dicis, quandoquidem magnam potentiam dixisti ei, qui potest, esse bonum. *Pol.* Id quidem dico. *So.* Bonumne igitur esse ais, si quis ea fecerit, quae sibi optima videantur mente capto? atque id magnam dicis esse potentiam? *Pol.* Non certe. *So.* Nonne igitur ostendendum tibi

ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας, καὶ τέχνην τὴν ῥητορικήν, ἀλλὰ μὴ κολακείαν, ἐμὲ ἐξελέγξας; εἰ δέ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον, οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς, καὶ οἱ τύραννοι, οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται. ἡ δὲ δύναμις ἐστὶν, ὡς σὺ φῂς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ποιεῖν ἄνευ νοῦ ἃ δοκεῖ, καὶ σὺ ὁμολογεῖς κακὸν εἶναι. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Πῶς ἂν οὖν οἱ ῥήτορες μέγα δύναιντο ἢ οἱ τύραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ ὑπὸ Πώλου ὅτι ποιοῦσιν ἃ βούλονται; ΠΩΛ. Οὗτος ἀνήρ. ΣΩ. Οὔ φημι αὐτοὺς ποιεῖν ἃ βούλονται· ἀλλά μ' ἔλεγχε. ΠΩΛ. Οὐκ ἔρτι ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς βέλτιςα εἶναι τούτου πρόσθεν; ΣΩ. Καὶ γὰρ νῦν ὁμολογῶ. ΠΩΛ. Οὐκοῦν ποιοῦσιν ἃ βούλονται. ΣΩ. Οὔ φημι. ΠΩΛ. Ποιοῦντες δὲ ἃ δοκεῖ αὐτοῖς; ΣΩ. Φημί. ΠΩΛ. Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Μὴ κατηγόρει, ὦ λῶςε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατά σε· ἀλλ' εἰ μὲν ἔχεις ἐμὲ ἐρωτᾶν, ἐπίδειξον ὅ, τι ψεύδομαι· εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἐθέλω

p. 467 a.

b.

c.

est, oratores habere mentem, atque rhetoricam non adulationem quidem esse, sed artem, quo me convincas? alioquin nisi id ostendens me arguas, oratores & tyranni, facientes quidquid faciendum sibi videtur in civitate, nullum propterea bonum consequentur. Siquidem potentiam habere, ut ipse ais, est bonum: facere vero quidquid videatur absque mente, ipsemet confiteris esse malum. nonne ita? *Pol.* Ita certe. *So.* Quonam igitur pacto oratores, vel tyranni, magna in republica possunt, nisi Socrates convictus a Polo, illos quae volunt facere, fateatur? *Pol.* En vir! *So.* Nego eos facere quae volunt. tu vero me redargue. *Pol.* An non paulo ante confitebaris, quae sibi bona videntur, eos facere? *So.* Et nunc rursus confiteor. *Pol.* An non ergo faciunt quae volunt? *So.* Non, ut arbitror. *Pol.* Faciunt tamen quae sibi videntur. *So.* Concedo. *Pol.* Molesta, o Socrates, & incredibilia dicis. *So.* Ne me accuses, optime Pole, ut appellem te secundum te. verum si quid habes quod inquiras, errorem meum redargue:

ἀποκρίνεσθαι, ἵνα καὶ εἰδῶ ὅ, τι λέγεις. ΣΩ. Πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τοῦτο βούλεσθαι ὃ ἂν πράττωσιν ἑκάστοτε, ἢ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττουσι τοῦδ' ὃ πράττουσιν; οἷον, οἱ τὰ φάρμακα πίνοντες παρὰ τῶν ἰατρῶν, πότερον σοὶ δοκοῦσι τοῦτο βούλεσθαι ὅπερ ποιοῦσι, πίνειν τὸ φάρμακον καὶ ἀλγεῖν; ἢ ἐκεῖνο τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσι; ΠΩΛ. Δη-
d. λονότι τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσιν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντές τε καὶ τὸν ἄλλον χρηματισμὸν χρηματιζόμενοι, οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονται, ὃ ποιοῦσιν ἑκάστοτε (τίς γὰρ βούλεται πλεῖν τε καὶ κινδυνεύειν καὶ πράγματ' ἔχειν;) ἀλλ' ἐκεῖνο, οἶμαι, οὗ εἵνεκα πλέουσι, πλουτεῖν. πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσι. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἄλλοτι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων; ἐάν τις τὶ πράττῃ ἕνεκά του, οὐ τοῦτο βούλεται ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττει; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ.
e. Ἆρ' οὖν ἔστι τὶ τῶν ὄντων ὃ οὐχὶ ἤτοι ἀγαθόν γ' ἐστὶν ἢ κακόν, ἢ μεταξὺ τούτων, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν; ΠΩΛ. Πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκοῦν λέγεις εἶναι ἀγα-

sin minus, ipse respondet. *Pol.* Sed respondere malo, ut quid dicas intelligam. *So.* Utrum ergo tibi videntur homines id velle, quod ubique agunt? an potius illud, cuius gratia agunt? veluti qui pharmaca a medicis accepta bibunt, utrum tibi id videntur ipsum velle quod faciunt, videlicet pharmacum bibere, & asperitatem eius perferre: an sanitatem potius, cuius gratia bibunt? *Pol.* Manifestum est, eos fieri sanos velle, cuius gratia potionem sumunt. *So.* Nonne & qui navigant, aut aliud negotium lucri causa obeunt, non id volunt quod faciunt? (quis enim navigare, subire pericula, molestias habere velit?) sed illud volunt, ut arbitror, cuius gratia navigant; divitias scilicet: harum enim gratia navigant. *Pol.* Maxime. *So.* An non in omnibus quoque similiter, quisquis aliquid alicuius agit gratia, non id vult quod agit, sed illud cuius gratia agit? *Pol.* Ita videtur. *So.* An est ex omnibus aliquid, quod non aut bonum sit, aut malum, aut horum medium, neque bonum scilicet, neque malum? *Pol.* Nihil omnino. *So.* Non

δὸν μὲν, σοφίαν τε καὶ ὑγίειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα· κακὰ δὲ, τἀναντία τούτων; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ, μήτε κακὰ, ἆρα τοιάδε λέγεις, ἃ ἐνίοτε μὲν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, ἐνίοτε δὲ τοῦ κακοῦ, ἐνίοτε δὲ οὐ- p. δετέρου; οἷον, καθῆσθαι, καὶ βαδίζειν, καὶ τρέχειν, καὶ πλεῖν· 468 a. καὶ οἷον αὖ λίθους καὶ ξύλα, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα; οὐ ταῦτα λέγεις; ἢ ἄλλ' ἄττα καλεῖς τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακά; ΠΩΛ. Οὔκ· ἀλλὰ ταῦτα. ΣΩ. Πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦτα, ἕνεκεν τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν; ἢ τἀγαθὰ, τῶν μεταξύ; ΠΩΛ. Τὰ μεταξὺ δή που τῶν ἀγαθῶν. ΣΩ. Τὸ ἀγαθὸν ἄρα διώκοντες, καὶ βαδίζομεν, ὅταν βα- b. δίζωμεν, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι· καὶ τὸ ἐναντίον, ἕξαμεν ὅταν ἐξῶμεν, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν, εἴτινα ἀποκτίννυμεν, καὶ ἐκβάλλομεν, καὶ ἀφαιρούμεθα χρήματα, οἰόμενοι ἀμεινον εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν, ἢ μή. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἕνεκ' ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ποιοῦντες. ΠΩΛ. Φη-

ne bonum quidem dicis ſapientiam, ſanitatem, divitias, aliaque generis eiuſdem? mala vero horum contraria? *Pol.* Equidem. *So.* Quae vero neque bona ſunt, neque mala, talia quaedam dicis, quae quandoque boni, quandoque mali participia ſunt, quandoque neutri: veluti ſedere, ire, currere, navigare: rurſus, veluti lapides, ligna, ceteraque ſimilia. nonne talia quaedam eſſe dicis, quae neque bona appelles, neque mala? *Pol.* Talia certe. *So.* Utrum igitur media haec bonorum agunt gratia, quoties agunt? an bona gratia mediorum? *Pol.* Media bonorum gratia. *So.* Ergo ſequentes bonum, vadimus, praeſtare id exiſtimantes: & viciſſim quieſcimus, quandocunque quieſcimus, ob id ipſum bonum. nonne ita? *Pol.* Ita prorſus. *So.* Praeterea ſi quos occidimus, eiuſdem gratia occidimus: ſimiliterque expellimus, atque rapimus, putantes praeſtare ut talia a nobis fiant. *Pol.* Procul dubio. *So.* Quamobrem boni gratia haec faciunt omnia, quicunque faciunt. *Pol.* Aſſentior. *So.* An non inter nos convenit, non quae alicuius

μί. ΣΩ. Οὐκοῦν ὡμολογήσαμεν, ἃ ἕνεκά του ποιοῦμεν, μὴ
c. ἐκεῖνα βούλεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα ταῦτα ποιοῦμεν.
ΠΩΛ. Μάλιστα. ΣΩ. Οὐκ ἄρα σφάττειν βουλόμεθα, οὐδ'
ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἁπλῶς
οὕτως· ἀλλ' ἐὰν μὲν ὠφέλιμα ᾖ ταῦτα, βουλόμεθα πράττειν
αὐτά· βλαβερὰ δὲ ὄντα, οὐ βουλόμεθα. τὰ γὰρ ἀγαθὰ βου-
λόμεθα, ὡς φῂς σύ· τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακὰ οὐ βουλό-
μεθα, οὐδὲ τὰ κακά· ἢ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ Πῶλε,
d. ἢ οὔ; τί οὐκ ἀποκρίνῃ; ΠΩΛ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ
ταῦτα ὁμολογοῦμεν, ἤν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, ἢ ἐκβάλλῃ ἐκ
πόλεως, ἢ ἀφαιρῆται χρήματα, εἴτε τύραννος ὢν εἴτε ῥήτωρ
(οἰόμενος εἶναι αὐτῷ ἄμεινον, τυγχάνῃ δὲ ὂν κάκιον) οὗτος
δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ γάρ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἆρ'
οὖν καὶ ἃ βούλεται, εἴπερ τυγχάνει ταῦτα κακὰ ὄντα; τί
οὐκ ἀποκρίνῃ; ΠΩΛ. Ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ βούλεται.
ΣΩ. Ἔχειν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος μέγα δύναται ἐν τῇ πόλει
e. ταύτῃ, εἴπερ ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι, ἀγαθόν τι, κατὰ τὴν
σὴν ὁμολογίαν; ΠΩΛ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩ. Ἀληθῆ ἄρα ἐγὼ ἔλε-

gratia agimus, velle, ſed illud cuius haec gratia agimus? *Pol.* Maxime. *So.* Itaque non iugulare ſimpliciter omninoque volumus, neque expellere, neque pecunias rapere: verum ſi conducant haec, facere volumus: ſi noceant, nolumus. bona enim volumus, ut ipſe ais. quae vero neque bona, neque mala ſunt, non proprie volumus; neque mala. Videorne tibi, Pole, vera loqui? an non? Quid non reſpondes? *Pol.* Vera. *So.* Quamobrem ſi in his conſentimus, ſi quis quempiam interfecerit, vel urbe eiecerit, vel bonis fortunae privaverit, ſive tyrannus ille ſit, ſive orator, putans id melius ſibi fore, cum tamen ſit peius, is utique facit quae ſibi videntur. nonne? *Pol.* Certe. *So.* Numquid etiam quae vult, ſi quidem haec ſunt mala? Quid non reſpondes? *Pol.* Non videtur mihi quae vult facere. *So.* Quanam igitur ratione vir talis magnam habet in republica poteſtatem? ſi quidem magna poteſtas bonum quiddam eſt, ut ipſe etiam confiteris. *Pol.* Nullo pacto.

γον, λέγων ὅτι ἔξιν ἄνθρωπον ποιοῦντα ἐν πόλει ἃ δοκεῖ αὐτῷ, μὴ μέγα δύνασθαι, μηδὲ ποιεῖν ἃ βούλεται. ΠΩΛ. Ὡς δὴ σὺ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ, τι δοκεῖ σοι ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον ἢ μὴ, οὐδὲ ζηλοῖς ὅταν ἴδῃς τινὰ ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν αὐτῷ, ἢ ἀφελόντα χρήματα, ἢ δήσαντα; ΣΩ. Δικαίως λέγεις, ἢ ἀδίκως; ΠΩΛ. Ὁπότερ' ἂν ποιῇ, οὐκ ἀμφοτέρως ζηλωτόν ἐστιν; ΣΩ. Εὐφήμει, ὦ Πῶλε. p. 469 a.
ΠΩΛ. Τί δή; ΣΩ. Ὅτι οὐ χρὴ οὔτε τοὺς ἀζηλώτους ζηλοῦν, οὔτε τοὺς ἀθλίους· ἀλλ' ἐλεεῖν. ΠΩΛ. Τί δέ; οὕτω σοὶ δοκεῖ ἔχειν περὶ ὧν ἐγὼ λέγω τῶν ἀνθρώπων; ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΠΩΛ. Ὅστις οὖν ἀποκτίννυσιν ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, δικαίως ἀποκτιννὺς, ἄθλιος δοκεῖ σοι καὶ ἐλεεινός; ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε· οὐδὲ μέν τοι ζηλωτός. ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι ἄθλιον ἔφησθα εἶναι; ΣΩ. Τὸν ἀδίκως γε, ὦ ἑταῖρε, ἀποκτείναντα· καὶ ἐλεεινὸν δὲ πρός· τὸν δὲ δικαίως, ἀζήλωτον. ΠΩΛ. Ἦ που ὄγε ἀποθνήσ- b.

So. Vera ergo dicebam, fieri posse ut sit qui in civitate quae sibi videntur, efficiat, neque tamen magnam potentiam habeat, neque quae velit, agat. *Pol.* Quasi vero tu non optes licentiam habere faciendi quidquid tibi videatur in civitate, potius quam non habere: neque affectes talis esse, quales nonnullos vides, vel interficientes, vel exspoliantes, vel conijcientes in vincula, quoscunque & quandocunque sibi videtur. *So.* Iustene dicis, an iniuste? *Pol.* Quomodocunque id fiat, nonne utrumque optandum? *So.* Bona verba quaeso, o Pole. *Pol.* Quid ita? *So.* Quoniam non decet vel vitam minime optabilem exoptare, vel miseram, immo potius misereri. *Pol.* Quid vero? itane se habere eos de quibus loquor, existimas? *So.* Quidni? *Pol.* Quicunque igitur occidit quem iuste occidere sibi videtur, infelix tibi miserabilisque videtur? *So.* Non mihi quidem: neque tamen conditio eius optanda. *Pol.* An non paulo ante miserum dicebas esse? *So.* Amice, dicebam equidem, sed iniuste occidentem; eundemque insuper miserabilem: eius vero qui iuste interficit, conditionem non esse optandam. *Pol.* An non qui iniuste occiditur, miserabilis est

κων ἀδίκως, ἐλεεινός τε καὶ ἄθλιός ἐστιν; ΣΩ. Ἧττον ἢ ὁ ἀποκτιννὺς, ὦ Πῶλε· καὶ ἧττον ἢ ὁ δικαίως ἀποθνήσκων. ΠΩΛ. Πῶς δῆτα, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Οὕτως ὡς μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Ἦ γὰρ τοῦτο μέγιστον; οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι μεῖζον; ΣΩ. Ἥκιστά γε. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; ΣΩ. Βου-
c. λοίμην μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα οὐκ ἂν δέξαιο τυραννεῖν; ΣΩ. Οὐκ· εἰ τὸ τυραννεῖν γε λέγεις ὅπερ ἐγώ. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο λέγω ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο, καὶ ἀποκτιννύντι καὶ ἐκβάλλοντι, καὶ πάντα πράττοντι κατὰ τὴν αὑτοῦ δόξαν. ΣΩ. Ὦ μακάριε, ἐμοῦ δὴ λέγοντος τῷ λόγῳ
d. ἐπιλαβοῦ. εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ, λαβὼν ὑπὸ μάλης ἐγχειρίδιον, λέγοιμι πρός σε, ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐμοὶ δύναμίς τις καὶ τυραννὶς θαυμασία ἄρτι προσγέγονεν. ἐὰν γὰρ ἅρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς, αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξεται οὗτος ὃν ἂν δόξῃ. κἂν τινα

atque infelix? *So.* Minus quam vel interfector, vel is qui iuste necatur. *Pol.* Quid ita, o Socrates? *So.* Quoniam inferre iniuriam, malorum omnium maximum est. *Pol.* Quonam pacto id maximum? nonne peius est, iniuriam pati? *So.* Minime. *Pol.* Ipse igitur mallesne pati iniuriam, quam inferre? *So.* Equidem neutrum vellem. at si necesse foret, aut facere iniuriam, aut pati: accipere iniuriam, quam inferre malim. *Pol.* Non ergo tyrannidem eligeres. *So.* Non, si tyrannidem similiter atque ego, definis. *Pol.* Ego vero id esse dico tyrannidem, quod paulo ante, videlicet licentiam in civitate habere quidquid videatur perpetrandi, sive interficere quempiam, sive expellere libeat, ceteraque omnia pro libidine facere. *So.* Sed, o beate, quae dicam, accipe. Si enim ego in foro ac frequenti hominum multitudine, assumto sub ala pugione apud te gloriarer, me potentiam tyrannidemque mirabilem nuper esse nactum: nam sive aliquis istorum hominum quos cernis, mihi

δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγῆναι δεῖν, κατεαγὼς ἔσαι αὐτίκα μάλα· κἂν θοιμάτιον διεσχίσθαι, διεσχισμένον ἔσαι. οὕτω μέγα ἐγὼ δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει. εἰ οὖν ἀπι- e.
σοῦντί σοι δείξαιμι τὸ ἐγχειρίδιον, ἴσως ἂν εἴποις ἰδὼν, ὅτι, ὦ Σώκρατες, οὕτω μὲν πάντες ἂν μέγα δύναιντο. ἐπεὶ κἂν ἐμπρησθείη οἰκία τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥντινα ἄν σοι δοκῇ, καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια, καὶ τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα πάντα, καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ ἴδια. ἀλλ' οὐκ ἄρα τοῦτ' ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι, τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ δοκεῖ σοι; ΠΩΛ. Οὐ δῆτα οὕτω γε. ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν διότι μέμφῃ τὴν τοιαύτην p.
δύναμιν; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δή, λέγε. ΠΩΛ. Ὅτι 470
ἀναγκαῖον τὸν οὕτω πράττοντα, ζημιοῦσθαι, ἐστί. ΣΩ. Τὸ δὲ ζημιοῦσθαι, οὐ κακόν; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ, ἐπῆται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθόν τε εἶναι· καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι· εἰ

videatur occidendus, subito perimetur; sive alicuius frangendum caput, repente frangetur; sive discindenda vestis, subito discindetur; tantum ego in hac civitate possum: quod si tibi minus id credenti ostenderem pugionem, forte eo conspecto tu sic obiiceres: Sic quidem, o Socrates, omnes magnam potentiam haberent. quandoquidem & hoc modo quaslibet domos incendere, & Athenienſium navalia, & triremes, cunctaque navigia, tam publica quam privata, quivis posset. Verum haec non est magna potestas, quidquid tibi quomodocunque videatur, facere. itane tibi videtur? *Pol.* Certe non hoc pacto potentiam approbo. *So.* Potesne dicere quam ob causam eiusmodi non approbes potestatem? *Pol.* Possum equidem. *So.* Cur ergo? dic iam. *Pol.* Quoniam necesse est eum, qui ista perpetraverit, poenam luere. *So.* Poenam vero dare, nonne malum? *Pol.* Omnino. *So.* Nonne igitur, o vir mirabilis, magnam rursus potentiam iudicas, si modo qui agit quaecunque sibi videntur, assequitur ut utiliter agat, atque ita bonum consequitur: idque est magna posse? contra vero, malum

b. δὲ μὴ, κακὸν, καὶ σμικρὸν δύνασθαι. σκεψώμεθα δὲ καὶ τόδε. ἄλλό τι ἢ ὁμολογοῦμεν, ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα; ἐνίοτε δὲ οὔ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τοῦτο μὲν δὴ, ὡς ἔοικε, καὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἐμοῦ ὁμολογεῖται. ΠΩΛ. Ναι. ΣΩ. Πότε οὖν σὺ φῂς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν; εἰπὲ τίνα ὅρον ὁρίζῃ. ΠΩΛ. Σὺ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι ταυτὸ τοῦτο. ΣΩ. Ἐγὼ μὲν τοίνυν
c. φημι, ὦ Πῶλε, εἴ σοι παρ' ἐμοῦ ἡδίον ἔστιν ἀκούειν, ὅταν μὲν δικαίως τὶς ταῦτα ποιῇ, ἄμεινον εἶναι· ὅταν δὲ ἀδίκως, κάκιον. ΠΩΛ. Χαλεπόν γε σὲ ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Πολλὴν ἄρα ἐγὼ τῷ παιδὶ χάριν ἕξω, ἴσθι δὲ καί σοι, ἐάν με ἐξελέγξῃς, καὶ ἀπαλλάξῃς φλυαρίας. ἀλλὰ μὴ κάμῃς φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν· ἀλλ' ἔλεγχε. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες,
d. οὐδὲν γέ σε δεῖ παλαιοῖς πράγμασιν ἐλέγχειν. τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα, ταῦτα ἱκανά σε ἐξελέγξαι ἐστὶ, καὶ ἀποδεῖξαι ὡς πολλοὶ ἀδικοῦντες ἄνθρωποι, εὐδαίμονές εἰσι. ΣΩ.

est, parvaque potentia? Verum id quoque consideremus. dicimusne, alias praestare ea facere quae modo dicebamus, videlicet interficere, expellere, spoliare, alias autem minime? *Pol.* Sic omnino. *So.* Hoc iam mihi, ut videtur, tibique convenit. *Pol.* Certe. *So.* Utrum igitur & quo pacto dicis ipse melius esse haec facere? dic age, quem terminum statuas. *Pol.* Tu vero, o Socrates, id definias. *So.* Ego igitur, si a me audire mavis, dicam, videlicet cum quis haec iuste facit, melius esse: quando vero iniuste, peius. *Pol.* Perdifficile est te redarguere, o Socrates. at nonne vel puer te redarguere possit, quod vera non dicis? *So.* Magnam ego puero habebo gratiam, tibi quoque non minorem, si me refutando ab errore eiusmodi liberaveris. te igitur oro, ne tibi molestum sit beneficium hoc in amicum conferre: sed iam refelle. *Pol.* Atqui, o Socrates, nihil opus est antiquis exemplis ad te confutandum. si quidem recentibus atque adeo hesternis manifeste plerosque in-

Τὰ ποῖα ταῦτα; ΠΩΛ. Ἀρχέλαον δή που τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας; ΣΩ. Εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἀκούω γε. ΠΩΛ. Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; ΣΩ. Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε. οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί. ΠΩΛ. Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης; ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ; ΣΩ. Μὰ Δί' οὐ δῆτα. ΠΩΛ. e. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. ΣΩ. Καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ. οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. ΠΩΛ. Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; ΣΩ. Ὡς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε. τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα, εὐδαίμονα εἶναι φημί· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν, ἄθλιον. ΠΩΛ. Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος, κατὰ τὸν σὸν p. λόγον; ΣΩ. Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὲν 471 δὴ πῶς οὐκ ἄδικος; ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἦν νῦν a. ἔχει, ὄντι ἐκ γυναικὸς ἧς ἦν δούλη Ἀλκέτου τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον, δοῦλος ἦν Ἀλκέτου, καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐδούλευσεν ἂν Ἀλκέτῃ· καὶ ἦν ἂν εὐδαίμων, κατά γε τὸν σὸν λόγον· νῦν δὲ θαυμασίως ὡς

iuſtos eſſe felices comprobari poſſit. *So.* Quaenam iſta? *Pol.* Archelaum Perdiccae filium Macedoniae imperare vides? *So.* Etſi non video, ſaltem audio. *Pol.* Felixne igitur tibi an infelix videtur? *So.* Haud ſcio. nunquam enim cum eo locutus ſum. *Pol.* An tu aliter id ſcire non potes? *So.* Nullo modo. *Pol.* Tu igitur ne de Perſarum quidem rege magno potes dicere, beatuſne ſit? *So.* An ego poſſum, cum ignorem quam ſit doctus, quam vir bonus? *Pol.* Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? *So.* Ita prorſus exiſtimo, bonos beatos, improbos miſeros. *Pol.* Miſer ergo Archelaus? *So.* Certe, ſi iniuſtus. *Pol.* At vero quonam pacto negari id poteſt? is enim ex ancilla Alcetae Perdiccae fratris natus eſt: ideoque Macedoniae regnum quod nunc poſſidet, ad eum minime pertinebat: ſed ipſo iure Alcetae ſervus erat: eoque ſi iuſta agere voluiſſet, ipſi Alcetae ſerviſſet; atque eo pacto ex ratione tua eſſet fe-

ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν. ὃς γε πρῶτον μὲν
b. τοῦτον αὐτὸν τὸν δεσπότην καὶ θεῖον μεταπεμψάμενος, ὡς
ἀποδώσων τὴν ἀρχὴν ἣν Περδίκκας αὐτὸν ἀφείλετο, ξενίσας
καὶ καταμεθύσας αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον,
ἀνεψιὸν αὑτοῦ, καὶ σχεδὸν ἡλικιώτην, ἐμβαλὼν εἰς ἅμαξαν,
νύκτωρ ἐξαγαγὼν, ἀπέσφαξέ τε καὶ ἠφάνισεν ἀμφοτέρους.
καὶ ταῦτα ἀδικήσας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος.
καὶ οὐ μετεμέλησεν αὐτῷ· ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον, τὸν ἀδελφὸν,
c. τὸν γνήσιον τοῦ Περδίκκου υἱὸν, παῖδα ὡς ἑπταετῆ, οὗ ἡ
ἀρχὴ ἐγίγνετο κατὰ τὸ δίκαιον, οὐκ ἐβουλήθη εὐδαίμων γενέ-
σθαι δικαίως ἐκθρέψας καὶ ἀποδοὺς τὴν ἀρχὴν ἐκείνῳ· ἀλλ'
εἰς φρέαρ ἐμβαλὼν καὶ ἀποπνίξας, πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ
Κλεοπάτραν χῆνα ἔφη διώκοντα ἐμπεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν.
τοιγάρτοι νῦν, ἅτε μέγιστα ἠδικηκὼς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ,
ἀθλιώτατός ἐσι πάντων τῶν Μακεδόνων, ἀλλ' οὐκ εὐδαι-
μονέσατος. καὶ ἴσως ἔσιν ὅστις Ἀθηναίων ἀπὸ σοῦ ἀρξά-
d. μενος, δέξαιτ' ἂν ἄλλος ὁστισοῦν Μακεδόνων γενέσθαι μᾶλ-

lix. Nunc vero quam mirabiliter ad miſeriam tandem redactus eſt, poſtquam maximas intulit iniurias. Is enim primo hunc ipſum dominum patruumque ſuum Alcetam accerſitum ad ſe, quaſi regnum, quod Perdiccas abſtulerat, redditurus, convivio vinoque gravatum, ipſumque & filium eius Alexandrum patruelem aequalemque ſuum coniectos in plauſtrum, nocteque aſportatos, trucidavit atque delevit. nec tamen his perpetratis, ſuam agnovit miſeriam, nec id feciſſe poenituit: ſed paulo poſt fratrem ſuum, legitimum Perdiccae filium, puerum annorum ſeptem, ad quem pertinebat regnum, noluit ut felix viveret, iuſte alere, atque ipſi regnum tradere; ſed in puteum praecipitem dedit, atque ſuffocavit. Cleopatrae vero eius matri nuntiavit, puerum, dum perſequeretur anſerem, cecidiſſe in puteum, mortemque obiiſſe. His ergo tam magnis iniuriis perpetratis, Macedonum omnium miſerrimus eſt, an potius feliciſſimus? Num eſt ullus Athenienſium, ut a te exordiamur, Socrates, qui malit alius quiſquam Macedonum eſſe, quam

λον ἢ Ἀρχέλαος. ΣΩ. Καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὦ Πῶλε, ἔγωγέ σε ἐπῄνεσα ὅτι μοι δοκεῖς εὖ πρὸς τὴν ῥητορικὴν πεπαιδεῦσθαι, τοῦ δὲ διαλέγεσθαι ἠμεληκέναι. καὶ νῦν ἄλλοτι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος, ᾧ με καὶ ἂν παῖς ἐξελέγξειε; καὶ ἐγὼ ὑπὸ σοῦ νῦν, ὡς σὺ οἴει, ἐξελήλεγμαι, τούτῳ τῷ λόγῳ φάσκων τὸν ἀδικοῦντα οὐκ εὐδαίμονα εἶναι. πόθεν, ὦ 'γαθέ; καὶ μὴν οὐδέν γε σοι τούτων ὁμολογῶ ὧν σὺ φῄς. ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἐθέλεις. ἐπεὶ δοκεῖ γέ σοι ὡς ἐγὼ λέγω. ΣΩ. Ὦ μακάριε. ῥητορικῶς γάρ με ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἡγούμενοι ἐλέγχειν. καὶ γὰρ ἐκεῖ οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους δοκοῦσιν ἐλέγχειν, ἐπειδὰν τῶν λόγων ὧν ἂν λέγωσι μάρτυρας πολλοὺς παρέχωνται, καὶ εὐδοκίμους, ὁ δὲ τἀναντία λέγων, ἕνα τινὰ παρέχηται ἢ μηδένα. οὗτος δὲ ὁ ἔλεγχος οὐδενὸς ἀξιός ἐστι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἐνίοτε γὰρ ἂν καὶ κατα- p. ψευδομαρτυρηθείη τὶς ὑπὸ πολλῶν καὶ δοκούντων εἶναί τι. 472 a. καὶ νῦν περὶ ὧν σὺ λέγεις ὀλίγου σοι πάντες συμφήσουσι ταῦτα Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξένοι. καὶ ἐὰν βούλῃ κατ' ἐμοῦ μάρ-

Archelaus? *So.* Et ab ipso disputationis exordio, Pole, te tanquam Rhetorica bene instructum laudavi, artem vero disserendi dixi te neglexisse. At nunc, haecne illa ratio est, per quam quivis etiam puer, ut ipse dicebas, me refellat? atque ego abs te, ut ipse iudicas, hac in praesentia ratione convictus sum, qui dixerim iniuriantem beatum esse non posse? Unde vero haec, bone vir? atqui nihil tibi horum, quae tu dicis, assentior. *Pol.* Neque enim assentiri libet, quanquam tibi vera videantur. *So.* O beate, oratorum more convincere me contendis, quemadmodum in iudicio fieri solet, ubi alii alios tum convincere se opinantur, cum pro sua causa multos celebresque adducant testes; adversarius vero, aut nullum, aut unum aliquem producat: cum eiusmodi probatio nullius ad veritatem sit momenti. Saepe enim ob falsorum testium multitudinem, atque eorum etiam, qui alicuius rei & pretii esse videntur, quis iniuste opprimitur. Atqui in praesentia si de his quae dicis, velis contra me testes producere, omnes forte &

τυρας παρέχεσθαι ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγω, μαρτυρήσουσί σοι, ἐὰν μὲν βούλῃ, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ· (ὧν οἱ τρίποδες οἱ ἐφεξῆς ἑστῶτες εἰσὶν ἐν τῷ Διονυσείῳ) ἐὰν δὲ βούλῃ, Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου, οὗ αὖ ἐστὶν ἐν
b. Πυθίοι τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα· ἐὰν δὲ βούλῃ, ἡ Περικλέους ὅλη οἰκία, ἢ ἄλλη συγγένεια ἥντινα ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι. ἀλλ' ἐγώ σοι εἷς ὢν οὐχ ὁμολογῶ. οὐ γάρ με σὺ ἀναγκάζεις, ἀλλὰ ψευδομάρτυρας πολλοὺς κατ' ἐμοῦ παρασχόμενος, ἐπιχειρεῖς ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ ἀληθοῦς. ἐγὼ δὲ ἂν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λό-
c. γου πεπεράνθαι περὶ ὧν ἂν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ. οἶμαι δὲ οὐδὲ σὺ, ἐὰν μὴ ἐγώ σοι μαρτυρῶ εἷς ὢν μόνος, τοὺς δ' ἄλλους πάντας τούτους χαίρειν ἐᾷς. ἔστι μὲν οὖν οὕτός τις τρόπος ἐλέγχου, ὡς σύ τε οἴει καὶ ἄλλοι πολλοί· ἔστι δὲ καὶ ἄλλος, ὃν ἐγὼ αὖ οἶμαι. παραβάλλοντες οὖν παρ' ἀλλήλους σκεψώμεθα εἴ τι διοίσουσιν ἀλλήλων. καὶ γὰρ τυγχάνει περὶ ὧν ἀμφισβητοῦ-

Athenienſes & peregrini tecum ſentient; me vero afferre falſa tibi atteſtabuntur: ſive Niciam accerſas Nicerati filium, fratresque eius ſecum, quorum ſunt in Dionyſio tripodes ordine quodam diſpoſiti; ſive Ariſtocratem Scellii filium, cuius in Pythio munus exſtat pulcherrimum; ſeu totam Periclis domum, ſeu aliam quamlibet Athenienſium familiam velis in teſtimonium advocare. At ego unus tibi non aſſentior. non enim me rationibus cogis, ſed falſis teſtibus contra me productis, ex ipſa veritatis ſubſtantia deiicere me moliris. Ego vero niſi te ipſum teſtem unum adduxero mihi aſſentientem, nihil aeſtimatione dignum in his quae tractamus, perfeciſſe me arbitror. nihil etiam te profecturum puto, niſi ego unus ſolusque tibi conſentiam, tuque dimiſſa aliorum teſtium multitudine, id ipſum efficias. Eſt igitur, ut dixi, unus iſte arguendi modus, quemadmodum tu aliique multi putatis. eſt & alter, quem ego puto. Eos igitur invicem comparantes, utrum & quo pacto inter ſe diſcrepent, diligenter conſideremus. non

μεν οὐ πάνυ σμικρὰ ὄντα, ἀλλὰ σχεδόν τι ταῦτα περὶ ὧν εἰδέναι τε κάλλιστον, μὴ εἰδέναι τε αἴσχιστον. τὸ γὰρ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστιν, ἢ γιγνώσκειν ἢ ἀγνοεῖν ὅστις τε εὐδαίμων ἐστι, καὶ ὅστις μή. αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, d. σὺ ἠγῇ οἷόν τε εἶναι μακάριον ἄνδρα ἀδικοῦντά τε καὶ ἄδικον ὄντα· εἴπερ Ἀρχέλαον ἄδικον μὲν ἡγῇ εἶναι, εὐδαίμονα δέ. ἄλλοτι ὡς οὕτω σου νομίζοντος διανοώμεθα; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐγὼ δέ φημι ἀδύνατον. ἓν μὲν τουτὶ ἀμφισβητοῦμεν. εἶεν. ἀδικῶν δὲ δὴ εὐδαίμων ἔσαι, ἆρ' ἂν τυγχάνῃ δίκης τε καὶ τιμωρίας; ΠΩΛ. Ἥκιστά γε· ἐπεὶ οὕτω γ' ἂν ἀθλιώτατος εἴη. ΣΩ. Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μὴ τυγχάνῃ δίκης ὁ ἀδικῶν, κατὰ τὸν σὸν λόγον, εὐδαίμων ἔσαι; ΠΩΛ. Φημί. ΣΩ. Κα- e. τὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος, ἁπάντων μὲν ἄθλιος· ἀθλιώτερος μὲν τοίνυν ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν· ἧττον δὲ ἄθλιος, ἐὰν διδῷ δίκην, καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. ΠΩΛ. Ἄτοπά γε, ὦ Σώκρατες, ἐπιχειρεῖς λέγειν. ΣΩ. Πει- p. 473 a.

enim de rebus parvis inſtituta nobis eſt diſputatio: ſed de his, quas & ſcire pulcherrimum eſt, & neſcire turpiſſimum. Caput enim & ſumma eorum quae perquirimus, eſt vel cognoſcere, vel ignorare, quis beatus ſit, quis miſer. Principio quidem in iis quae perquirimus, tu fieri poſſe exiſtimas, ut qui iniuriam facit, iniuſtusque eſt, ſit beatus: ſiquidem Archelaum eſſe quidem iniuſtum confiteris, ſed beatum. numquid ita opinari exiſtimare debemus? *Pol.* Omnino. *So.* Ego vero id fieri non poſſe dico. unum igitur hoc eſt de quo ambigimus. Eſto igitur. Iniuſtus autem eritne felix, ſi poenas iniuſtitiae dederit? *Pol.* Minime quidem: immo miſerrimus. *So.* At vero ſi iniuſtus poenas effugerit, ut ipſe ais, beatus erit. *Pol.* Aio equidem. *So.* Secundum vero ſententiam meam, o Pole, qui iniuriatur iniuſtusque eſt, omnino eſt ante alios miſer: miſerior autem, ſi iniuriarum poenas nunquam luat: minus vero miſer, ſi luat, ſuppliciumque iuſtum diis hominibusque reportet. *Pol.* Quam abſurda dicere audes! *So.* Dabo

ράσομαι δέ γε καί σε ποιῆσαι, ὦ ἑταῖρε, ταυτὰ ἐμοὶ λέγειν. φίλον γάρ σε ἡγοῦμαι. νῦν μὲν οὖν ἃ διαφερόμεθα, ταῦτ' ἐσί. σκόπει δὲ καὶ σύ. εἶπον ἐγώ που ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον εἶναι; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Σὺ δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Καὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἀθλίους ἔφην εἶναι ἐγὼ, καὶ ἐξηλέγχθην ὑπὸ σοῦ; ΠΩΛ.
b. Ναὶ μὰ Δία. ΣΩ. Ὡς σὺ οἴει, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀληθῆ γε οἰόμενος ἴσως. ΣΩ. Σὺ δέ γε εὐδαίμονας αὖ τοὺς ἀδικοῦντας, ἐὰν μὴ διδῶσι δίκην. ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἐγὼ δὲ αὐτοὺς ἀθλιωτάτους φημί· τοὺς δὲ διδόντας δίκην, ἧττον. βούλει καὶ τοῦτο ἐλέγχειν; ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔτι τοῦτ' ἐκείνου χαλεπώτερόν ἐσιν, ὦ Σώκρατες, ἐξελέγξαι. ΣΩ. Οὐ δῆτα, ὦ Πῶλε· ἀλλ' ἀδύνατον. τὸ γὰρ ἀληθὲς οὐδέποτε ἐλέγχεται. ΠΩΛ. Πῶς λέγεις; ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραν-
c. νίδι ἐπιβουλεύων, καὶ ληφθεὶς ῥαβλῶται, καὶ ἐκτέμνηται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκάηται· καὶ ἄλλας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας αὐτός τε λωβηθεὶς, καὶ τοὺς

equidem operam, amice, ut ipse quoque mecum sentias. amicum enim esse te mihi puto. Nunc ergo ea de quibus dissentimus, eiusmodi sunt. attende vero & tu. Dixi equidem in superioribus, iniuriam inferre peius esse, quam pati. *Pol.* Ita dixisti. *So.* Tu vero contra, pati peius esse quam facere. *Pol.* Procul dubio. *So.* Praeterea eos qui iniuriam faciunt, ego miseros appellabam: atque a te redargutus sum. *Pol.* Ita per Iovem. *So.* Tuo quidem iudicio. *Pol.* Ac forte vero. *So.* Tu vero iniuriantes tunc felices esse dicebas, cum poenas minime darent. *Pol.* Et maxime quidem. *So.* Ego vero istos dico miserrimos: eos autem qui puniantur, minus miseros esse. Visne id quoque refellere? *Pol.* At istud adhuc difficilius illo redargui potest. *So.* Haud difficile istud, immo impossibile iudicare debes. quod enim verum est, refelli nunquam potest. *Pol.* Quid ais? Si quis tyrannidem per iniuriam moliri deprehensus fuerit, captusque torqueatur, excarnificeturque, eique exurantur oculi, aliisque multis, variis, gravibus poenis

αὐτοῦ ἐπιδὼν παῖδάς τε καὶ γυναῖκα, τὸ ἔσχατον ἀναζωρωθῇ, ἢ καταπιττωθῇ, οὗτος εὐδαιμονέστερος ἔσαι; ἢ ἐὰν διαφυγὼν τύραννος καταςῇ, καὶ ἄρχων ἐν τῇ πόλει διαβιῷ, ποιῶν ὅ, τι ἂν βούληται, ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων; ταῦτα λέγεις ἀδύ- d.
νατον εἶναι ἐξελέγχειν; ΣΩ. Μορμολύττῃ αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις· ἄρτι δὲ ἐμαρτύρου. ὅμως δὲ ὑπόμνησόν με σμικρὸν, ἐὰν ἀδίκως ἐπιβουλεύων τυραννίδι εἶπες. ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Εὐδαιμονέστερος μὲν τοίνυν οὐδέποτε ἔσαι οὐδέτερος αὐτῶν, οὔτε ὁ κατειργασμένος τὴν τυραννίδα ἀδίκως, οὔτε ὁ δίκην διδούς. δυοῖν γὰρ ἀθλίοιν εὐδαιμονέστερος μὲν οὐκ ἂν εἴη, ἀθλιώτερος μέντοι ὁ διαφυγὼν καὶ τυραννεύσας. τί τοῦτο, ὦ Πῶλε, γελᾷς; ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγ- e.
χου ἐςὶν, ἐπειδάν τις τὶ εἴπῃ, καταγελᾶν, ἐλέγχειν δὲ μή. ΠΩΛ. Οὐκ οἴει ἐξελήλεγχθαι, ὦ Σώκρατες, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων; ἐπεὶ ἔρου τινὰ τουτωνί. ΣΩ. Ὦ Πῶλε, οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν. καὶ πέρυσι βουλεύειν

afficiatur: videat praeterea liberos & uxorem pati eadem, & tandem in crucem agatur, aut pice adhibita, comburatur: an haec qui patietur, felix erit? vel potius si evadat, tyrannidemque assecutus arbitratu vivat suo, adeo ut vitae suae status exoptandus, felixque a civibus & peregrinis existimetur? Haecne dicis confutari non posse? *So.* Perterrefacis me nunc rursus, generose Pole; non autem refellis: paulo vero ante attestabaris. Verumtamen redige mihi parumper in memoriam, an iniusta capessere tyrannidem dixeris. *Pol.* Equidem. *So.* Neuter igitur eorum felicior unquam erit, neque qui tyrannidem iniuste adeptus fuerit, neque qui deprehensus poenas dederit. nempe e duobus miseris neuter altero felicior est dicendus: miserior tamen qui potitus tyrannide supplicium devitaverit. Quid rides? Alia rursus haec refellendi species est, cum quis aliquid dicat deridere, non autem arguere. *Pol.* At non putas refelli, o Socrates, cum talia dicas, qualia nullus unquam mortalium diceret? Quaere ab istorum aliquo. *So.* O Pole,

λαχὼν, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε, καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν,
p. γέλωτα παρεῖχον, καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. μὴ οὖν
474 μηδὲ νῦν με κέλευε ἐπιψηφίζειν τοὺς παρόντας. ἀλλ' εἰ μὴ
a. ἔχεις τούτων βελτίω ἔλεγχον (ὅπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον) ἐμοὶ
ἐν τῷ μέρει παράδος, καὶ πείρασαι τοῦ ἐλέγχου οἷον ἐγὼ
οἶμαι δεῖν εἶναι. ἐγὼ γὰρ ὧν ἂν λέγω, ἕνα μὲν παρασχέσθαι
μάρτυρα ἐπισταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἂν μοι ὁ λόγος ᾖ, τοὺς δὲ
πολλοὺς ἐῶ χαίρειν, καὶ ἕνα ἐπιψηφίζειν ἐπίσταμαι· τοῖς δὲ
πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι. ὅρα οὖν εἰ ἐθελήσαις ἐν τῷ μέρει
b. διδόναι ἔλεγχον, ἀποκρινόμενος τὰ ἐρωτώμενα. ἐγὼ γὰρ δὴ
οἶμαι καὶ ἐμὲ καὶ σε καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὸ ἀδικεῖν
τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι· καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην, τοῦ
διδόναι. ΠΩΛ. Ἐγὼ δέ γε οὔτ' ἐμὲ, οὔτ' ἄλλον ἀνθρώπων
οὐδένα. ἐπεὶ σὺ δέξαιο ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; ΣΩ.
Καὶ σύ γ' ἄν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. ΠΩΛ. Πολλοῦ γε δεῖ.
ἀλλ' οὔτ' ἐγὼ, οὔτε σὺ, οὔτ' ἄλλος οὐδείς. ΣΩ. Οὐκοῦν

equidem non ſum ex his qui in republica verſantur. Et ſuperiori anno, cum in ſenatum ſorte cooptatus, quod tribus tum mea cum imperio erat, rogare ſententias, & ad ſuffragium ferendum vocare deberem, concitavi riſum, quia facere id neſcivi. Noli ergo iubere, ut ad concilium praeſentium referam. Ceterum niſi meliorem arguendi viam habes, quemadmodum modo dicebam: viciſſim mihi concede, atque experire qualem ego redargutionem eſſe arbitror oportere. Eorum enim quae dico, unum producere teſtem ſcio, illum ipſum qui cum mihi ſermo eſt inſtitutus: multitudinem autem miſſam facio, & unius ſententiam rogo; multitudini vero ne verbum quidem facio. Vide igitur, utrum mihi viciſſim arguendi locum velis concedere, tuque ad quaeſitum reſpondere. Arbitror equidem, & te & alios homines exiſtimare, peius eſſe facere iniuriam, quam accipere, & poenas effugere, quam ſubire. *Pol.* Ego autem neque me, neque alium prorſus ullum: quandoquidem tu ſolus iniuriam perpeti malles, quam inferre. *So.* Immo vero & tu, & ceteri omnes. *Pol.* Permultum abeſt. immo

ἀποκρινῇ. ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. καὶ γὰρ ἐπιθυμῶ εἰδέναι ὅ, c.
τι ποτ' ἐρεῖς. ΣΩ. Λέγε δή μοι, ἵν' εἰδῇς, ὥσπερ ἂν εἰ ἐξαρ-
χῆς σε ἠρώτων πότερον δοκεῖ σοι, ὦ Πῶλε, κάκιον εἶναι τὸ
ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Τὸ ἀδικεῖσθαι, ἔμοιγε. ΣΩ.
Τί δαὶ δὴ αἴσχιον; πότερον τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; ἀπο-
κρίνου. ΠΩΛ. Τὸ ἀδικεῖν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ κάκιον, εἴπερ
αἴσχιον. ΠΩΛ. Ἧκιστά γε. ΣΩ. Μανθάνω. οὐ ταυτὸν ἡγῇ d.
σὺ, ὡς ἔοικας, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν, κακόν καὶ αἰσχρόν. ΠΩΛ.
Οὐ δῆτα. ΣΩ. Τί δαὶ τόδε; τὰ καλὰ πάντα, οἷον καὶ
σώματα καὶ χρώματα, καὶ σχήματα, καὶ φωνὰς, καὶ ἐπι-
τηδεύματα, εἰς οὐδὲν ἀποβλέπων καλεῖς ἑκάστοτε καλά; οἷον
πρῶτον τὰ σώματα τὰ καλὰ, οὐχὶ ἤτοι κατὰ τὴν χρείαν λέ-
γεις καλὰ εἶναι, πρὸς ὃ ἂν ἕκαστον χρήσιμον ᾖ, πρὸς τοῦτο;
ἢ κατὰ ἡδονήν τινα, ἐὰν ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν ποιῇ τοὺς
θεωροῦντας; ἔχεις τι ἐκτὸς τούτων λέγειν περὶ σώματος κάλ-
λους; ΠΩΛ. Οὐκ ἔχω. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα πάντα οὕτω e.
καὶ σχήματα, καὶ χρώματα, ἢ διὰ ἡδονήν τινα, ἢ διὰ ὠφέ-

nec ego, nec tu, nec alius quisquam. *So.* Visne respondere? *Pol.* Volo equidem. cupio enim quid tandem dicturus sis, intelligere. *So.* Responde itaque mihi, ut intelligas, tanquam si a principio interrogem: Utrum putas deterius esse? facerene iniuriam, an perpeti? *Pol.* Perpeti. *So.* Utrum vero turpius? responde, quaeso. *Pol.* Iniuriam facere. *So.* Nonne & peius, si turpius? *Pol.* Minime. *So.* Intelligo iam. nempe non putas, ut videtur, idem esse pulchrum atque bonum, idemque turpe atque malum. *Pol.* Non certe. *So.* Quid autem? pulchra omnia, scilicet corpora, colores, figuras, voces, studia, numquid ipse ad nihil respiciens, appellas pulchra; an ad aliquid? ut ecce primo quidem corpora pulchra, nonne aut propter utilitatem dicis esse pulchra, atque ad id pulchra cuius usui serviunt: aut propter aliquam voluptatem, videlicet quod delectent aspicientes? An habes praeterea quidquam aliud, quod de corporis pulchritudine dici possit? *Pol.* Nihil aliud. *So.* Nonne & alia similiter omnia, sive figuras, sive colores, vel

λειαν, ἢ δι' ἀμφότερα, καλὰ προσαγορεύεις; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐ καὶ τὰς φωνάς; καὶ τὰ κατὰ τὴν μουσικὴν πάντα ὡσαύτως; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Καὶ μὴν τά γε κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, οὐ δή που ἐκτὸς τούτων ἐστὶ τὰ καλὰ, τοῦ ὠφέλιμα εἶναι, ἢ ἡδέα, ἢ ἀμφότερα. ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε
p. δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν μαθημάτων κάλλος ὡσαύτως.
475 ΠΩΛ. Πάνυ γε. καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζῃ, ὦ Σώκρατες,
a. ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ αἰσχρὸν τῷ ἐναντίῳ, λύπῃ τε καὶ κακῷ; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ὅταν ἄρα δυοῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν, ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον, κάλλιόν ἐστιν· ἤτοι ἡδονῇ, ἢ ὠφελείᾳ, ἢ ἀμφοτέροις. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ ὅταν
b. δὲ δὴ δυοῖν αἰσχροῖν τὸ ἕτερον αἴσχιον ᾖ, ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ ὑπερβάλλον, αἴσχιον ἔσαι. ἢ οὐκ ἀνάγκη; ΠΩΛ. Ναι. ΣΩ. Φέρε δὴ, πῶς ἐλέγετο νῦν δὴ περὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεισθαι; οὐκ ἔλεγες τὸ μὲν ἀδικεισθαι, κάκιον εἶναι, τὸ δὲ ἀδικεῖν,

propter aliquam voluptatem, vel utilitatem, aut utraque, pulchra appellas? *Pol.* Ita prorsus. *So.* Et voces praeterea, & quae ad musicam pertinent, cuncta similiter? *Pol.* Ita. *So.* Quin etiam statuta legum, & studia, non ob aliam causam pulchra sunt, quam quod aut conferunt, aut delectant, aut utrumque efficiunt. *Pol.* Non, ut mihi quidem videtur. *So.* Denique de disciplinarum pulchritudine idem existimamus? *Pol.* Idem prorsus. & pulchre quidem nunc definis, o Socrates, pulchrum delectatione & conferente bono definiens. *So.* Nonne turpe contrario, scilicet dolore, ac malo, id est, detrimento definiendum? *Pol.* Necesse est. *So.* Quoties igitur e duobus pulchris alterum pulchrius est, vel altero illorum, aut ambobus excedens pulchrius est, scilicet aut delectatione, aut utilitate, aut ambobus. *Pol.* Prorsus. *So.* Rursus quando duorum turpium alterum turpius est, vel dolore, vel detrimento excedens est turpius. an non necesse est? *Pol.* Ita. *So.* Age itaque, quomodo paulo ante de inferenda accipiendaque iniuria dicebatur, an non dicebas pati iniuriam esse deterius,

αἴσχιον; ΣΩ. Ἔλεγον. ΠΩΛ. Οὐκοῦν εἴπερ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἤτοι λυπηρότερον ἐστὶ καὶ λύπῃ ὑπερβάλλον, αἴσχιον ἂν εἴη, ἢ κακῷ, ἢ ἀμφοτέροις. οὐ καὶ τοῦτο ἀνάγκη; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Πρῶτον μὲν δὴ σκεψώμεθα. ἆρα λύπῃ ὑπερβάλλει τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; καὶ c. ἀλγοῦσι μᾶλλον οἱ ἀδικοῦντες ἢ οἱ ἀδικούμενοι; ΠΩΛ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε. ΣΩ. Οὐκ ἄρα λύπῃ γε ὑπερέχει. ΠΩΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ λύπῃ, ἀμφοτέροις μὲν οὐκ ἂν ἔτι ὑπερβάλλοι. ΠΩΛ. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ ἑτέρῳ λείπεται. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Τῷ κακῷ; ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκοῦν κακῷ ὑπερβάλλον τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. ΠΩΛ. Δῆλον δὴ ὅτι. ΣΩ. Ἀλλοτι οὖν ὑπὸ d. μὲν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ σοῦ ὡμολογεῖτο ἡμῖν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ αἴσχιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Νῦν δέ γε κάκιον ἐφάνη; ΠΩΛ. Ἔοικε. ΣΩ. Δέξαιο οὖν ἂν σὺ μᾶλλον τὸ κάκιον καὶ τὸ αἴσχιον ἀντὶ τοῦ ἧττον; μὴ ὄκνει ἀποκρίνασθαι, ὦ Πῶλε, (οὐδὲν γὰρ βλαβήσῃ) ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ, παρέχων,

facere vero turpius? *Pol.* Dicebam equidem. *So.* Si ergo facere turpius est, quam pati: aut molestum quidem est, ac molestia superans turpius est, aut detrimento, aut utrisque? nonne id etiam necessarium? *Pol.* Quidni? *So.* Primo quidem consideremus, an molestia superet: doleantque magis qui inferunt, quam qui patiuntur iniuriam. *Pol.* Nullo pacto. *So.* Quare non excedit dolore. *Pol.* Non apparet. *So.* Si non dolore, nec etiam ambobus. *Pol.* Non videtur. *So.* Ergo altero. *Pol.* Altero. *So.* Malo igitur atque detrimento. *Pol.* Apparet. *So.* Quamobrem iniuriam facere excedens detrimento deterius erit, quam pati. *Pol.* Manifestum est. *So.* Nonne & a multis hominibus, & abs te supra concedebatur, turpius esse inferre iniuriam, quam accipere? *Pol.* Ita. *So.* Nunc etiam apparuit esse deterius? *Pol.* Apparuit. *So.* Eligasne tu magis id quod deterius turpeque est, quam id quod minus? Ne pigeat respondere, Pole: (nihil enim obfuerit) sed te rationi tanquam medi-

c. ἀποκρίνου· καὶ ἢ φάθι ἢ μὴ, ἃ ἐρωτῶ. ΠΩΛ. Ἀλλ' οὐκ ἂν δεξαίμην, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἄλλος δέ τις ἀνθρώπων; ΠΩΛ. Οὔ μοι δοκεῖ, κατά γε τοῦτον τὸν λόγον. ΣΩ. Ἀληθῆ ἄρα ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι οὔτ' ἂν ἐγὼ, οὔτ' ἂν σὺ, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς ἀνθρώπων δέξαιτ' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι. κάκιον γὰρ τυγχάνει ὄν. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὦ Πῶλε, ὁ ἔλεγχος παρὰ τὸν ἐλεγχον παραβαλλόμενος ὅτι οὐδὲν ἔοικεν; ἀλλὰ σοὶ μὲν οἱ ἄλλοι πάντες ὁμολογοῦσι πλὴν ἐμοῦ· ἐμοὶ δὲ σὺ ἐξαρκεῖς εἷς ὢν μόνος καὶ ὁμολογῶν καὶ μαρτυρῶν, καὶ
p. ἐγώ σε μόνον ἐπιψηφίζων, τοὺς ἄλλους ἐῶ χαίρειν. Καὶ τοῦ-
476 το μὲν ἡμῖν οὕτως ἐχέτω. μετὰ τοῦτο δὲ περὶ οὗ τὸ δεύτερον
a. ἠμφισβητήσαμεν, σκεψώμεθα· τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην, ἆρα μέγιστον τῶν κακῶν ἐστιν, ὡς σὺ ᾤου· ἢ μὴν μεῖζον τὸ μὴ διδόναι, ὡς αὖ ἐγὼ ᾠμην. σκοπώμεθα δὲ τῇδε. τὸ διδόναι δίκην, καὶ τὸ κολάζεσθαι δικαίως ἀδικοῦντα, ἆρα τὸ αὐτὸ καλεῖς; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἔχεις οὖν λέγειν ὡς οὐχὶ τά

co committas ingenue: atque respondendo aut concede quae dico, aut nega. *Pol.* Nunquam, o Socrates, istud eligerem. *So.* Alium vero quenquam id recepturum putas? *Pol.* Mihi quidem per hanc rationem non videtur. *So.* Quamobrem vera dicebam, neque me, neque te, neque alium quenquam recepturum facere iniuriam magis, quam pati, utpote quod sit deterius. *Pol.* Apparet. *So.* Vides ergo, Pole, facta argumentorum comparatione, ea inter se maxime discrepare. Nam tibi quidem alii praeter me omnes assentiuntur: mihi vero solus ipse sufficis assentiendo atque testificando; cuius solius suffragium sententiamque rogavi, ceteros vero missos facio. Atque id quidem sic habeto. Post haec autem, quod secundo loco inter nos dubitabatur, iam consideremus: Utrum iniuriantem poenas dare maximum sit malorum, ut ipse putabas: an maius non dare, quae mea erat sententia. Consideremus autem hoc pacto: Dare poenas iniuriarum, atque iuste puniri eum, qui iniuriam facit, num idem appellas? *Pol.* Idem. *So.* An potes negare iusta omnia, quatenus iusta sunt, esse pul-

γε δίκαια πάντα, καλά ἐςι, καθόσον δίκαια; καὶ διασκεψά- b.
μενος εἰπέ. ΠΩΛ. Ἀλλά μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Σκό-
πει δὲ καὶ τόδε. ἆρα εἴτις τι ποιεῖ, ἀνάγκη τι εἶναι καὶ πά-
σχον ὑπὸ τούτου τοῦ ποιοῦντος; ΠΩΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ.
Ἆρα τοῦτο πάσχον ὃ τὸ ποιοῦν ποιεῖ; καὶ τοιοῦτον οἷον ποιεῖ
τὸ ποιοῦν; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· εἴτις τύπτει, ἀνάγκη τι τύπ-
τεσθαι; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Καὶ εἰ σφόδρα τύπτει, ἢ τα-
χύ, ὁ τύπτων, οὕτω καὶ τὸ τυπτόμενον τύπτεσθαι; ΠΩΛ. c.
Ναι. ΣΩ. Τὸ τοιοῦτον ἄρα πάθος τῷ τυπτομένῳ ἐςὶν, οἷον
ἂν τὸ τύπτον ποιῇ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ εἰ
καίει τις, ἀνάγκη τι καίεσθαι. ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ.
Καὶ εἰ σφόδρα γε καίει, ἢ ἀλγεινῶς, οὕτω καίεσθαι τὸ καιό-
μενον ὡς ἂν τὸ καῖον καίῃ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν
καὶ εἰ τέμνει τι, ὁ αὐτὸς λόγος. τέμνεται γάρ τι. ΠΩΛ.
Ναί. ΣΩ. Καὶ εἰ μέγα γε ἢ βαθὺ τὸ τμῆμα, ἢ ἀλγεινὸν, d.
τοιοῦτον τμῆμα τέμνεται τὸ τεμνόμενον, οἷον τὸ τέμνον τέμ-
νει. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Συλλήβδην δὴ ὅρα εἰ ὁμολογεῖς ὃ
ἄρτι ἔλεγον περὶ πάντων· οἷον ἂν ποιῇ τὸ ποιοῦν, τοιοῦτον τὸ

chra? & vide, ut respondeas provide? *Pol.* Mihi quidem aeque ac tibi videtur. *So.* Id quoque animadverte, An si quis agat quippiam, necesse sit esse aliquid patiens ab ipso agente. *Pol.* Videtur. *So.* An ergo & hoc pati oportet, quod agens agit: & tale insuper, quale agit ipsum? huiusmodi autem quiddam dico: Si quis pulset, necesse aliquid inde pulsari? *Pol.* Necesse. *So.* Atque si vehementer, aut velociter pulset, similiter pulsari pulsatum? *Pol.* Similiter. *So.* Talis ergo passio inest pulsato, qualem efficit pulsans? *Pol.* Omnino. *So.* Et si quid comburat quis, oportet aliquid inde comburi? *Pol.* Oportet. *So.* At si vehementer exurat, &, ut ita dixerim, acerbo cum dolore, similiter & uri quod uritur, quemadmodum urit urens? *Pol.* Prorsus. *So.* Similiter si quis secat, secatur etiam aliquid? *Pol.* Ita. *So.* Ac si lata vel profunda, aut dolorosa sit sectio, tali necesse est quod secatur sectione secari, quali sector ipse secat? *Pol.* Videtur. *So.* Considera vero summatim, an quod modo dice-

πάσχον πάσχειν. ΠΩΛ. Ἀλλ' ὁμολογῶ. ΣΩ. Τούτων δὴ ὁμολογουμένων, τὸ δίκην διδόναι, πότερον πάσχειν τί ἐστιν, ἢ ποιεῖν; ΠΩΛ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες, πάσχειν. ΣΩ. Οὐκοῦν ὑπό τινος ποιοῦντος; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ὑπό γε τοῦ κολάζοντος. ΣΩ. Ὁ δὲ ὀρθῶς καλάζων, δικαίως κολάζει;
e. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Δίκαια ποιῶν, ἢ οὔ; ΠΩΛ. Δίκαια. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος, δίκην διδοὺς, δίκαια πάσχει; ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Τὰ δὲ δίκαια που καλὰ ὡμολόγηται; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τούτων ἄρα ὁ μὲν ποιεῖ καλὰ, ὁ δὲ πάσχει, ὁ κολαζόμενος. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ καλὰ, ἀγαθά.
p. ἢ γὰρ ἡδέα, ἢ ὠφέλιμα. ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ἀγαθὰ ἄρα
477 πάσχει ὁ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩ. Ὠφέληται ἄρα.
a. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἆρα ἧπερ ἐγὼ ὑπολαμβάνω τὴν ὠφέλειαν, βελτίων τὴν ψυχὴν γίγνεται, εἴπερ δικαίως κολάζεται; ΠΩΛ. Εἰκός γε. ΣΩ. Κακίας ἄρα ψυχῆς ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἆρα οὖν τοῦ μεγίστου ἀπαλλάττεται κακοῦ. ὧδε δὲ σκόπει. ἐν χρημάτων κατασκευῇ,

bam, in cunctis confiteare: videlicet quale aliquid agens agit, tale quiddam pati patiens. *Pol.* Confiteor. *So.* His ergo conceſſis reſponde, num poenas dare, ſit pati aliquid, aut agere. *Pol.* Pati. *So.* Nonne & a quodam agente? *Pol.* Conſtat, ab ipſo videlicet puniente. *So.* Qui autem recte punit, nonne iuſte punit? *Pol.* Iuſte. *So.* Iuſta faciens, necne? *Pol.* Iuſta. *So.* Ergo qui punitur, dum iniuſtitiae dat poenas, iuſta patitur. *Pol.* Apparet. *So.* Iuſta vero dictum eſt eſſe pulchra. *Pol.* Prorſus. *So.* Horum igitur alter quidem pulchra facit: alter vero, ſcilicet punitus, pulchra patitur. *Pol.* Sic eſt. *So.* Quod ſi pulchra, etiam bona. nam vel iucunda illa ſunt, vel utilia. *Pol.* Neceſſe eſt. *So.* Bona ergo patitur, quiſquis iuſte punitur. *Pol.* Videtur. *So.* Id ergo ſibi prodeſt. *Pol.* Confert. *So.* An non, ut quo pacto iudico explicem, meliorem reportat animum, ſiquidem iuſte punitur? *Pol.* Conſentaneum eſt. *So.* Ergo qui luit poenas, a pravitate animae liberatur. *Pol.* Certe. *So.* Itaque maximo liberatur malo. Hoc autem pacto conſidera. In pecuniarum collectione aliud-

ἀνθρώπου κακίαν ἄλλην τινὰ ἐνορᾷς ἢ πενίαν; ΠΩΛ. Οὐκ b.
ἀλλὰ πενίαν. ΣΩ. Τί δ' ἐν σώματος κατασκευῇ; κακίαν
ἂν φήσαις ἀσθένειαν εἶναι, καὶ νόσον, καὶ αἶσχος, καὶ τὰ
τοιαῦτα; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐν ψυχῇ πονη-
ρίαν ἡγῇ τινὰ εἶναι. ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ταύτην οὖν
οὐκ ἀδικίαν καλεῖς, καὶ ἀμαθίαν, καὶ δειλίαν, καὶ τὰ τοιαῦ-
τα; ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν χρημάτων, καὶ σώ-
ματος, καὶ ψυχῆς, τριῶν ὄντων, τριττὰς εἴρηκας πονηρίας,
πενίαν, νόσον, ἀδικίαν. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Τίς οὖν τούτων τῶν c.
πονηριῶν αἰσχίστη; οὐχ ἡ ἀδικία, καὶ συλλήβδην ἡ τῆς ψυ-
χῆς πονηρία; ΠΩΛ. Πολύ γε. ΣΩ. Εἰ δὲ αἰσχίστη, καὶ κα-
κίστη; ΠΩΛ. Πῶς, ὦ Σώκρατες, λέγεις; ΣΩ. Ὧδί. ἀεὶ τὸ
αἴσχιστον, ἤτοι λύπην μεγίστην παρέχον, ἢ βλάβην, ἢ ἀμφό-
τερα, αἴσχιστόν ἐστιν, ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐν τῷ ἔμπροσθεν.
ΠΩΛ. Μάλιστα. ΣΩ. Αἴσχιστον δὲ ἀδικία καὶ σύμπασα ψυ-
χῆς πονηρία νῦν δὴ ὡμολόγηται ἡμῖν; ΠΩΛ. Ὡμολόγηται d.
γάρ. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ ἀνιαρώτατόν ἐστιν, καὶ ἀνίᾳ ὑπερβάλλον,

ne hominis malum vides, quam paupertatem? *Pol.* Hanc ipsam. *So.* In corpore autem malum dices imbecillitatem, morbum, deformitatem, ceteraque eiusmodi? *Pol.* Equidem. *So.* Nonne & in anima malum aliquod esse censes? *Pol.* Quidni? *So.* Id vero nonne vocas iniustitiam, insciam, timiditatem, & alia generis eiusdem? *Pol.* Maxime. *So.* Cum igitur haec tria sint, pecunia, corpus, anima; tria horum esse dixisti mala, paupertatem, morbum, iniustitiam. *Pol.* Certe. *So.* Horum vero malorum quodnam turpissimum? nonne iniustitia, &, ut summatim dicam, animae vitium? *Pol.* Maxime. *So.* Quod si vitium animi turpissimum est, ergo & pessimum. *Pol.* Qua ratione hoc ais, o Socrates? *So.* Hac utique: Semper quod turpissimum est, vel quia dolorem, vel quia detrimentum infert maximum, vel quia facit utraque, turpissimum est: quemadmodum ex iis, quae in superioribus concessa sunt, apparet. *Pol.* Sane. *So.* Turpissimum vero esse iniustitiam, & omne animi vitium, nonne nobis concedebatur? *Pol.* Certe. *So.* Qua-

αἴσχιστον τοῦτ' ἐστὶν, ἢ βλάβη, ἢ ἀμφότερα; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἀλγεινότερόν ἐστι τοῦ πένεσθαι καὶ κάμνειν, τὸ ἄδικον εἶναι καὶ ἀκόλαστον, καὶ δειλὸν καὶ ἀμαθῆ; ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἀπὸ τούτων γε. ΣΩ. Ὑπερφυεῖ τινι ἄρα ὡς μεγάλῃ βλάβῃ καὶ κακῷ θαυμασίῳ ὑπερβάλλουσα τἆλλα ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία, αἴσχιστόν ἐστι πάντων
e. ἐπειδὴ οὐκ ἀλγηδόνι γε, ὡς ὁ σὸς λόγος. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που τό γε μεγίστῃ βλάβῃ ὑπερβάλλον, μέγιστον ἂν κακὸν εἴη τῶν ὄντων. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἡ ἀδικία ἄρα καὶ ἡ ἀκολασία, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ψυχῆς πονηρία, μέγιστον τῶν ὄντων κακόν ἐστι; ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Τίς οὖν τέχνη πενίας ἀπαλλάττει; οὐ χρηματιστική; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Τίς δὲ νόσου; οὐκ ἰατρική; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Τίς
p. δὲ πονηρίας καὶ ἀδικίας; εἰ μὴ οὕτως εὐπορεῖς, ὧδε σκόπει.
478 ποῖ ἄγομεν καὶ παρὰ τίνας τοὺς κάμνοντας τὰ σώματα;
a. ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς ἰατροὺς, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ποῖ δὲ τοὺς

re aut quia moleſtiſſimum eſt, & moleſtia ſuperans, idcirco horum turpiſſimum eſt: aut quia detrimentum affert, aut propter utrumque. *Pol.* Sic oportet. *So.* Numquid moleſtius eſt iniuſtum eſſe, intemperatum, ignavum, imperitum, quam paupertate morboque premi? *Pol.* Non certe, quantum ex his coniicitur. *So.* Quoniam igitur incredibili quadam mirabilique magnitudine detrimenti atque mali vitium animae cetera ſuperat mala, idcirco omnium eſt turpiſſimum: quandoquidem non dolore excedit, ut ipſe ais. *Pol.* Sic apparet. *So.* Iam vero quod maximo excedit damno, maximum omnium eſt malorum. *Pol.* Ita eſt. *So.* Quamobrem iniuſtitia, intemperantia, ceteraque improbitas animae, malum eſt omnium maximum. *Pol.* Videtur. *So.* Quaenam igitur ars a paupertate nos liberat? nonne quaeſtuaria? *Pol.* Haec ipſa. *So.* Quae vero a morbo? an non medicina? *Pol.* Haec ſane. *So.* At quaenam a pravitate & iniuſtitia? Sin minus id tibi ſuccurrit, ita conſidera: Quonam, & ad quos potiſſimum ducimus morbis corporeis laborantes? *Pol.* Ad medicos, Socrates. *So.* Quo au-

ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀκολαςαίνοντας; ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς δικαςὰς λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν δίκην δώσοντας; ΠΩΛ. Φημί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ δικαιοσύνῃ τινὶ χρώμενοι κολάζουσιν οἱ ὀρθῶς κολάζοντες; ΠΩΛ. Δῆλον δή. ΣΩ. Χρηματιςικὴ μὲν ἄρα πενίας ἀπαλλάττει, ἰατρικὴ δὲ, νόσου· δίκη δὲ, ἀκολαςίας καὶ ἀδικίας. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Τί οὖν τούτων κάλλιςόν ἐςιν ὧν λέγεις; ΠΩΛ. Τίνων λέγεις; ΣΩ. Χρηματιςικῆς, ἰατρικῆς, δίκης. ΠΩΛ. Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἡ δίκη. ΣΩ. Οὐκοῦν αὖ ἥτοι ἡδονὴν πλείςην ποιεῖ, ἢ ὠφέλειαν, ἢ ἀμφότερα· εἴπερ κάλλιςόν ἐςιν. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐςι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε. ἢ γάρ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται. ὥστε λυσιτελεῖ ὑπομεῖναι τὴν ἀλγηδόνα καὶ ὑγιῆ εἶναι. ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἂν περὶ σῶμα εὐδαιμονέςατος ἄνθρωπος εἴη ὁ ἰατρευόμενος, ἢ ὁ μηδὲ κάμνων ἀρχήν; ΠΩΛ. Δῆλον ὅτι ὁ μηδὲ κάμνων. ΣΩ. Οὐ γὰρ τοῦτ' ἦν εὐδαιμονία,

b

c

tem iniuriantes atque diſſolutos? *Pol.* Ad iudices. *So.* Ut videlicet puniantur. *Pol.* Aſſentior. *So.* Nonne qui recte puniunt, iuſtitia quadam freti puniunt? *Pol.* Procul dubio. *So.* Quaeſtuaria ergo pellit paupertatem: Medicina vero abigit morbos: Iudiciaria denique intemperantiam & iniuſtitiam amovet. *Pol.* Sic apparet. *So.* Quid ergo horum eſt pulcherrimum? *Pol.* Quorum dicis? *So.* Quaeſtuariae, medicinae, iudiciariae. *Pol.* Multo inter has excellit iudiciaria, Socrates. *So.* Ergo vel voluptatem affert plurimam, vel utilitatem, vel utrumque, ſi quidem pulcherrima eſt. *Pol.* Sic habet. *So.* An ergo curari a medico delectabile eſt, & inter manus medici oblectantur, dum curantur infirmi? *Pol.* Non apparet. *So.* Conducit tamen, nonne? *Pol.* Confert. *So.* Quoniam videlicet magno liberantur malo. quapropter utile eſt tolerare dolorem, ut ſanus evadas. *Pol.* Procul dubio. *So.* An ergo feliciſſimus, quantum ad corpus attinet, is fuerit, qui per medicinam curatus, convaleſcat: vel potius qui a principio non aegrotaverit? *Pol.*

ὡς ἔοικε, κακοῦ ἀπαλλαγὴ, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν μηδὲ κτῆσις. ΠΩΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Τί δέ; ἀθλιώτερος πότερος δυοῖν
d. ἐχόντοιν κακὸν εἴτ' ἐν σώματι, εἴτ' ἐν ψυχῇ; ὁ ἰατρευόμενος, καὶ ἀπαλλαττόμενος τοῦ κακοῦ, ἢ ὁ μὴ ἰατρευόμενος, ἔχων δέ; ΠΩΛ. Φαίνεταί μοι ὁ μὴ ἰατρευόμενος. ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ δίκην διδόναι, μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγὴ ἦν, πονηρίας; ΠΩΛ. Ἦν γάρ. ΣΩ. Σωφρονίζει γάρ που, καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ γίγνεται πονηρίας ἡ δίκη. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Εὐδαιμονέστατος μὲν ἄρα ὁ μὴ ἔχων κακίαν ἐν τῇ
e. ψυχῇ· ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον τῶν κακῶν ἐφάνη. ΠΩΛ. Δῆλον δή. ΣΩ. Δεύτερος δὲ δή που, ὁ ἀπαλλαττόμενος. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὗτος δ' ἦν ὁ νουθετούμενός τε καὶ ἐπιπληττόμενος, καὶ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Κάκιστα ἄρα ζῇ ὁ ἔχων ἀδικίαν, καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενος. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν οὗτος τυγχάνει ὢν, ὃς ἂν τὰ μέγιστα ἀδικῶν καὶ χρώμενος μεγίστῃ ἀδικίᾳ, διαπράξηται ὥστε μήτε νουθε-
P. τεῖσθαι, μήτε κολάζεσθαι, μήτε δίκην διδόναι· ὥσπερ σὺ
479
a.

Certe quì non aegrotarit. *So.* Nempe non in hoc consistere videtur felicitas, ut liberemur a malis: sed ut ab ipso initio simus incolumes. *Pol.* Ita est. *So.* Ceterum si duo male, vel corpore, vel animo affecti sint, uter horum miserior? num qui curatus liberatur a malo, an qui minime? *Pol.* Qui non curatur, mea quidem sententia. *So.* Nonne in iudicio puniri, a maximo quodam malo, id est, a pravitate, liberatio erat? *Pol.* Erat certe. *So.* Quippe cum poena iusta moderetur, iustioresque efficiat, tanquam medicina quaedam improbitatis. *Pol.* Ita est. *So.* Felicissimus ergo qui non habet animi vitium: quandoquidem id maximum apparuit esse malum. *Pol.* Absque dubio. *So.* Deinde autem qui a malo eiusmodi liberatur. *Pol.* Apparet. *So.* Is vero est qui correptus perterritusque poenas dederit. *Pol.* Is ipse. *So.* Pessime ergo vivit qui iniustus est, nec ab iniustitia solvitur. *Pol.* Apparet. *So.* Nonne hic est qui maximis perpetratis iniuriis, maximaque usus violentia, effecerit ut neque corripiatur, neque puniatur,

φῂς Ἀρχέλαον παρεσκευάσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους τυράννους, καὶ ῥήτορας, καὶ δυνάσας; ΠΩΛ. Ἔοικε. ΣΩ. Σχεδόν γάρ που οὗτοι, ὦ ἄριστε, τὸ αὐτὸ διαπεπραγμένοι εἰσὶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς μεγίστοις νοσήμασι συνισχόμενος, διαπράξαιτο μὴ διδόναι δίκην τῶν περὶ τὸ σῶμα ἁμαρτημάτων τοῖς ἰατροῖς, μηδὲ ἰατρευέσθαι φοβούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ παῖς, τὸ κάεσθαι καὶ τὸ τέμνεσθαι, ὅτι ἀλγεινόν. ἦ οὐ δοκεῖ καί σοι οὕτως; b. ΠΩΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀγνοῶν γε, ὡς ἔοικεν, οἷόν ἐστιν ἡ ὑγίεια καὶ ἀρετὴ σώματος. κινδυνεύουσι γὰρ, ἐκ τῶν νῦν ἡμῖν ὡμολογημένων, τοιοῦτόν τι ποιεῖν καὶ οἱ τὴν δίκην φεύγοντες, ὦ Πῶλε· τὸ ἀλγεινὸν αὐτοῦ καθορᾷν, πρὸς δὲ τὸ ὠφέλιμον τυφλῶς ἔχειν· καὶ ἀγνοεῖν ὅσῳ ἀθλιώτερόν ἐστι, μὴ ὑγιοῦς σώματος, μὴ ὑγιεῖ ψυχῇ συνοικεῖν, ἀλλὰ σαθρᾷ καὶ ἀδίκῳ καὶ ἀνοσίῳ. ὅθεν καὶ πᾶν ποιοῦσιν ὥστε δίκην μὴ διδό- c. ναι, μηδ' ἀπαλλάττεσθαι τοῦ μεγίστου κακοῦ, καὶ χρήματα παρασκευαζόμενοι καὶ φίλους, καὶ ὅπως ἂν ὦσιν ὡς πιθανώτατοι λέγειν. εἰ δὲ ἡμεῖς ἀληθῆ ὡμολογήκαμεν, ὦ Πῶλε,

neque persolvat poenas: quemadmodum effeciſſe dicis Archelaum, aliosque tyrannos, & oratores atque potentes? *Pol.* Apparet. *So.* Ferme enim eiuſmodi homines, vir optime, perinde faciunt, ac ſi quis morbo correptus graviſſimo, det operam, ne vitiorum quae in corpore ſunt, ſub medico poenas reportet, neque curetur: puerorum more uſtionem atque ſectionem, tanquam rem moleſtam, formidans. nonne & tibi quoque ita videtur? *Pol.* Mihi quidem. *So.* Quoniam videlicet quanti ſit ſanitas corporisque virtus ignorat. Videntur autem per ea quae modo conceſſimus, tale quiddam facere, o Pole, ii qui poenam fugiunt: dolorem quidem cum illa coniunctum adſpicere, ad utilitatem vero caeci eſſe, atque ignorare quanto miſerius ſit animo eſſe non ſano, ſed fracto, iniuſto, impio, quam aegrum corpus circumferre. Itaque dant operam ne poenas ſubeant, neque maximo ſolvantur malo: eaque de cauſa pecunias cumulant, comparant amicos, eloquentiae ſtudent. At enim ſi vera inter nos ſumus confeſſi, ſentisne quae

ἆρ' αἰσθάνῃ τὰ συμβαίνοντα ἐκ τοῦ λόγου; ἢ βούλει συλλογισώμεθα αὐτά; ΠΩΛ. Εἰ μὴ σοί γε ἄλλως δοκεῖ. ΣΩ. Ἆρ' οὖν συμβαίνει μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν;
d. ΠΩΛ. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Καὶ μὴν ἀπαλλαγή γε ἐφάνη τούτου τοῦ κακοῦ τὸ δίκην διδόναι. ΠΩΛ. Κινδυνεύει. ΣΩ. Τὸ δέ γε μὴ διδόναι, ἐμμονὴ τοῦ κακοῦ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Δεύτερον ἄρα ἐστὶ τῶν κακῶν μεγέθει τὸ ἀδικεῖν· τὸ δὲ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην, πάντων μέγιστόν τε καὶ πρῶτον κακῶν πέφυκεν. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ περὶ τούτου, ὦ φίλε, ἠμφισβητήσαμεν; σὺ μὲν τὸν Ἀρχέλαον εὐ-
e. δαιμονίζων, τὸν τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα καὶ δίκην οὐδεμίαν διδόντα· ἐγὼ δὲ τοὐναντίον οἰόμενος, εἴτ' Ἀρχέλαος, εἴτ' ἄλλος ἀνθρώπων ὁστισοῦν μὴ διδῶσι δίκην, ἀδικῶν, τούτῳ προσήκειν ἀθλίῳ εἶναι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; καὶ ἀεὶ τὸν ἀδικοῦντα τοῦ ἀδικουμένου ἀθλιώτερον εἶναι, καὶ τὸν μὴ διδόντα δίκην, τοῦ διδόντος; οὐ ταῦτ' ἦν τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι ἀληθῆ

ex hac disputatione tandem sequantur? an vis, ut singula ordine colligamus? *Pol.* Nisi tibi aliter videtur. *So.* Nonne constitit, maximum esse malum iniustitiam atque iniuriam? *Pol.* Videtur. *So.* Praeterea mali huius solutionem esse poenas luere? *Pol.* Apparuit. *So.* Eas vero effugere, mali perseverantiam. *Pol.* Certe. *So.* Igitur inter mala magnitudine secundum obtinet locum inferre iniuriam: efficere autem ne iniuriarum subeatur poena, omnium natura maximum est primumque malorum. *Pol.* Videtur. *So.* Hoc est igitur, o amice, de quo ambigebamus. tu quidem Archelaum esse felicem affirmabas, qui cum maximas perpetrarit iniurias, nullas tamen dedit poenas. ego autem sentiebam diversum: videlicet sive Archelaus, sive alius quisquam mortalium, iniuriarum supplicia non ferat, eum vel praecipue esse miserum: ac semper eum qui intulit, eo qui sustinet iniuriam, esse miseriorem; denique illum qui non luat poenas, illo qui luat. An non haec erant quae a me dicebantur? *Pol.* Haec ipsa. *So.* Nonne demon-

ἐλέγετο. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Εἶεν. εἰ οὖν δὴ ταῦτα ἀλη- p.
ϑῆ, ὦ Πῶλε, τις ἡ μεγάλη χρεία ἐςὶ τῆς ῥητορικῆς; δεῖ 480
μὲν γὰρ δή, ἐκ τῶν νῦν ὡμολογημένων, αὐτὸν ἑαυτὸν μά- a.
λιςα φυλάττειν ὅπως μὴ ἀδικήσῃ, ὡς ἱκανὸν κακὸν ἔξον-
τα. οὐ γάρ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐὰν δέ γε ἀδικήσῃ ἢ
αὐτὸς, ἢ ἄλλός τις ὧν ἂν κήδηται, αὐτὸν ἑκόντα ἰέναι
ἐκεῖσε ὅπου ὡστάχιςα δώσει δίκην, παρὰ τὸν δικάςην, ὥσπερ
παρὰ τὸν ἰατρὸν, σπεύδοντα ὅπως μὴ ἐγχρονισϑὲν τὸ νόσημα
τῆς ἀδικίας, ὕπουλον τὴν ψυχὴν ποιήσῃ καὶ ἀνίατον. ἢ πῶς b.
λέγομεν, ὦ Πῶλε, εἴπερ τὰ πρότερον μένει ἡμῖν ὁμολογήμα-
τα; οὐκ ἀνάγκη ταῦτα ἐκείνοις οὕτω μὲν συμφωνεῖν, ἄλλως
δὲ μή; ΠΩΛ. Τί γὰρ δὴ φῶμεν, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐπὶ
μὲν ἄρα τὸ ἀπολογεῖσϑαι ὑπὲρ τῆς ἀδικίας τῆς αὑτοῦ, ἢ
γονέων, ἢ ἑταίρων, ἢ παίδων, ἢ πατρίδος ἀδικούσης, οὐ χρή-
σιμος οὐδὲν ἡ ῥητορικὴ ἡμῖν, ὦ Πῶλε· εἰ μὴ εἴτις ὑπολάβοι
ἐπὶ τοὐναντίον κατηγορεῖν δεῖν, μάλιςα μὲν ἑαυτοῦ, ἔπειτα c.
δὲ καὶ τῶν οἰκείων, καὶ τῶν ἄλλων, ὃς ἂν ἀεὶ τῶν φίλων

ſtratum eſt, vere haec dicta fuiſſe? *Pol.* Apparet. *So.* Age igitur, Pole, ſi vera haec eſſe conſtat, quidnam opus eſt rhetorica? nempe ex ſuperioribus ſequitur, oportere diligentiſſime obſervare nosipſos, primum quidem, ne cui iniuriam inferamus, tanquam ſatis mali ob hoc ipſum habituros. nonne ita habet? *Pol.* Ita certe. *So.* Deinde vero, ſive per nos, ſive per alium quempiam nobis carum inferatur iniuria, ſponte noſtra iudici nos puniendos, tanquam medico, feſtinanter offerre; ne inveteratus iniuriae morbus, ſic inficiat animum, ut inſanabilem reddat. Quonam alio pacto dicemus, o Pole, ſi maneant priora illa inter nos conceſſa? nonne haec ita illis neceſſario conſonant, nec ſecus habere poſſunt? *Pol.* Quid igitur porro dicere poſſumus? *So.* Ad defendendam igitur aut excuſandam iniuſtitiam noſtram, vel parentum, vel amicorum, aut filiorum, aut patriae iniuriantis, nihil utilitatis nobis confert rhetorica. niſi quis iudicet contra oportere rhetorica uti, ad accuſandum videlicet, primo quidem nosipſos, deinde

τυγχάνῃ ἀδικῶν· καὶ μὴ ἀποκρύπτεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν ἄγειν τὸ ἀδίκημα, ἵνα δῷ δίκην, καὶ ὑγιὴς γένηται. ἀναγκάζειν δὲ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιᾶν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως, ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν διώκοντα, μὴ ὑπολογιζόμενον τὸ ἀλγεινόν. ἐὰν μέν γε πληγῶν ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, d. τύπτειν παρέχοντα· ἐὰν δὲ δεσμοῦ, δεῖν· ἐὰν δὲ ζημίας, ἀποτίνοντα· ἐὰν δὲ φυγῆς, φεύγοντα· ἐὰν δὲ θανάτου, ἀποθνήσκοντα· αὐτὸν πρῶτον κατήγορον ὄντα καὶ αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων· καὶ μὴ φειδόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ χρώμενον τῇ ῥητορικῇ ὅπως ἂν, καταδήλων γιγνομένων τῶν ἀδικημάτων, ἀπαλλάττωνται τοῦ μεγίστου κακοῦ, ἀδικίας. φῶμεν οὕτως, ἢ μὴ φῶμεν, ὦ Πῶλε; ΠΩΛ. Ἄτοπα μὲν, ὦ Σώ- e. κρατες, ἔμοιγε δοκεῖ· τοῖς μέντοι πρόσθεν ἴσως σοι ὁμολογειται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἢ κἀκεῖνα λυτέον, ἢ τάδε ἀνάγκη συμβαινειν. ΠΩΛ. Ναι τοῦτό γε οὕτως ἔχει. ΣΩ. Τοὐναντίον δέ γε αὖ μεταβαλόντα, εἰ ἄρα δεῖ τινα κακῶς ποιεῖν, εἶτ'

domeſticos familiaresque, & alios, ſi quis eorum qui nobis cari ſunt, iniurias perpetraverit: ne lateant eorum crimina, ſed producantur; unde poenas illi perſolvant, ſanique evadant. praeterea ad compellendum ſe ipſum & alios ne torpeant, neve expaveſcant; ſed forti animo & quaſi clauſis oculis iudici tanquam medico ſecandos urendosque ſe tradant, bonum ipſum honeſtumque ſequentes dolore contemto. itaque ſi verberibus digna commiſerint, verberandos ſeſe tradant: ſi vinculis, vinciendos: ſi mulcta, mulctandos: ſi exſilio, expellendos: ſi nece, necandos. qua quidem in re unusquisque ſui ipſius ſit ſuorumque accuſator: atque ad hoc oratoria facultate utatur, ut patefactis iniuriis a maximo iniuſtitiae malo ſolvantur. Itane, Pole, an aliter dicemus? *Pol.* Abſurda quidem iſta, Socrates, mihi videntur: ſuperioribus conceſſis tamen fortaſſis conſona. *So.* Numquid aut ſuperiora illa convelli, aut haec ſequentia concedi neceſſe eſt? *Pol.* Ita ſe res habet. *So.* Contra vero reputando, ſi alicui malefacere oportet,

ἐχθρὸν, εἴτε ὑντινοῦν, ἐὰν μόνον μὴ ἀδικῆται αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μὲν γὰρ εὐλαβητέον· ἐὰν δὲ ἄλλον ἀδικῇ ὁ ἐχθρὸς, παντὶ τρόπῳ παρασκευαστέον, καὶ πράττοντα καὶ λέγοντα, ὅπως μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ ἔλθῃ παρὰ τὸν δικαστήν· p. ἐὰν δὲ ἔλθῃ, μηχανητέον ὅπως ἂν διαφύγῃ καὶ μὴ δῴη δίκην 481 ὁ ἐχθρός· ἀλλ' ἐάν τε χρυσίον ἥρπακὼς ᾖ πολὺ, μὴ ἀποδιδῷ τοῦτο, ἀλλ' ἔχων ἀναλίσκηται καὶ εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς τοὺς ἑαυτοῦ, ἀδίκως καὶ ἀθέως· ἐάν τε θανάτου ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, ὅπως μὴ ἀποθανῆται· μάλιστα μὲν, μηδέποτε, ἀλλ' ἀθάνατος ἔσαι, πονηρὸς ὤν· εἰ δὲ μὴ, ὅπως ὡσπλεῖστον χρόνον βιώσεται b. τοιοῦτος ὤν. ἐπὶ τὰ τοιαῦτα ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ἡ ῥητορικὴ χρήσιμος εἶναι. ἐπεὶ τῷ γε μὴ μέλλοντι ἀδικεῖν οὐ μεγάλη τις μοὶ δοκεῖ ἡ χρεία αὐτῆς εἶναι, εἰ δὴ καὶ ἔστι τὶς χρεία· ὡς ἔν γε τοῖς πρόσθεν οὐδαμῇ ἐφάνη οὖσα. ΚΑΛ. Εἰπέ μοι, ὦ Χαιρεφῶν, σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης, ἢ παίζει; ΧΑΙ. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Καλλίκλεις, ὑπερφυῶς σπουδάζειν· οὐδὲν μέντοι οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν. ΚΑΛ. Νὴ τοὺς

sive inimico, sive alii cuipiam, id dumtaxat cavendum est, ne ipse ab adversario iniuriam patiatur: ac si aliis iniuriam fecerit inimicus, omni studio providendum est & verbis & operibus, ne luat poenas, neve trahatur ad iudicem: verum ad eum si rapiatur, forte annitendum ut inimicus evadat, nec sumatur de ipso supplicium: immo si aurum multum abstulerit, id ut ne restituat: sed possidens ipse, in se atque suos iniuste impieque profundat: sin morte digna commiserit, ne moriatur unquam, si fieri potest, sed immortalis sit malus: sin autem minus id fieri potest, saltem ut in ea pravitate plurimum temporis vivat. Ad haec & huiusmodi mihi videtur, Pole, conferre rhetorica. illi vero, qui non sit illaturus iniuriam, haud magno esse emolumento videtur: si modo ullum in ea est vel commodum, vel utilitas. nam in his, quae superius dicta sunt, nihil eiusmodi prorsus apparebat. *Cal.* Dic mihi, Chaerephon, serione haec loquitur Socrates, an iocatur? *Chae.* Mihi quidem videtur, Callicles, mirum in modum

c. θεούς· ἀλλ' ἐπιθυμῶ. εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, πότερον σὲ φῶμεν νυνὶ σπουδάζοντα, ἢ παίζοντα; εἰ μὲν γὰρ σπουδάζεις τε, καὶ τυγχάνει ταῦτα ἀληθῆ ὄντα ἃ λέγεις, ἄλλό τι ἢ ἡμῶν ὁ βίος ἀνατετραμμένος ἂν εἴη τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἐναντία πράττομεν, ὡς ἔοικεν, ἢ ἃ δεῖ; ΣΩ. Ὦ Καλλίκλεις, εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν, ἄλλό τι, τοῖς δὲ, ἄλλο τι, τὸ αὐτὸ, ἀλλά τις ἡμῶν ἰδιόν τι ἔπασχε
d. πάθος ἢ οἱ ἄλλοι, οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον ἐνδείξασθαι τῷ ἑτέρῳ τὸ αὐτοῦ πάθημα. λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε, δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν, Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου, καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάστοτε, καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι ὅπως ἂν ἀντιφῇ σοῦ τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυνα-
e. μένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου. ἔν τε γὰρ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐάν τι σοῦ λέγοντος ὁ δῆμος Ἀθηναίων

loqui ſerio. haud tamen importunum fuerit ab ipſo requirere. *Cal.* Cupio per deos ſcire, Socrates, utrum te tunc ſerio loqui, an iocari, exiſtimare debeamus. Nam ſi ſeria haec ſunt & vera quae dicis, perverſa procul dubio nobis eſt vita, atque omnia contra quam decet agimus. *So.* O Callicles, niſi in hominibus ineſſet affectus, & aliis quidem alius, atque alius, tamen in plerisque communis; ſed aliquis e nobis propriam quandam ſingularemque praeter ceteros haberet affectionem: haudquaquam facile foret, quod in ſe quisque ſentiret, aliis explicare. Quorſum haec? nempe animadverto, idem quoque nobis accidere: cumque duo ſimus, duo quaedam amare. Nam ego Alcibiadem Cliniae filium, ac philoſophiam amo: tu vero populum Athenienſem, & Pyrilampum. Sentio itaque fere tibi uſu venire, ut, quavis gravitate ſis praeditus, tamen, cum tuus tibi amaſius adverſatur, & hoc modo ſe rem aliquam habere contendit, ei contra dicere non poſſis: ſed ſurſum deorſumque immutaris. Nam in concione quidem, ſi tibi aliquid dicenti populus Athenienſis contradixerit, conſueviſti

μὴ φῇ οὕτως ἔχειν, μεταβαλλόμενος λέγεις ἃ ἐκεῖνος βούλεται· καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας. τοῖς γὰρ τῶν παιδικῶν βουλήμασί τε καὶ λόγοις οὐχ οἷός τ' εἶ ἐναντιοῦσθαι. ὥστε εἴτις σοῦ λέγοντος ἑκάστοτε ἃ διὰ τούτους λέγεις, θαυμάζοι ὡς ἄτοπά ἐστιν, ἴσως εἴποις ἂν αὐτῷ, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν, ὅτι εἰ μή τις παύσῃ τὰ σὰ παιδικὰ τούτων τῶν λόγων, οὐδὲ σὺ παύσῃ ποτὲ ταῦτα λέγων. νόμιζε τοίνυν καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆναι ἕτερα τοιαῦτα ἀκούειν· καὶ μὴ θαύμαζε ὅτι ἐγὼ ταῦτα λέγω· ἀλλὰ τὴν φιλοσοφίαν, τὰ ἐμὰ παιδικά, παῦσον ταῦτα λέγουσαν. λέγει γὰρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ἃ νῦν ἐμοῦ ἀκούεις, καί μοι ἐξὶ τῶν ἑτέρων παιδικῶν πολὺ ἧττον ἐμπληκτος. ὁ μὲν γὰρ Κλεινίειος οὗτος ἄλλοτε ἄλλων ἐξὶ λόγων, ἡ δὲ φιλοσοφία, ἀεὶ τῶν αὐτῶν. λέγει δὲ ἃ σὺ νῦν θαυμάζεις. παρῆσθα δὲ καὶ αὐτὸς λεγομένοις. ἢ οὖν ἐκείνην ἐξέλεγξον, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, ὡς οὐ τὸ ἀδικεῖν ἐξι, καὶ ἀδικοῦντα δίκην μὴ διδόναι, ἁπάντων ἔσχατον κακόν· ἢ, εἰ τοῦτο ἐάσεις ἀνέλεγκτον, μὰ p. 482 a. b.

mutare ſententiam, atque ea dicere quae illi placere intelligas: eademque tibi & alia cum Pyrilampo adoleſcentulo iſto formoſo verſanti ſolent accidere; nec ullo modo potes voluntati eius obſiſtere. Quamobrem ſi quis illa, quae tu gratia eius, aut populi dicis, admiratus, abſurda eſſe obiecerit, reſpondebis forſitan, modo vera fateri velis, niſi is quem tu amas, & populus mutet ſententiam, nec unquam te mutaturum. Arbitrare igitur, talia a me quaedam te audire; nec talia me dicere admireris: ſed da operam, ut philoſophia amica mea, haec velle deſiſtat. Dicit enim illa, o dulcis amice, ſemper quae a me audis. Ac mihi multo minus ſtolida & pervicax eſt, quam pueri amaſii. Hic enim Clinieus alias mihi loquitur aliter; philoſophia autem ſemper eadem. dicit autem quae tu nunc admiraris: modo enim praeſens audiſti. Aut ergo illam, quod proxime dicebam, redargue; atque oſtende, iniuriam facere, nec dare poenas, non extremum eſſe malorum: aut, ſi hoc ſtare finis, praedico tibi, o Callicles, per

τὸν Κύνα τὸν Αἰγυπτίων θεὸν, οὔ σοι ὁμολογήσει Καλλικλῆς, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ διαφωνήσει ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ. καίτοι ἔγωγε, οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν ᾧ χορηγοίην,
c. καὶ πλείους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν, μᾶλλον ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι καὶ ἐναντία λέγειν. ΚΑΛ. Ὦ Σώκρατες, δοκεῖς νεανιεύεσθαι ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἀληθῶς δημηγόρος ὤν· καὶ νῦν ταῦτα δημηγορεῖς, ταυτὸν παθόντος Πώλου πάθος, ὅπερ Γοργίου κατηγόρει πρός σε παθεῖν· ἔφη γάρ που Γοργίαν, ἐρωτώμενον ὑπὸ σοῦ, ἐὰν ἀφίκηται παρ' αὐτὸν μὴ ἐπιζάμενος τὰ δίκαια
d. ὁ τὴν ῥητορικὴν βουλόμενος μαθεῖν, εἰ διδάξει αὐτὸν ὁ Γοργίας, αἰσχυνθῆναι αὐτὸν, καὶ φᾶναι διδάξειν· διὰ τὸ ἔθος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἀγανακτοῖεν ἂν εἴτις μὴ φαίη. διὰ δὴ ταύτην τὴν ὁμολογίαν ἀναγκασθῆναι ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ εἰπεῖν. σὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾶν, καὶ σοῦ καταγελᾶν, ὥσγε μοι δοκεῖν, ὀρθῶς τότε. νῦν δὲ πάλιν αὐτὸς ταυτὸν τοῦτο

canem Aegyptiorum deum, nunquam te Callicli conſenſurum, ſed in omni vita repugnaturum. Atqui ego, o vir optime, praeſtare iudico, ut lyra mihi diſcordet & diſſonet, chorusque quem ducam, ac multi praeterea homines contradicant, quam ut ego unus mihimet diſſonem atque repugnem. *Cal.* O Socrates, videris inter dicendum iuveniliter exſultare, ac revera quidam appares concionator: & nunc quidem in his quoque concionatorem agis; cum idem Polo evenerit, quod eveniſſe Gorgiae, paulo ante erga te accuſabat. nam Gorgiam, quodam in loco a te interrogatum, ſi pergeret ad ipſum aliquis rhetoricam percepturus, ſed iuris ignarus, an illum doceret; rubore adductum, inquit Polus, affirmaviſſe illum ſe eſſe docturum: idque ob ipſos hominum mores, qui graviter ferrent, ſi quis talia non concederet. ob huiuſmodi deinde conceſſionem coactum eſſe Gorgiam, ſibimet contradicere: tibique id mirifice gratum eſſe. quare te quidem iuſte tunc meo iudicio irriſit, quod huiuſmodi ineptias ſeque-

ἔπαθε. καὶ ἔγωγε κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον, ὅτι σοι συνεχώρησε τὸ ἀδικεῖν αἴσχιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι. ἐκ ταύτης γὰρ αὖ τῆς ὁμολογίας αὐτὸς ὑπὸ σοῦ συμποδισθεὶς ἐν τοῖς λόγοις, ἐπεσομίσθη, αισχυνθεὶς ἃ ἐνόει εἰπεῖν. σὺ γὰρ τῷ ὄντι, ὦ Σώκρατες, εἰς τοιαῦτα ἄγεις φορτικὰ καὶ δημηγορικὰ (φάσκων τὴν ἀλήθειαν διώκειν) ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστι καλὰ, νόμῳ δέ. ὡς τὰ πολλὰ δὲ, ταῦτα ἐναντία ἀλλήλοις ἐστὶν, ἥ τε φύσις καὶ ὁ νόμος. ἐὰν οὖν τις αἰσχύνηται καὶ μὴ τολμᾷ λέγειν ἅπερ νοεῖ, ἀναγκάζεται ἐναντια λέγειν. ὃ δὴ καὶ σὺ, τοῦτο τὸ σοφὸν κατανενοηκὼς κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις· ἐὰν μέν τις κατὰ νόμον λέγῃ, τὰ κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν· ἐὰν δὲ τὰ τῆς φύσεως, τὰ τοῦ νόμου. ὥσπερ αὐτίκα ἐν τούτοις, τῷ ἀδικεῖν τε καὶ τῷ ἀδικεῖσθαι, Πώλου τὸ κατὰ νόμον αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν νόμον ἐδιώκαθες. φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι· νόμῳ δὲ, τὸ ἀδικεῖν. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ πάθημα, τὸ ἀδικεῖ- e. p. 483 a. b.

reris. Nunc vero rurſus Polo eadem contigerunt: quem in hoc minime probo, quod tibi conceſſerit, iniuriam turpius eſſe facere, quam pati. ob eam enim conceſſionem impeditus a te, quae cogitaverat, explicare non potuit. Tu vero revera, o Socrates, in ſcrupulos concionalesque difficultates audientes adducis, dum veritatem ſequi te profiteris. affers utique in medium quae natura quidem pulchra non ſunt, ſed lege. Plerumque vero accidit, ut contraria ſint inter ſe lex atque natura. Si quis igitur rubore ſuffuſus, non audeat quae intelligit exprimere, contraria ſibimet fateri compellitur. tu vero in aſtutias animadvertens, inſidiaris in verbis. Si quis enim ſecundum legem loquatur, tu deinceps ſecundum naturam interrogas. ſi vero ſecundum naturam ille, ipſe ſecundum legem: quemadmodum de inferenda, vel ſuſtinenda iniuria modo feciſti. Cum enim Polus, ſecundum legem inferre turpius eſſe, diceret, ipſe legem es perſecutus. Natura enim quidquid peius eſt, idem & turpius, quale iniuriam pati: lege vero, inferre. non enim viri eſt iniurias pati, ſed mancipii cuius-

σθαι, ἀλλὰ ἀνδραπόδου τινὸς, ᾧ κρεῖττον τεθνάναι ἐστὶν ἢ ζῆν· ὅστις ἀδικούμενος καὶ προπηλακιζόμενος, μὴ οἷός τε ἐστὶν αὐτὸς αὑτῷ βοηθεῖν, μηδὲ ἄλλῳ οὗ ἂν κήδηται. ἀλλ', οἶμαι, οἱ τιθέμενοι τοὺς νόμους, οἱ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι εἰσὶ καὶ οἱ πολλοί. πρὸς αὐτοὺς οὖν καὶ τὸ αὑτοῖς συμφέρον τούς τε νόμους τίθενται, καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐπαινοῦσι, καὶ τοὺς ψόγους
c. ψέγουσιν, ἐκφοβοῦντές τε τοὺς ἐρρωμενεστέρους τῶν ἀνθρώπων, καὶ δυνατοὺς ὄντας πλέον ἔχειν, ἵνα μὴ αὐτῶν πλέον ἔχωσι, λέγουσιν ὡς αἰσχρὸν καὶ ἄδικον τὸ πλεονεκτεῖν· καὶ τοῦτο ἔστι τὸ ἀδικεῖν, τὸ πλέον τῶν ἄλλων ζητεῖν ἔχειν. ἀγαπῶσι γάρ, οἶμαι, αὐτοὶ ἂν τὸ ἴσον ἔχωσι, φαυλότεροι ὄντες. διὰ ταῦτα δὴ, νόμῳ μὲν, τοῦτο ἄδικον καὶ αἰσχρὸν λέγεται, τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν πολλῶν· καὶ ἀδικεῖν αὐτὸ καλοῦσιν· ἡ δέ γε, οἶμαι, Φύσις αὐτὴ ἀποφαίνοι ἂν ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸν
d. ἀμείνω τοῦ χείρονος πλέον ἔχειν, καὶ τὸν δυνατώτερον, τοῦ ἀδυνατωτέρου. δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ ὅτι οὕτως ἔχει, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς γένεσιν, ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω

dam, cui mortuum esse quam vivere praestat: quod quidem, contumeliis iniuriisque affectum, neque sibi, neque suis potest opitulari. Verum, ut ego arbitror, qui leges condunt, imbecilliores sunt, ac multitudo ipsa est. Itaque utilitati consulentes suae, leges constituunt. praeterea laudes vituperationesque disponunt, metu potentiorum adducti, ne qua in re excedere eos possint. itaque aiunt turpe iniustumque esse aliis plus habere; idque definiunt iniuriam facere, plus videlicet quam alii ut habeas, quaerere. satis enim sibi factum putant, si cum inferiores sint, aequam habeant portionem. Ob hanc igitur rationem lege quidem id iniustum turpeque dicitur, quaerere ut plus quam ceteri possideas: atque hanc vulgo iniuriam nominant. Natura vero ipsa, veluti puto, demonstrat aequum esse, ut praestantiores potentioresque omnia ceteris habeant superiora. Ostendit vero multis haec modis, tum in ceteris animantibus, tum in cunctis civitatibus atque gentibus, apud

τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν. ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν; ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. c.
ἀλλ', οἶμαι, οὗτοι κατὰ φύσιν τὴν τοῦ δικαίου ταῦτα πράττουσι, καὶ ναὶ μὰ Δία κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως· οὐ μέντοι ἴσως κατὰ τοῦτον ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα, πλάττοντες τοὺς βελτίσους καὶ ἐρρωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας, καὶ κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα· λέγοντες ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. ἐὰν δέ γε, οἶμαι, φύσιν p. 484 a.
ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας καὶ διαφυγὼν καὶ καταπατήσας τὰ ὑμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα, καὶ ἐπῳδὰς, καὶ νόμους τοὺς παρὰ φύσιν ἅπαντας, ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπότης ὑμέτερος ὁ δοῦλος, καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψε τὸ τῆς φύσεως δίκαιον. δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυ- b.
σθαι, ἐν τῷ ᾄσματι ἐν ᾧ λέγει ὅτι νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς

quas iustum esse censetur, ut potentior infirmiori dominetur, plusque possideat. Nam quo iure Xerxes adversus Graecos duxit exercitum, vel pater eius contra Scythas, aut innumerabiles alii, quos referre quis posset? Sed hi, ut arbitror, iuxta naturam iuris ipsius, ac per Iovem, iuxta ipsius naturae legem, haec agunt: non tamen fortasse iuxta leges has a nobis conditas, per quas praestantissimae ac validissimae indolis adolescentes ab incunabulis tanquam leones vincientes, quasi quibusdam magicis carminibus fascinamus, servilemque in modum subiicimus, dicentes, aequalitatem esse servandam, idque pulchrum iustumque esse. At si quis praestantis naturae vir exsurgat, ac literas, fascinationes, incantationesque huiusmodi vestras pessumdans atque discindens, legesque omnes quae desciscunt a natura, subvertens, & conculcans, ceteris dominetur, in eo iam naturae ipsius ius effulgeret. Videtur autem mihi Pindarus haec eadem in quodam carmine ostendere, ubi legem ait omnium esse reginam mortalium atque immorta-

ἀθανάτων τε καὶ ἀθανάτων. οὗτος δὲ δὴ, φησὶν, ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους. ἐπεὶ ἀπριάτας λέγει οὕτω πως. τὸ γὰρ ᾄσμα οὐκ ἐπίσαμαι. λέγει δ' ὅτι οὔτε πριάμενος, οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς· ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ
c. βοῦς καὶ τἄλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος, τὰ τῶν χειρόνων τε καὶ ἥττόνων. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς οὕτως ἔχει, γνώσῃ δὲ, ἂν ἐπὶ τὰ μείζω ἔλθῃς, ἐάσας ἤδη φιλοσοφίαν. φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἂν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ,
d. ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ

lium: eamque ius agere violenter praepotenti manu. Idque coniectare se dicit ex rebus gestis ab Hercule: qui, etsi carmen ipsum haud satis memoriter teneo, memini tamen ipsum dicere, Herculem neque emtos, neque donatos Geryonis boves abegisse; utpote naturali ipso iure dictante, & boves, & cetera omnia quae ab hominibus possidentur, illius qui praestantior sit atque valentior, esse debere. Veritas igitur ita se habet. idque plane cognosces, si ad maiora iam, dimissa philosophandi cura, converteris. Nam philosophia quidem, o Socrates, gratiosa res est, & venusta, si quis illam moderate in adolescentiaque attingat. sin autem supra modum tempus in ea contriverit, hominum est corruptela. Quamlibet enim quis bono a natura sit ingenio praeditus, tamen si diutius per aetatem iam provectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus evadet, quarum omnino clarum, bonum, excellentem virum habere peritiam oportet. nam & legum civilium, & verborum, quibus in consuetudine coetuque hominum tam

ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν καταγέλαστοι γίγνονται. ὥσπερ γε, οἶμαι, e. οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Λαμπρός τε ἐξὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ, καπὶ τοῦτ' ἐπείγεται, Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν. ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν p. φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τοῦτῳ· τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ, εὐνοίᾳ τῇ a. ἑαυτοῦ, ἡγούμενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. ἀλλ' οἶμαι, τὸ ὀρθότατόν ἐξιν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν. φιλοσοφίας μὲν, ἕσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος, ἔτι φιλοσοφεῖ, καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦν- b. τας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζό-

publice quam privatim uti decet, voluptatum praeterea cupiditatumque humanarum, &, ut breviter comprehendam, morum prorsus fiunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam, vel publicam vel privatam, sese conferant, habentur ridiculi: quemadmodum & civiles viri, si in vestras exercitationes disputationesque descendant. evenit enim illud Euripidis, *Qua in re clarus quisque est, ad eam properat, & diei partem illi plurimam impartit, ut ipse se superet.* ubi vero inferior sit, inde fugit, illudque vituperat: aliud vero laudat, quadam sui ipsius benevolentia; existimans se ipsum ita laudare. Verum praestare arbitror, amborum participem fieri. philosophiae quidem, quatenus disciplinae gratia deceat. Nec turpe quidem est adolescenti philosophari. sed cum grandior natu philosophiae adhuc incumbit, res est, Socrates, valde ridicula. Equidem similiter affectus sum erga illos qui philosophiae dant operam, atque illos qui balbutiunt ac ludunt. quoties enim adspicio puellum, cui decorum adhuc est loqui ita

μενον καὶ παίζον, χαίρω τε, καὶ χάριέν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον, καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρόν τι μοὶ δοκεῖ χρῆμα εἶναι, καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα, καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι
c. εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τὶς ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἀνανδρον, καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακιῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοὶ δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα, ἀνελεύθερον, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου
d. πράγματος. ὅταν δὲ δὴ πεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοὶ δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως, καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ

balbutientem ludentemque, delector; festivumque & liberale mihi videtur, puerilemque decere aetatem. quoties vero puellum audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auresque offendit meas, atque servile quippiam prae se ferre videtur. Ceterum cum virum quis vel audit balbutientem, vel videt ludentem, ridiculum id quidem, a viroque alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi evenit. In adolescente enim philosophiam dum cerno, valde delector, decensque iudico, atque ingenuum esse hominem hunc existimo: eum vero, qui non philosophetur, illiberalem, nec unquam praeclarum aliquid ac generosum de se ipso praestiturum. Sed quando grandiorem natu philosophantem animadverto, neque dum studia eiusmodi deserentem, verberibus iam hunc virum, Socrates, indigere censeo. Quippe quod, quemadmodum modo dicebam, huic accidat homini, ut etiamsi bene natus sit, tamen iners atque ignavus evadat. fugit enim mediam civitatem, forensesque consuetudines, in quibus poëta inquit viros fieri praestantissi-

ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι· καταδεδυκότι δὲ, τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα· ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μη- e.
δέποτε φθέγξασθαι. ἐγὼ δὲ, ὦ Σώκρατες, πρός σε ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρός σε λέγειν οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν· ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμε-
λεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ δια-
πρέπεις μορφώματι. καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν P.
ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ 486
ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. καίτοι, ὦ φίλε Σώ- a.
κρατες, (καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ) οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας; νῦν γὰρ εἴτις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα,

mos: absconditque sese cum tribus vel quatuor pueris, & in angulis susurrando vitam ducit, nihil unquam liberale aut magnificum prolaturus. Erga te autem, Socrates, bene atque amice affectus sum. Itaque idem mihi erga te, quod & Zetho erga Amphionem apud Euripidem, cuius modo mentionem feci, accidisse arbitror. talia enim nunc mihi quaedam adversus te dicere venit in mentem, qualia adversus fratrem ille dicit. Profecto ea, Socrates, negligis, quae curae esse tibi conveniebat, atque adeo generosae mentis praestantiam specie quadam puerili formas: utpote qui nec in iudiciis consultationibusque, si usus poscat, verba recte facere, neque conveniens quidquam probabileque eligere, nec aliis promte consulere possis. Quare, amice Socrates, ne mihi succenseas. benevolentia enim erga te mea ad haec proferenda nunc me adducit. Nonne turpe ducis sic comparatum te esse, quemadmodum arbitror & te, & alios omnes, qui philosophiam diutius persequuntur? Nempe si te nunc quis, aut alium e coetu vestro quempiam

b. οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ, τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιῴης ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴποις· καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἄν, εἰ βούλοιτό σοι θανάτου τιμᾶσθαι. καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴτις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα, ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα; ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν
c. οὐσίαν· ἀτεχνῶς δὲ, ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει; τὸν δὲ τοιοῦτον (εἴτι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι) ἔξεστιν, ἐπὶ κόρρης τύπτοντα, μὴ διδύναι δίκην. ἀλλ' ὦ 'γαθὲ ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων. πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει· καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε λῆρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας, Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις· ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα,
d. ἀλλ' οἷς ἔξι καὶ βίος καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά.

comprehendat, inque carcerem trahat, atque te iniuriam, quamvis nullam inferas, inferre tamen accuſet: certe quid ageres, non haberes; ſed vacillares oſcitaresque, defenſionis tuae prorſus ignarus. proinde adductus in iudicium, vel ab ignavo abiectoque accuſatore, ultimo ſupplicio, ſi modo illi placeret, afficereris. Iam vero quomodo id ad ſapientiam ſpectat, o Socrates, ſi qua ars ingenuae mentis nacta virum, reddit deteriorem: adeo ut nec ipſe ſibi opem ferre valeat, nec ex graviſſimis periculis ſe aut alium quenquam ſervare; ſed inimicorum raptorumque exponat iniuriis, inglorium in civitate degentem? Iam vero eiusmodi virum, etſi dictu ſit agreſtius, licet ſuper genam impune pulſare. Quamobrem, bone vir, me audi, ac iam in vanis verſari argutiis deſine; & decora rerum gerendarum exerce officia, atque ea ex quibus ſapere videaris: iſta vero arguta, ſive deliramenta appellari oportet, ſive nugas, unde vacuae habitandae tibi domus ſunt, aliis relinque: denique imitare non eos, qui haec exigua captant, ſed eos quibus victus & gloria, & alia bona adſunt complurima. *So.* Si

ΣΩ. Εἰ χρυσῆν ἔχων ἐτύγχανον τὴν ψυχήν, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἂν οἴει με εὑρεῖν ἀσμενον τούτων τινὰ τῶν λίθων ἢ βασανίζουσι τὸν χρυσὸν τὴν ἀρίστην, πρὸς ἥντινα ἔμελλον προσαγαγὼν αὐτὴν, εἴ μοι ὁμολογήσειεν ἐκείνη καλῶς τεθεραπεῦσθαι τὴν ψυχήν, ἤδη εὖ εἰσεσθαι ὅτι ἱκανῶς ἔχω καὶ οὐδέν μοι ἔτι δεῖ ἄλλης βασάνου; ΚΑΛ. Πρὸς τί δὴ τοῦτ' ἐρωτᾷς, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ νῦν. οἶμαι ἐγώ σοι ἐντετυχηκὼς, τοιούτῳ ἁρμαίῳ ἐντετυχηκέναι. ΚΑΛ. Τί δή; ΣΩ. Εὖ οἶδ' ὅτι ἄν μοι σὺ ὁμολογήσῃς περὶ ὧν ἡ ἐμὴ ψυχὴ δοξάζει, ταῦτ' ἤδη ἐστὶν αὐτὰ τἀληθῆ. ἐννοῶ γὰρ ὅτι τὸν μέλλοντα βασανιεῖν ἱκανῶς ψυχῆς πέρι, ὀρθῶς τε ζώσης καὶ μὴ, P. 487 a. τρία ἄρα δεῖ ἔχειν, ἃ σὺ πάντα ἔχεις· ἐπιστήμην τε, καὶ εὔνοιαν, καὶ παῤῥησίαν. ἐγὼ γὰρ πολλοῖς ἐντυγχάνω, οἳ ἐμὲ οὐχ οἷοί τε εἰσὶ βασανίζειν, διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι ὥσπερ σύ· ἕτεροι δὲ, σοφοὶ μέν εἰσιν, οὐκ ἐθέλουσι δέ μοι λέγειν τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ μὴ κήδεσθαί μου, ὥσπερ σύ. τὼ δὲ ξένω

aurea mihi, o Callicles, anima foret, nonne arbitraris me libenter reperturum aliquem ex his lapidibus, per quos probari aurum solet, optimum, ad quem animam admovens meam, si ab ipso quasi recte educata approbaretur, certo scirem me satis habere, nec probatione ulterius alia indigere? *Cal.* Quorsum haec, o Socrates? *So.* Dicam equidem. nempe arbitror, cum te nactus fuerim, me iam pretiosum hunc lapidem esse nactum. *Cal.* Quam ob causam? *So.* Quoniam certo scio, ea quae tu mecum senseris in his, quae meus animus opinatur, fore procul dubio vera. Censeo namque, in eo qui alicuius probaturus sit animam, utrum illa quidem recte vivat aut secus, tria potissimum requiri, quae in te sunt omnia, scientiam primo, deinde opinionem, prudentis scilicet atque benevoli, tertio audaciam. Nam multos equidem reperio, qui me propterea recto examine probare non possunt, quod sapientes non sunt, quemadmodum tu esse videris. alii vero sapientes quidem sunt, sed veritatem mihi dicere nolunt, ex eo quod mei curam non gerunt, ut tu geris. Peregrini vero isti, Gor-

τώδε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐξὸν ἐμώ,
b. ἐνδεεξέρω δὲ παῤῥησίας, καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος. πῶς γὰρ οὔ; ὥγε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον, ὥστε διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς αὑτῷ ἐναντία λέγειν ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων. σὺ δὲ ταῦτα πάντα ἔχεις ἃ οἱ ἄλλοι οὐκ ἔχουσι· πεπαίδευσαί τε γὰρ ἱκανῶς, ὡς πολλοὶ ἂν φήσαιεν Ἀθηναίων, καὶ ἐμοὶ εἶ εὔνους. τίνι τεκμηρίῳ χρῶμαι, ἐγώ
c. σοι ἐρῶ. οἶδα ὑμᾶς ἐγὼ, ὦ Καλλίκλεις, τέτταρας ὄντας κοινωνοὺς γεγονότας σοφίας· σέ τε, καὶ Τίσανδρον τὸν Ἀφιδναῖον, καὶ Ἄνδρωνα τὸν Ἀνδροτίωνος, καὶ Ναυσικύδην τὸν Χολαργέα. καί ποτε ὑμῶν ἐγὼ ὑπήκουσα βουλευομένων μέχρις ὅποι τὴν σοφίαν ἀσκητέον εἴη· καὶ οἶδα ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε τὶς δόξα, μὴ προδυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν· ἀλλὰ εὐλαβεῖσθαι παρεκελεύεσθε ἀλλήλοις ὅπως μὴ
d. πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι, λήσετε διαφθαρέντες. ἐπειδὴ οὖν σου ἀκούω ταῦτα ἐμοὶ συμβουλεύοντος, ἅπερ τοῖς

gias, & Polus, ſapientes quidem ſunt, meque diligunt; verum deeſt eis audacia, verecundioresque ſunt, quam oporteat. Quod quidem cuinam dubium eſſe poſſit? quippe cum eo uſque proceſſerint verecundiae, ut utrique ob ipſam verecundiam in praeſentia multorum hominum auſi fuerint ſibi ipſis de rebus maximis contradicere. Quibus omnibus cum alii careant, ipſe habes. Principio es abunde liberaliter inſtitutus, quod multi, ſi opus ſit, confirmarent Athenienſes; mihique benevolus. quod qua coniectura intelligam, tibi dicam. Novi equidem, Callicles, quatuor vos in ſapientiae ſtudio ſocios, te ſcilicet, & Tiſandrum Aphidnaeum, & Andronem Androtionis, Nauſicydemque Cholargeum. atque cum aliquando inter vos agitaretur, quouſque ſapientiae ſtudendum foret, eiusmodi apud vos viciſſe ſententiam audivi: Non eſſe ad exactam philoſophiae diligentiam contendendum, ſed cavendum, ne ultra quam deceat ſapientes facti, clam vos ipſos depravaretis. Cum igitur audio, idem te mihi dare conſilium, quod amiciſſimis

σαυτοῦ ἑταιροτάτοις, ἱκανόν μοι τεκμήριόν ἐστιν ὅτι ὡς ἀληθῶς μοι εὔνους εἶ. καὶ μὴν ὅτι γε οἷος παῤῥησιάζεσθαι καὶ μὴ αἰσχύνεσθαι, αὐτός τε φῂς, καὶ ὁ λόγος ὃν ὀλίγον πρότερον ἔλεγες, ὁμολογεῖ σοι. ἔχει δὴ οὐτωσί· δηλονότι τούτων πέρι νυνὶ, ἐάν τι σὺ ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤδη ἔσαι ἱκανῶς ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, καὶ οὐκέτι e.
αὐτὸ δεήσει ἐπ' ἄλλην βάσανον ἀναφέρειν. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτὸ συνεχώρησας σὺ, οὔτε σοφίας ἐνδεία, οὔτ' αἰσχύνης περιουσίᾳ· οὐδ' αὖ ἀπατῶν ἐμὲ συγχωρήσαις ἄν. φίλος γάρ μοι εἶ, ὡς καὶ αὐτὸς φῂς. τῷ ὄντι οὖν ἡ ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας. πάντων δὲ καλλίστη ἐστὶν ἡ σκέψις, ὦ Καλλίκλεις, περὶ τούτων ὧν σὺ δή μοι ἐπετίμησας· ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα, καὶ τί ἐπιτηδεύειν, καὶ μέχρι τοῦ, καὶ πρεσβύτερον καὶ νεώτερον ὄντα. ἐγὼ γὰρ, εἴτι p.
μὴ ὀρθῶς πράττω κατὰ τὸν βίον τὸν ἐμαυτοῦ, εὖ ἴσθι τοῦτο 488
ὅτι οὐχ ἑκὼν ἐξαμαρτάνω, ἀλλ' ἀμαθίᾳ τῇ ἐμῇ. σὺ οὖν, ὥσπερ ἤρξω νουθετεῖν με, μὴ ἀποζῇς, ἀλλ' ἱκανῶς μοι ἐνδείξαι τί ἐστι τοῦτο ὃ ἐπιτηδευτέον μοι, καὶ τίνα τρόπον ἐργασαίμην

tuis, abunde magnum argumentum eſt veri amoris erga me tui. Poſtremo quod adſit audacia, nec te pudor impediat, & tu ipſe affirmas, & oratio quam paulo ante hic habuiſti, teſtatur. Cum haec igitur ita ſe habeant, ſi quid tu mihi in diſputando conceſſeris, ſatis iam nobis probatum erit; neque oportebit ad examen aliud id referre: alioquin tu nunquam id mihi conceſſiſſes, vel ſapientiae defectu, vel verecundia adductus, vel decipiendi cauſa. amicus enim mihi es, ut ipſe ais. Revera igitur mea tuaque confeſſio finem iam veritatis habebit. Harum vero conſideratio rerum, in quibus me ipſe corripuiſti, omnium, Callicles, pulcherrima eſt, Qualem eſſe virum deceat; quidque & quouſque tam in iuventute quam in ſenectute exercere conveniat. Ego vero, ſi quid in vita mea minus recte ago, certum habeo me non ſponte mea, ſed inſcitia potius aberrare. Quamobrem tu, quemadmodum admonere coepiſti, perge quaeſo, planeque mihi demonſtra quid-

ἂν αὐτό. καὶ ἐάν με λάβῃς νῦν μέν σοι ὁμολογήσαντα, ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ μὴ ταῦτα πράττοντα ἅπερ ὡμολόγησα,
b. πάνυ με ἡγοῦ βλάκα εἶναι καὶ μηκέτι ποτέ με νουθετήσῃς ὕστερον, ὡς μηδενὸς ἄξιον ὄντα. ἐξ ἀρχῆς δέ μοι ἐπανάλαβε, πῶς φῂς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος, τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βιᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων, καὶ ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ πλεῖον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ φαυλοτέρου; μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι; ἢ ὀρθῶς μέμνημαι; ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτα ἔλεγον καὶ τότε, καὶ νῦν λέγω. ΣΩ. Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν βελτίω καλεῖς σὺ καὶ
c. κρείττω; οὐδὲ γάρ τοι τότε οἷόσ' ἦν μαθεῖν σου τί ποτε λέγεις. πότερον τοὺς ἰσχυροτέρους κρείττους καλεῖς, καὶ δεῖ ἀκροᾶσθαι τῶν ἰσχυροτέρους τοὺς ἀσθενεστέρους, οἷόν μοι δοκεῖς καὶ τότε ἐνδεικνύσθαι, ὡς αἱ μεγάλαι πόλεις ἐπὶ τὰς σμικρὰς κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἔρχονται, ὅτι κρείττους εἰσὶ καὶ ἰσχυρότεραι· (ὡς τὸ κρεῖττον καὶ ἰσχυρότερον καὶ βέλτιον, ταυτὸ ὄν) ἢ ἔξι βελτίω μὲν εἶναι, ἥττω δὲ καὶ ἀσθενέ-

nam sit istud, & qua via consequi valeam, quod mihi quaerendum arbitraris. Quod si me consentientem tibi nunc habebis, postea vero quae assensus fuerim, minus praestare deprehendas, socordem omnino ignavumque me putato, neque ulterius in me admonendo, quasi omnino perdito, operam perdas. Resume vero mihi ab initio, quemadmodum tu & Pindarus dicebatis: Iustum id esse natura, potentiorem per vim auferre ea quae imbecilliorum sunt, & dominari meliorem deteriori, plusque habere eum qui praestantior sit, quam qui abiectior. Numquid aliud dicis esse iustum? an recte memini? *Cal.* Haec & tunc dicebam, & nunc dico. *So.* Utrum vero meliorem vocas eundem atque potentiorem? neque enim tunc plane, quid diceres, intelligere potui. Num validiores appellas potentiores: oportetque validioribus infirmiores obtemperare? quemadmodum tunc videris demonstravisse, cum diceres, magnas civitates adversus parvas naturali iure insurgere, propterea quod potentiores atque validiores essent: quasi idem sit

σθρον· καὶ κρείττω μὲν εἶναι, μοχθηρότερον δὲ· ἢ ὁ αὐτὸς ὅρος
ἐστὶ τοῦ βελτίονος καὶ τοῦ κρείττονος. τοῦτο μοὶ αὐτὸ σαφῶς d.
διόρισον, ταυτὸν ἢ ἕτερόν ἐστι, τὸ κρεῖττον, καὶ τὸ βέλτιον,
καὶ τὸ ἰσχυρότερον. ΚΑΛ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφῶς λέγω ὅτι
ταυτόν ἐστιν. ΣΩ. Οὐκοῦν οἱ πολλοὶ τοῦ ἑνὸς κρείττους εἰσὶ
κατὰ φύσιν; οἳ δὴ καὶ τοὺς νόμους τίθενται ἐπὶ τῷ ἑνί, ὥσ-
περ καὶ σὺ ἄρτι ἔλεγες. ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τὰ τῶν
πολλῶν ἄρα νόμιμα, τὰ τῶν κρειττόνων ἐστί. ΚΑΛ. Πάνυ
γε. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ τῶν βελτιόνων. οἱ γὰρ κρείττους, βελ- e.
τίους πολύ, κατὰ τὸν σὸν λόγον. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν
τὰ τούτων νόμιμα, κατὰ φύσιν καλὰ, κρειττόνων γε ὄντων.
ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐχ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν (ὡς
ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες) δίκαιον εἶναι, τὸ ἴσον ἔχειν· καὶ αἴσχιον
τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; καὶ ὅπως μὴ p.
ἀλώσῃ ἐνταῦθα σὺ αἰσχυνόμενος. νομίζουσιν, ἢ οὔ, οἱ πολ- 489
λοὶ, τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ πλέον, δίκαιον εἶναι; καὶ

potentius validiusque, & melius. An fieri potest, ut aliquis melior quidem sit, inferior tamen atque imbecillior? Similiterque ut potentior sit, deterior tamen? Vel eadem melioris atque potentioris est definitio? Hoc ipsum mihi apertius explica, idemne an aliud sit potentius, & melius, atque valentius. *Cal.* Equidem manifeste tibi affero, idem esse. *So.* Nonne multitudo ipsa natura uno potentior est? quae quidem leges constituit super unum, quemadmodum nuper ipse dicebas. *Cal.* Quidni? *So.* Multitudinis ergo leges, potentiorum sunt. *Cal.* Omnino. *So.* Nonne igitur & meliorum? qui enim potentiores sunt ut ipse ais, multo sunt meliores. *Cal.* Sic certe. *So.* Nonne horum institutiones natura sunt rectae, cum potentiores sint? *Cal.* Sic affirmo. *So.* Nonne multitudo statuit, quemadmodum nuper ipse dicebas, iustum esse servari inter omnes aequalitatem: atque esse turpius iniuriam inferri, quam pati? estne ita, an aliter? Ac vide, ne hic tu quoque ob verecundiam capiaris. Constituit multitudo ista, necne: videlicet iustum esse servari aequitatem, non autem, alium alio plus habere; atque tur-

αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; μὴ φθόνει μοι ἀποκρίνασθαι τοῦτο Καλλίκλεις. ἵν' ἐάν μοι ὁμολογήσῃς, βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, ἅτε ἱκανοῦ ἀνδρὸς διαγνῶναι ὡμολογηκότος. ΚΑΛ. Ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως. ΣΩ. Οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ
b. δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν· ἀλλὰ καὶ φύσει· ὥστε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν ἐν τοῖς πρόσθεν, οὐδὲ ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγορεῖν, λέγων ὅτι ἐναντίον ἐστὶν ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις. ἃ δὴ καὶ ἐγὼ γνοὺς κακουργῶ ἐν τοῖς λόγοις· ἐὰν μέν τις κατὰ φύσιν λέγῃ, ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων· ἐὰν δέ τις κατὰ τὸν νόμον, ἐπὶ τὴν φύσιν. ΚΑΛ. Οὔτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν. εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχύνῃ, τηλικοῦτος ὤν, ὀνόματα θηρεύων,
c. καὶ ἐάν τις ῥήματι ἁμάρτῃ, ἔρμαιον τοῦτο ποιούμενος; ἐμὲ γὰρ οἴει ἄλλό τι λέγειν τὸ κρείττους εἶναι, ἢ τὸ βελτίους; οὐ πάλαι σοι λέγω ὅτι ταυτὸν φημὶ εἶναι τὸ βέλτιον καὶ τὸ κρεῖττον; ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων, καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων, πλὴν ἴσως τῷ σώ-

pius esse facere iniuriam, quam accipere? Nulla te, Callicles, invidia, quaeso, quominus ad haec respondeas detineat: ut si mecum sentias, abs te confirmer, tanquam viro ad iudicandum abunde sufficiente. *Cal.* Sic utique statuit multitudo. *So.* Non ergo lege sola, & turpius est facere iniuriam quam pati, & iustum est aequitatem servare; sed etiam ipsa natura. Quapropter videris in superioribus non vere dixisse, neque me recte accusavisse, cum contrarias inter se esse legem atque naturam affirmares: neque haec animadvertentem, veteratorem in disputando praebere, atque si quis secundum naturam loquatur, ad legem; si quis vero secundum legem, ad naturam deducere. *Cal.* Hic vir nunquam desinet in nugis versari. Dic mihi, Socrates, nonne te pudet, tam grandem natu, venari nomina: atque si quis verbo excidat, tanquam id tibi lucro veniat, impense captare? Putasne me aliud dicere potentiores esse quam meliores? nonne dudum dico, idem esse melius atque potentius? An putas me dicere, si faex servorum homi-

μαι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νόμιμα; ΣΩ. Εἶεν, ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις· οὕτω λέγεις; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ὦ δαιμόνιε, καὶ d
αὐτὸς πάλαι τοπάζω, τοιοῦτόν τι σὲ λέγειν τὸ κρεῖττον· καὶ ἀνερωτῶ, γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ, τι λέγεις. οὐ γὰρ δή που σύ γε τοὺς δύο βελτίους ἡγῇ τοῦ ἑνός, οὐδὲ τοὺς σοὺς δούλους βελτίους σου, ὅτι ἰσχυρότεροι εἰσὶν ἢ σύ. ἀλλὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἰπὲ τί ποτε λέγεις τοὺς βελτίους, ἐπειδὴ οὐ τοὺς ἰσχυροτέρους. καὶ ὦ θαυμάσιε πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. ΚΑΛ. Εἰρωνεύῃ, ὦ Σώκρατες. e
ΣΩ. Μὰ τὸν Ζῆθον, ὦ Καλλίκλεις, ᾧ σὺ χρώμενος πολλὰ νῦν δὴ εἰρωνεύου πρός με. ἀλλ' ἴθι εἰπὲ τίνας λέγεις τοὺς βελτίους εἶναι. ΚΑΛ. Τοὺς ἀμείνους ἔγωγε. ΣΩ. Ὁρᾷς ἄρα ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα λέγεις, δηλοῖς δὲ οὐδέν. οὐκ ἐρεῖς, τοὺς βελτίους καὶ κρείττους πότερον τοὺς φρονιμωτέρους λέγεις, ἢ ἄλλους τινάς; ΚΑΛ. Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία τούτους λέγω, καὶ σφόδρα γε. ΣΩ. Πολλάκις ἄρα εἷς φρονῶν μυρίων μὴ

numque undique viliſſimorum in unum confluat, hos, praeterquam fortaſſe corporis viribus, eſſe potentiores: & quae hi ſtatuant, eſſe iura? *So.* Agedum, o ſapientiſſime Callicles, itane dicis? *Cal.* Et maxime quidem. *So.* At ego, beate vir, iamdudum coniecto, tale aliquid te potentius appellare: atque interrogo, cupiens quid velis aperte cognoſcere. nonne enim duos meliores eſſe uno iudicas? neque ſervos tuos te meliores, quia videlicet robuſtiores ſint? Verum rurſus a principio dicas, quos tandem velis eſſe meliores, quando non validiores: & vide, precor, o vir mirifice, ut mitius me doceas, ne a ſcholis tuis aufugiam. *Cal.* Ironice loqueris. *So.* Non per Zethum, Callicles, quo tu fretus, multa uſus in me nunc es ironia. Verum dic age, quosnam meliores appellas? *Cal.* Praeſtantiores equidem. *So.* Vides ergo, te nomina dumtaxat dicere, oſtendere vero nihil. Non aperis, meliores potentioresque utrum prudentiores, an alios quosdam eſſe dicas? *Cal.* Per Iovem hoc dico, & maxime quidem. *So.* Saepe igitur unus prudens com-

p. φρονούντων κρειττων ἐςὶ, κατὰ τὸν σὸν λόγον· καὶ τοῦτον
490 a. ἄρχειν δεῖ, τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων. ταῦτο γάρ μοι δοκεῖς βούλεσθαι λέγειν· (καὶ οὐ ῥήματα θηρεύω) εἰ ὁ εἷς τῶν μυρίων κρειττων. ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔςιν ἃ λέγω. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐγὼ τὸ δίκαιον εἶναι φύσει, τὸ βελτίω ὄντα καὶ φρονιμώτερον καὶ ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν τῶν φαυλοτέρων. ΣΩ. Ἔχε δὴ αὐτοῦ. τί ποτε
b. αὖ νῦν λέγεις; ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦμεν, ὥσπερ νῦν, πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι, καὶ ἡμῖν ἢ ἐν κοινῷ πολλὰ σιτία καὶ ποτὰ, ὦμεν δὲ παντοδαποὶ, οἱ μὲν, ἰσχυροὶ, οἱ δὲ, ἀσθενεῖς, εἷς δὲ ἡμῶν ἢ φρονιμώτερος περὶ ταῦτα, ἰατρὸς ὤν, ἢ δὲ, οἷον εἰκὸς, τῶν μὲν, ἰσχυρότερος, τῶν δὲ, ἀσθενέςερος, ἄλλό τι ἢ οὗτος φρονιμώτερος ἡμῶν ὢν, βελτίων καὶ κρειττων ἕξαι εἰς ταῦτα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἦ οὖν τούτων τῶν σιτίων πλέον
c. ἡμῶν ἑκτέον αὐτῷ, ὅτι βελτίων ἐςὶν, ἢ τῷ μὲν ἄρχειν πάντα ἐκεῖνον δεῖ νέμειν, ἐν δὲ τῷ ἀναλίσκειν τε αὐτὰ, καὶ κατα-

pluribus imprudentibus iuxta ſermonem tuum potentior eſt: atque hunc par eſt dominari, ceteros vero ſubeſſe, plusque habere eum his quibus imperat. hoc enim dicere mihi velle videris: (neque verba aucupor:) ſi quidem unus ſit multis potentior. *Cal.* At haec ipſa ſunt quae dico. hoc enim arbitror ius eſſe natura, eum videlicet, qui melior prudentiorque ſit, imperare, atque plus inferioribus poſſidere. *So.* Siſte parumper. quid tandem ſentias, ſi hoc in loco, ut nunc, congregati eſſemus multi, forentque nobis communia eſculenta, & poculenta complurima: nos vero ex variis hominum generibus eſſemus conflati, partim quidem validi, partim vero imbecilles: unus autem noſtrum omnium circa haec prudentiſſimus, fortaſſe medicus: ac foret hic, ut conſentaneum eſt, aliis quidem robuſtior, aliis vero debilior: nonne hic prudentior, praeterea melior, quantum ad haec pertinet, & potentior erit? *Cal.* Omnino. *So.* Utrum vero horum eſculentorum propterea plus illum quam nos, quia ſit melior, capere decet? an potius ob eius praeſtantiam omnia diſtribuere debet; neque in

χρῆσθαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, οὐ πλεονεκτητέον, εἰ μὴ μέλλει ζημιοῦσθαι; ἀλλὰ τῶν μὲν, πλέον, τῶν δ' ἔλαττον ἑκτέον. ἐὰν δὲ τύχῃ πάντων ἀσθενέστατος ὤν, πάντων ἐλάχιστον τῷ βελτίστῳ, ὦ Καλλίκλεις. οὐχ οὕτως, ὦ γαθέ; ΚΑΛ. Περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ, καὶ ἰατροὺς, καὶ φλυαρίας· ἐγὼ δὲ οὐ ταῦτα λέγω. ΣΩ. Πότερον οὖν τὸν φρονιμώτερον, βελ- d
τίω λέγεις; φάθι, ἢ μή. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἀλλ' οὐ τὸν βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν; ΚΑΛ. Οὐ σιτίων γε, οὐδὲ ποτῶν. ΣΩ. Μανθάνω. ἀλλ' ἴσως ἱματίων· καὶ δεῖ τὸν ὑφαντικώτατον, μέγιστον ἱμάτιον ἔχειν, καὶ πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἀμπεχόμενον περιϊέναι. ΚΑΛ. Ποίων ἱματίων; ΣΩ. Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δηλονότι δεῖ πλεονεκτεῖν τὸν φρονιμώτερον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον. τὸν σκυτοτόμον ἴσως μέγιστα δεῖ ὑποδήμα- e
τα καὶ πλεῖστα ὑποδεδεμένον περιπατεῖν. ΚΑΛ. Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα λέγεις, ἴσως τὰ τοιάδε· οἷον, γεωργικὸν ἄνδρα περὶ γῆν φρόνιμόν τε καὶ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, τοῦτον δὴ ἴσως δεῖ πλεονεκτεῖν τῶν

distribuendo pro se plus retinere: alioquin multandus sit: sed aliis plus, aliis minus habere? ac si omnium debilissimus sit, minimum sibi quamvis optimo tribuendum est, Callicles? nonne ita bonum est dicendum? *Cal.* De esculentis, & poculentis, & medicis, atque huiusmodi nugis verba facis: ego vero non de his loquor. *So.* Utrum igitur prudentiorem esse meliorem dicis, necne? respondе. *Cal.* Equidem. *So.* At non oportet, ut melior plus accipiat? *Cal.* Non de cibis atque potionibus. *So.* Intelligo. forte enim de vestibus: atque oportet eum, qui sit in conficiendis vestibus peritissimus, magnum habere pallium, ac multis pretiosisque ornatum incedere vestibus. *Cal.* Quas tu vestes mihi narras? *So.* At forsitan in calceis oportet eum plus accipere, qui in eis prudentior sit, & melior: ac forsitan ipse coriarius maximos pluresque habere debet calceos, multosque suis pedibus circumferre. *Cal.* De quibus calceis nunc deliras? *So.* Quod si non talia, saltem eiusmodi quaedam dicis, ceu virum in colendis agris pruden-

σπερμάτων, καὶ ὡς πλείῳ σπέρματι χρῆσθαι εἰς τὴν αὐτοῦ γῆν. ΚΑΛ. Ὡς ἀεὶ ταυτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. ΚΑΛ.
p. Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας
491 καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύῃ, ὡς περὶ τού-
a. των ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ ἐρεῖς περὶ τίνων ὁ κρειττων τε καὶ φρονιμώτερος πλέον ἔχων, δικαίως πλεονεκτεῖ; ἢ οὔτε ἐμοῦ ὑποβάλλεντος ἀνέξῃ, οὔτ' αὐτὸς ἐρεῖς; ΚΑΛ. Ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω, πρῶτον μὲν, τοὺς κρείττους οἵ εἰσιν, οὐ σκυτοτόμους λέγω, οὐδὲ μαγείρους,
b. ἀλλ' οἳ ἂν εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα φρόνιμοι ὦσιν, ὅντινα ἄν τρόπον εὖ οἰκοῖτο, καὶ μὴ μόνον φρόνιμοι, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι, ἱκανοὶ ὄντες ἃ ἂν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἀποκάμωσι διὰ μαλακίαν τῆς ψυχῆς. ΣΩ. Ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις, ὡς οὐ ταυτὰ σύ τ' ἐμοῦ κατηγορεῖς καὶ ἐγὼ σοῦ. σὺ μὲν γὰρ ἐμὲ φῂς ἀεὶ ταυτὰ λέγειν, καὶ μέμφῃ μοι· ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταυτὰ λέγεις περὶ τῶν
c. αὐτῶν· ἀλλὰ ποτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, τοὺς

tem, honeſtumque & bonum, debere plus reportare ſeminis, plurimoque in ſuis agris uti. *Cal.* Quam ſemper eadem dicis, o Socrates! *So.* Non ſolum eadem, Callicles, ſed eisdem quoque de rebus. *Cal.* Per deos, ſemper tu cerdones, coriarios, fullones, coquos, medicos habes in ore, quaſi de his inſtituta nobis diſputatio fuerit. *So.* Nonne ergo ipſe dices aliquando, quibus in rebus potentior atque prudentior iuſte poſſidere plus debeat? vel neque me permittes dicere, neque ipſe dices? *Cal.* At ego id iamdiu dico: primo quidem qui potentiores ſint. non enim cerdones dico, neque coquos, ſed eos qui in adminiſtranda republica ſint prudentes: neque prudentes ſolum, verum etiam fortes, qui ad ea quae excogitaverunt perficienda aptiſſimi ſint, neque animi mollitie ulla ſuccumbant. *So.* Advertisne, Callicles, non de eisdem me a te, neque viciſſim te a me accuſari? tu quidem me accuſas, quaſi ſemper eadem repetam: ego vero te contra, tanquam de rebus eisdem

ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους· νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, εἰπὼν ἀπαλλάγηθι τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, καὶ εἰς ὅ, τι. ΚΑΛ. Ἀλλ' εἴρηκά γε ἔγωγε τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀνδρείους. τούτοις γὰρ προσήκει τῶν πόλεων ἄρχειν· καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ, πλέον ἔχειν τούτους d. τῶν ἄλλων, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων. ΣΩ. Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἢ τί ἄρχοντας, ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ἕνα ἕκαστον λέγω, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχοντα· ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δὲ ἄλλων; ΚΑΛ. Πῶς ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις; ΣΩ. Οὐδὲν ποικίλον· ἀλλ' ὥσπερ οἱ πολλοὶ, σώφρονα ὄντα, καὶ ἐγκρατῆ αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ. e. ΚΑΛ. Ὡς ἡδὺς εἶ. τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη ὅτι οὐ τοῦτο λέγω. ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαί-

nunquam eadem afferentem. si quidem alias meliores atque potentiores esse definis validiores, alias autem prudentiores. Nunc praeterea aliud quiddam affers. fortiores enim nunc quidam abs te potentiores melioresque nominantur. Verum age, o bone, tandem explica, quos potissimum & ad quid meliores potentioresque dicas. *Cal.* Iam dixi, prudentes videlicet in rebus publicis atque fortes. hos enim decet civitatibus imperare: idque iustum est, ut plus aliis habeant, dominantes videlicet subiectis. *So.* Quid vero? sibine ipsis ulla ratione dominari, sive parere decet? *Cal.* Quemadmodum dicis? *So.* Dico, num sibi quisque debeat imperare: an nihil opus sit, ut sibi quidem imperet, sed aliis dumtaxat. *Cal.* Quomodo sibimet imperare dicis? *So.* Nihil obscurum dico, sed quemadmodum dicunt multi, temperatum, & sui ipsius compotem, voluptatibus suis cupiditatibusque dominantem. *Cal.* Quam festivus es, Socrates! stupidos homines nominas temperatos. *So.* Quid ais? nemo est, quin norit me id minime dicere. *Cal.*

μὰν γένοιτο ἄνθρωπος δουλεύων ὁτῳοῦν; ἀλλὰ τοῦτ' ἔστὶ τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, ὃ ἐγώ σοι νῦν παῤῥησιαζόμενος λέγω· ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς βιωσόμενον, τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι, καὶ μὴ κολάζειν· τούτοις
p. δὲ ὡς μεγίσταις οὔσαις ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν δι' ἀνδρείαν καὶ
492 φρόνησιν, καὶ ἀποπιμπλάναι ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία γίγνηται.
a. ἀλλὰ τοῦτ' οἶμαι τοῖς πολλοῖς οὐ δυνατόν. ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους, δι' αἰσχύνην ἀποκρυπτόμενοι τὴν αὑτῶν ἀδυναμίαν· καὶ αἰσχρὸν δὴ φασὶν εἶναι τὴν ἀκολασίαν, ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐγὼ ἔλεγον· δουλούμενοι τοὺς βελτίους τὴν φύσιν ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὶ ἐκπορίζεσθαι οὐ δυναμένοι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν, ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιο-
b. σύνην, διὰ τὴν αὑτῶν ἀνανδρίαν. ἐπείγε οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν, ἢ βασιλέαν υἱέσιν εἶναι, ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς ἐκπορίσασθαι ἀρχήν τινα, ἢ τυραννίδα, ἢ δυναστείαν, τί τῇ ἀληθείᾳ αἰσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις; οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, μηδενὸς ἐμποδὼν

Immo valde quidem, o Socrates. nam quomodo beatus esse potest qui alicui serviat? Ceterum hoc est natura iustum atque pulchrum, quod tibi nunc audacter dico, oportere illum qui recte vitam acturus sit, permittere cupiditates suas summopere augeri, nec eas ullo modo cohibere: atque his quam maximis quidquid petunt subministrare ob fortitudinem atque prudentiam, & quemlibet earum affectum prorsus explere. Quod quidem quia multi consequi nequeunt, eos vituperant qui id assequuntur, ob verecundiam suam impotentiam absconden-tes: feruntque intemperantiam esse turpem, quemadmodum in superioribus ipse dicebam. praeterea in servilem habitum deducunt melioris naturae homines: ipsique cum libidines suas explere nequeant, temperantiam atque iustitiam probant propter ignaviam. Verum si his a principio contigisset, ut vel regum essent filii, vel ipsis natura sufficeret ad imperium, aut tyrannidem, aut potestatem aliquam sibi comparandam, profecto turpius peiusque esset, ut huiusmodi temperantia uteren-

ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο, τὸν τῶν πολ- b.
λῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον; ἢ πῶς οὐκ ἂν
ἄθλιοι γεγονότες εἴησαν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης c.
καὶ τῆς σωφροσύνης, μηδὲν πλέον νέμοντες τοῖς φίλοις τοῖς
αὐτῶν, ἢ τοῖς ἐχθροῖς; καὶ ταῦτα, ἄρχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν
πόλει; ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, ὦ Σώκρατες, ἣν σὺ φῂς διώκειν,
ὧδ' ἔχει· τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν
ἔχῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία· τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ'
ἐστὶ τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἀνθρώ- d.
πων φλυαρία, καὶ οὐδενὸς ἄξια. ΣΩ. Οὐκ ἀγεννῶς γέ, ὦ
Καλλίκλεις, ἐπεξέρχῃ τῷ λόγῳ παῤῥησιαζόμενος. σαφῶς
γὰρ σὺ νῦν λέγεις ἃ οἱ ἄλλοι διανοοῦνται μὲν, λέγειν δὲ οὐκ
ἐθέλουσι. δέομαι οὖν ἐγώ σου μηδενὶ τρόπῳ ἀνεῖναι ἵνα τῷ
ὄντι κατάδηλον γένηται πῶς βιωτέον. καί μοι λέγε· τὰς μὲν
ἐπιθυμίας φῂς οὐ κολαστέον; εἰ μέλλει τις οἷον δεῖ εἶναι; ἐῶν-
τα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας, πλήρωσιν αὐταῖς ἄλλοθέν γε ποθὲν
ἑτοιμάζειν; καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἀρετήν; ΚΑΛ. Φημὶ ταῦτα e.

tur: qui cum liceret ipsis frui bonis, nec impedirentur ab ullo, ipsi sibi dominam praefecerint multitudinis legem, sermonemque, & vituperationem. Quo enim modo non miseri sint? siquidem propter quandam iustitiae, temperantiaeque honestatem, nihil plus amicis quam inimicis tribuerent, etiam dum in civitate sua dominarentur. Ceterum, o Socrates, veritas ipsa quam te sequi affirmas, ita se habet: luxuria, intemperantia, libertas, modo facultas suppetat, virtus est atque felicitas. cetera vero isthaec specioſa praeter naturam adinventa, hominum deliramenta sunt, & nugae penitus contemnendae. *So.* Non ingeneroſe, o Callicles, audacia usus in disputando procedis. sane aperte nunc ea dicta sunt abs te, quae alii cogitant quidem, dicere tamen nolunt. quamobrem te, ut nullo modo desistas, obsecro, ut revera certiores efficiamur, qua sit ratione vivendum. Dic ergo mihi, cupiditates ais non esse coërcendas, si quis optet esse talis, qualem oportet esse? immo permittendum, illas summopere augeri: atque earum expletio-

ἐγώ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι, εὐδαίμονες εἶναι. ΚΑΛ. Οἱ λίθοι γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ οἱ νεκροί, εὐδαιμονέστατοι εἶεν. ΣΩ. Ἀλλὰ μὲν δή, καὶ ὡς γε σὺ λέγεις, δεινὸς ὁ βίος. οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων, Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνᾶμεν.
p. ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς
493 τεθνᾶμεν· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔστιν ἡμῶν σῆμα· τῆς δὲ ψυχῆς
a. τοῦτο ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω. καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικὸς, παράγων τῷ ὀνόματι, διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν, ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους, ἀμυήτους. τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυ-
b. χῆς οὗ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανὸν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας. τοὐναντίον δὴ οὗτός σοι, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται ὡς τῶν ἐν ᾅδου

nem aliunde comparandam? idque ais esse virtutem? *Cal.* Aio equidem. *So.* Si ita esset, non recte dicerentur beati, qui nullius indigeant. *Cal.* Alioquin lapides & mortui felicissimi forent. *So.* Verumtamen & illa, quam tu dicis, gravis est vita. neque admirarer, si ea de re verum Euripidis dictum esset, *Quis novit, utrum vivere quidem mori sit, mori autem vivere?* & nunc forte revera mortui sumus. audivi iam equidem a sapiente quodam, nos nunc mortuos esse, corpusque nostrum sepulchrum esse nobis: partemque illam animae, in qua cupiditates sunt, perinde se habere, ac si persuadendo vicissimque dissuadendo, sursum deorsumque agitetur. Itaque elegans quidam vir, Siculus fortasse vel Italus, in his confabulatus, hanc animi partem, propter suasionem credulitatemque lubricam alludens nomini, dolium appellavit: dementes vero, profanos atque damnatos. Horum autem hanc animi partem, quae libidinibus agitatur, tanquam futilem ob incontinentiam inexplebilem, perforatum esse dolium, inquit. Quamobrem hic vir contrarium tibi ostendit: eorum qui apud obscuros sunt infe-

(τὸ ἀειδὲς δὴ λέγων) οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν, οἱ ἀμύητοι, καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει (ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων) τὴν ψυχὴν εἶναι· τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε c.
τὴν τῶν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην σέγειν, δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα· δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι, ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι μεταθέσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν κοσμίως καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἑλέσθαι. ἀλλὰ πότερον πείθω τι σέ; καὶ μετατίθεσαι, εὐδαιμονεστέρους εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολά- d.
σων; ἢ οὐδέν; ἀλλ' ἂν καὶ πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ, οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσῃ; ΚΑΛ. Τοῦτ' ἀληθέστερον εἴρηκας, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Φέρε δή, ἄλλην σοι εἰκόνα λέγω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῇ νῦν. σκόπει γὰρ εἰ τοιόνδε λέγεις περὶ τοῦ βίου ἑκατέρου τοῦ τε σώφρονος καὶ τοῦ ἀκολάστου, οἷον εἰ δυοῖν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ πίθοι πολλοὶ εἶεν· καὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ,

ros, eos esse miserrimos, qui tanquam omnino profani damnati sunt, atque aquam in vas perforatum alio etiam perforato vase inferre coguntur. Esse autem hoc aliud vas, sive cribellum, ut dicebat is qui me docuit, dementium animum. quem ideo perforato vasi assimilavit, quod propter diffidentiam oblivionemque nequeat infusum aliquid continere. Videbuntur haec alicui quodammodo mira: demonstrant tamen quod volo, si qua ratione valeam persuadere tibi, ut pro inexplebili & incontinenti vitam moderatam, praesentibusque semper contentam rebus, eligas. Sed utrum per haec tibi aliquid persuadeo, ut mutata sententia beatiores qui temperate vivant, quam qui intemperate, putes? an nihil etiam proficio? atque licet multa simili ratione confabuler, nihilo magis es sententiam mutaturus? *Cal.* Hoc, o Socrates, verius subiunxisti. *So.* Agedum, tibi similitudinem aliquam ex eodem gymnasio adducam. Attende, utrum perinde de utriusque vita, temperati scilicet atque intemperati statuas, ac de duobus qui multa haberent vasa:

e. ὑγιεῖς, καὶ πλήρεις, ὁ μὲν, οἴνου, ὁ δὲ, μέλιτος, ὁ δὲ, γάλακτος· καὶ ἄλλοι πολλοὶ, πολλῶν. νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου τούτων εἴη, καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἐκποριζόμενα. ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσάμενος, μήτ' ἐποχετεύοι, μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἔχοι· τῷ δ' ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὥσπερ καὶ ἐκείνῳ, δυνατὰ μὲν πορίζεσθαι, χαλεπὰ δέ· τὰ δ' ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρά· καὶ ἀναγκάζοιτο ἀεὶ νύκτα καὶ ἡμέραν πιμπλάναι αὐ-
p. τὰ, ἢ τὰς ἐσχάτας λυποῖτο λύπας. ἆρα τοιούτου ἑκατέρου
494 ὄντος τοῦ βίου, λέγεις τὸν τοῦ ἀκολάστου εὐδαιμονέστερον εἶναι
a. ἢ τὸν τοῦ κοσμίου; πείθω τι σε, ταῦτα λέγων, συγχωρῆσαι τὸν κόσμιον βίον τοῦ ἀκολάστου ἀμείνω εἶναι; ἢ οὐ πείθω;

ΚΑΛ. Οὐ πείθεις, ὦ Σώκρατες. τῷ μὲν γὰρ πληρωσαμένῳ ἐκείνῳ οὐκ ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία· ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τὸ, ὥσπερ λίθον ζῆν, ἐπειδὰν πληρώσηται, μήτε χαί-
b. ροντα ἔτι, μήτε λυπούμενον. ἀλλ' ἐν τούτῳ ἐστὶ τὸ ἡδέως ζῆν, ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιῤῥεῖν. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνάγκη γ' ἂν πολὺ

& alter quidem integra atque plena, partim vini, partim mellis, partim lactis, aliaque similiter aliorum: sint vero singuli hi liquores rari quidem, & inventu difficiles, multisque & gravibus laboribus comparati. Is ergo cui plena sunt vasa, nihil superinfundere omnino curet: sed quantum ad haec attinet, quietem agat. Alteri vero liquores sint quemadmodum alteri, qui comparari quidem, sed tamen cum difficultate possint: vasa vero perforata atque fracta, ut die noctuque continue illa implere cogatur, aut extremis molestiis agitetur. Itane, cum talis sit utriusque vita, intemperati vitam beatiorem esse ais quam temperati? An persuadeo tibi his verbis, ut vitam hominis moderati meliorem esse immoderati concedas? vel nondum persuadeo? *Cal.* Nequaquam, o Socrates. Nam, illi cui plena sunt omnia, nulla amplius est voluptas: sed, quemadmodum modo dicebam, quasi lapis vivit, postquam semel impleverit; neque voluptatem sentit amplius, neque molestiam. dulcedo autem vitae in multa continuaque infusione consistit.

ἐπιῤῥέῃ, πολὺ καὶ τὸ ἀπιὸν εἶναι; καὶ μεγάλ' ἄττα τὰ τρήματα εἶναι ταῖς ἐκροαῖς; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ, οὐδὲ λίθου. καί μοι λέγε, τὸ τοιόνδε λέγεις οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Καὶ διψῆν γε, καὶ διψῶντα πίνειν; ΚΑΛ. Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας c. ἔχοντα, καὶ δυνάμενον πληροῦν, χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν. ΣΩ. Εὖγε, ὦ βέλτιστε· διατέλει γὰρ ὥσπερ ἤρξω, καὶ ὅπως μὴ ἀπαισχυνῇ. δεῖ δὲ, ὡς ἔοικε, μηδ' ἐμὲ ἀπαισχυνθῆναι. καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ εἰ καὶ ψωριῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνᾶσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον, εὐδαιμόνως ἐξὶ ζῆν. ΚΑΛ. Ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀτεχνῶς δημηγόρος. ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον d. μὲν καὶ Γοργίαν καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα. σὺ δὲ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς, οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς· (ἀνδρεῖος γὰρ εἶ) ἀλλ' ἀποκρίνου μόνον. ΚΑΛ. Φημὶ τοίνυν καὶ τὸν κνώμενον, ἡδέως ἂν βιῶναι. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰπερ ἡδέως, καὶ εὐδαιμόνως.

So. An non neceſſe eſt, ſi multum influat, multum viciſſim effluere? lataque effluxui patere foramina? *Cal.* Prorſus. *So.* Charadrii avis vitam quandam tu dicis; non autem mortui, aut lapidis. Atque mihi reſponde, num tale aliquid dicis, velut eſurire, atque eſurientem comedere? *Cal.* Dico equidem. *So.* Et ſitire, ſitientemque bibere? *Cal.* Dico equidem: atque reliquis ſimiliter cupiditatibus affectum eſſe, explereque eas poſſe cum voluptate, beatam eſſe vitam affirmo. *So.* Euge, virorum optime, perge, ut coepiſti; nec te pudeat. oportet autem, ut videtur, me quoque pudore non detineri. Ac primum mihi dicas, utrum ſcabioſum, qui ſeſe fricet, idque continue facere queat, beate vivere putandum ſit. *Cal.* Quam ineptus es, o Socrates, ac revera vulgaris concionator! *So.* Profecto, o Callicles, Polum quidem & Gorgiam conterrui, & erubeſcere feci. Tu vero cave ne terrearis, neque pudore impediaris. fortis namque es. ſed dumtaxat reſponde. *Cal.* Dico utique, fricantem quoque voluptuoſe vivere. *So.* Nonne ſi vo-

ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Πότερον εἰ τὴν κεφαλὴν μόνον κνήσαιτο, ἢ ἔτι τι, σὲ ἐρωτῶ. ὅρα, ὦ Καλλίκλεις, τί ἀποκρινῇ, ἐάν τις σὲ τὰ ἐχόμενα τούτοις ἐφεξῆς ἅπαντα ἐρωτᾷ. καὶ τούτων τοιούτων ὄντων, κεφάλαιον, ὁ τῶν κιναίδων βίος οὗτος, οὐ δεινὸς καὶ αἰσχρὸς καὶ ἄθλιος; ἢ καὶ τούτους τολμήσεις λέγειν εὐδαίμονας εἶναι, ἐὰν ἀφθόνως ἔχωσιν ὧν δέονται; ΚΑΛ. Οὐκ αἰσχύνῃ εἰς τοιαῦτα ἄγων τοὺς λόγους, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἡ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε; ἢ ἐκεῖνος ὃς ἂν φῇ ἀναιδῆ οὕτω, τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρωσιν, εὐδαίμονας εἶναι; καὶ μὴ διορίζηται, τῶν ἡδονῶν ποῖαι αἱ ἀγαθαὶ καὶ κακαί; ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν λέγε, Πότερον φὴς εἶναι τὸ αὐτὸ ἡδὺ καὶ ἀγαθόν; ἢ εἶναί τι τῶν ἡδέων ὃ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν; ΚΑΛ. Ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ἐὰν ἕτερον φήσω εἶναι, τὸ αὐτὸ ἐμοὶ εἶναι. ΣΩ. Διαφθείρεις, ὦ Καλλίκλεις, τοὺς πρώτους λόγους, καὶ οὐκ ἂν ἔτι μετ' ἐμοῦ ἱκανῶς τὰ ὄντα ἐξετάζοις, εἴπερ παρὰ τὰ δοκοῦντα σαυτῷ ἐρεῖς. ΚΑΛ. Καὶ γὰρ σύ, ὦ Σώκρατες.

e. 95 a. p.

luptuose, etiam beate? *Cal.* Procul dubio. *So.* Utrum si caput dumtaxat fricet, vel amplius aliquid, a te quaero. Vide quid respondeas, Callicles, si quis te deinceps quae consequuntur interroget. atque his quasi capitibus concessis, cinaedorum istorum vita nequaquam gravis, turpis, infelix, dicenda erit. an ipse audebis eos beatos dicere, si ad votum his, quae cupiunt, potiantur? *Cal.* An non te pudet, o Socrates, ad ista sermonem deducere? *So.* Egone, o generose vir, deduco? an ille potius, qui adeo impudenter asserit eos qui oblectantur, quocunque modo oblectentur, esse beatos; neque distinguit quae voluptatum bonae sint, & quae malae? Verum nunc saltem dic, Utrum idem esse asseris voluptatem atque bonum? an esse aliquid voluptarium quod non sit bonum? *Cal.* Ut ne mihi consentiens sit sermo, si aliud esse dixero, idem esse asseram. *So.* Pervertis, o Callicles, illa quae prius dicta sunt, nec amplius idoneus es ad illa quae perscrutamur investiganda, si quidem aliter quam tibi videtur es responsurus. *Cal.* Enimvero

ΣΩ. Οὐ τοίνυν ὀρθῶς ποιῶ οὔτ' ἐγὼ, εἴπερ ποιῶ τοῦτο, οὔτε b.
σύ. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄθρει μὴ οὐ τοῦτο ἦ τὸ ἀγαθὸν, τὸ
πάντως χαίρειν· ταῦτά τε γὰρ τὰ νῦν δὴ αἰνιχθέντα, πολ-
λὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται συμβαίνοντα, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει,
καὶ ἄλλα πολλά. ΚΑΛ. Ὡς σύ γε οἴει, ὦ Σώκρατες. ΣΩ.
Σὺ δὲ τῷ ὄντι, ὦ Καλλίκλεις, ταῦτα ἰσχυρίζῃ; ΚΑΛ.
Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐπιχειρῶμεν ἄρα τῷ λόγῳ ὡς σοῦ σπουδάζον-
τος; ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα. ΣΩ. Ἴθι δή μοι, ἐπειδή σοι c.
οὕτω δοκεῖ, διελοῦ τάδε. ἐπιςήμην καλεῖς τι; ΚΑΛ. Ἔγωγε.
ΣΩ. Οὐ καὶ ἀνδρίαν νῦν δὴ ἔλεγες τινὰ εἶναι μετὰ ἐπιςή-
μης; ΚΑΛ. Ἔλεγον γάρ. ΣΩ. Ἄλλό τι οὖν ὡς ἕτερον τὴν
ἀνδρίαν τῆς ἐπιςήμης δύο ταῦτα ἔλεγες; ΚΑΛ. Σφόδρα γε.
ΣΩ. Τί δέ; ἡδονὴν καὶ ἐπιςήμην, ταυτὸν, ἢ ἕτερον; ΚΑΛ.
Ἕτερον δή που, ὦ σοφώτατε σύ. ΣΩ. Ἦ καὶ ἀνδρίαν ἑτέραν d.
ἡδονῆς; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Φέρε δὴ ὅπως μεμνησό-
μεθα ταῦτα, ὅτι Καλλικλῆς ἔφη ὁ Ἀχαρνεὺς, ἡδὺ μὲν καὶ
ἀγαθὸν, ταυτὸν εἶναι· ἐπιςήμην δὲ καὶ ἀνδρίαν, καὶ ἀλλή-

tu quoque, Socrates. *So* Atqui neque ego recte facio, si id facio, neque tu. Sed, o beate, vide ne non hoc sit bonum, Omnino gaudere. alioquin quae nunc subducta sunt, multa & turpia, atque alia insuper quamplurima evenire videntur, si hoc ita se habeat. *Cal.* Ut tu quidem putas, o Socrates. *So.* Tu autem revera haec affirmas? *Cal.* Affirmo equidem. *So.* Vis ergo quasi te serio loquente, disputationem aggrediamur? *Cal.* Volo certe. *So.* Age iam, cum huiusmodi sententiae sis, distincte ad haec mihi responde. Vocasne aliquid scientiam? *Cal.* Voco. *So.* Nonne fortitudinem quandam paulo ante cum scientia esse dicebas? *Cal.* Dicebam sane. *So.* Numquid aliud fortitudinem, quam scientiam, quasi duo haec sint, dicebas esse? *Cal.* Maxime. *So.* Voluptatem vero atque scientiam, idemne an aliud esse? *Cal.* Aliud, sapientissime vir, dicebam. *So.* Num & fortitudinem a voluptate differre? *Cal.* Quidni? *So.* Age itaque, ut haec meminerimus, Callicles quidem Acharneus voluptatem bonumque idem esse dixit: sed scientiam & fortitudinem

λων καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕτερον· Σωκράτης δέ γε ἡμῖν ὁ Ἀλω-
πεκῆθεν οὐχ ὁμολογεῖ ταῦτα, ἢ ὁμολογεῖ; ΚΑΛ. Οὐχ
ὁμολογεῖ. ΣΩ. Οἶμαι δέ γε οὐδὲ Καλλικλῆς, ὅταν αὐτὸς
e. αὐτὸν θεάσηται ὀρθῶς. εἰπὲ γάρ μοι, τοὺς εὖ πράττοντας
τοῖς κακῶς πράττουσιν οὐ τοὐναντίον ἡγῇ πάθος πεπονθέναι;
ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν, εἴπερ ἐναντία ἐστὶ ταῦτα ἀλ-
λήλοις, ἀναγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὥσπερ περὶ ὑγιείας ἔχει
καὶ νόσου. οὐ γὰρ ἅμα δή που ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ὁ ἄνθρω-
πος, οὐδὲ ἅμα ἀπαλλάττεται ὑγιείας τε καὶ νόσου. ΚΑΛ.
Πῶς λέγεις; ΣΩ. Οἷον περὶ ὅτου βούλει τοῦ σώματος ἀπο-
p. λαβὼν σκόπει. νοσεῖ που ἄνθρωπος ὀφθαλμοὺς ᾧ ὄνομα ὀφ-
496 θαλμία; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐ δή που καὶ ὑγιαίνει
a. γε ἅμα τοὺς αὐτούς; ΚΑΛ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. ΣΩ. Τί δέ;
ὅταν τῆς ὀφθαλμίας ἀπαλλάττηται, ἆρα τότε καὶ τῆς
ὑγιείας ἀπαλλάττεται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τελευτῶν ἅμα
ἀμφοτέρων ἀπήλλακται; ΚΑΛ. Ἧκιστά γε. ΣΩ. Θαυμά-
σιον γὰρ, οἶμαι, καὶ ἄλογον γίγνεται. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Σφό-
b. δρα γε. ΣΩ. Ἀλλ' ἐν μέρει, οἶμαι, ἑκάτερον καὶ λαμβάνει

tum inter se, tum a bono differre. Socrates autem Alopecetes ista conceditne, an non? *Cal.* Non concedit. *So.* Arbitror autem, neque Calliclem talia concessurum, ubi se ipsum recte consideraverit. dic mihi enim, felices & infelices nonne contrario modo affici putas? *Cal.* Puto equidem. *So.* An non si contraria haec eorumque affectiones invicem sunt, necesse est ea ita se habere, quemadmodum sanitas atque morbus? non enim aliquis sanus simul est atque aegrotat: neque simul cessat sanitas atque morbus. *Cal.* Quo pacto dicis? *So.* Assumto toto, si vis, corpore ita considera. Aegrotantne alicuius oculi eo morbo, qui ophthalmia nominatur? *Cal.* Esto. *So.* Numquid simul sani sunt? *Cal.* Non. *So.* Quando vero eo morbo quis liberatur, numquid tunc sanitas oculorum cessat? & tandem morbus simul sanitasque discedunt? *Cal.* Minime. *So.* Mirum namque, ut arbitror, absurdumque id foret. *Cal.* Nimium quidem. *So.* Sed, ut puto, vicissim capit, & amittit utrumque. *Cal.*

καὶ ἀπολύει; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἰσχὺν καὶ ἀσθένειαν ὡσαύτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἦ καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τἀναντία τούτων, κακά τε καὶ ἀθλιότητα, ἐν μέρει λαμβάνει, καὶ ἐν μέρει ἀπαλλάττεται ἑκατέρου; ΚΑΛ. Πάντως δή που. ΣΩ. Ἐὰν εὕρωμεν ἄρα ἄττα, ὧν ἅμα τε ἀπαλλάττεται ἄνθρωπος καὶ ἅμα ἔχει, δηλονότι c. ταῦτά γε οὐκ ἂν εἴη τό, τε ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὁμολογοῦμεν ταῦτα; καὶ εὖ μάλα σκεψάμενος ἀποκρίνου. ΚΑΛ. Ἀλλ' ὑπερφυῶς ὁμολογῶ. ΣΩ. Ἴθι δὴ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν ὡμολογημένα. τὸ πεινῆν ἔλεγες πότερον ἡδὺ ἢ ἀνιαρὸν εἶναι; αὐτὸ λέγω τὸ πεινῆν. ΚΑΛ. Ἀνιαρὸν ἔγωγε. ΣΩ. Τὸ μέν τοι πεινῶντα ἐσθίειν, ἡδύ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Μανθάνω· ἀλλ' οὖν τό γε πεινῆν αὐτὸ, ἀνιαρὸν, ἢ οὐχί; ΚΑΛ. Φημί. d. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ διψῆν; ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Πότερον οὖν ἔτι πλείω ἐρωτῶ; ἢ ὁμολογεῖς ἅπασαν ἔνδειαν καὶ ἐπιθυμίαν ἀνιαρὸν εἶναι; ΚΑΛ. Ὁμολογῶ· ἀλλὰ μὴ ἐρώτα.

Assentior. *So.* Robur quoque imbecillitatemque similiter. *Cal.* Certe similiter. *So.* Velocitatem rursus, & tarditatem. *Cal.* Certe. *So.* Nonne & bona felicitatemque, & horum contraria, mala videlicet atque miseriam, per vices accipit utraque, & per vices amittit? *Cal.* Omnino. *So.* Si qua ergo reperiamus, a quibus aliquis liberatur simul, & quae simul habet, nimirum haec non ita se habent, ut alterum quidem eorum bonum sit, alterum vero malum. haecne confitemur? quid responsurus sis, considera diligenter. *Cal.* Fateor procul dubio. *So.* Age itaque, ad illa quae prius concessimus revertamur. Esurire, voluptarium dixisti esse, an molestum? de fame ipsa interrogo. *Cal.* Molestum equidem. *So.* Tamen esurientem comedere, voluptarium? *Cal.* Affirmo. *So.* Intelligo. at vero fames ipsa molesta est, an non? *Cal.* Molesta. *So.* Nonne & sitis? *Cal.* Vehementer. *So.* Utrum ergo amplius a me quaeri vis? an confiteris indigentiam omnem atque cupiditatem, doloris esse participem? *Cal.* Confiteor. ne ultra quaeras. *So.* Esto. Sitientem vero

ΣΩ. Εἶεν. διψῶντα δὲ δὴ πίνειν, ἄλλό τι ἢ ἡδὺ φὴς εἶναι;
ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτου οὗ λέγεις, τὸ μὲν διψῶντα, λυπούμενον δή που ἐστί; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τὸ δὲ
e. πίνειν, πλήρωσίς τε τῆς ἐνδείας καὶ ἡδονή; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν κατὰ τὸ πίνειν, χαίρειν λέγεις; ΚΑΛ. Μάλιστα. ΣΩ. Διψῶντά γε, φὴς λυπούμενον; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Αἰσθάνῃ οὖν τὸ συμβαῖνον, ὅτι λυπούμενον χαίρειν λέγεις ἅμα, ὅταν διψῶντα πίνειν λέγῃς; ἢ οὐχ ἅμα τοῦτο γίγνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον εἴτε ψυχῆς εἴτε σώματος βούλει; οὐδὲν γὰρ, οἶμαι, διαφέρει. ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; ΚΑΛ.
Ἔστι. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν εὖ γε πράττοντα, κακῶς πράττειν ἅμα
p. ἀδύνατον ἔφης εἶναι. ΚΑΛ. Φημὶ γάρ. ΣΩ. Ἀνιώμενον δέ
497 a. γε χαίρειν δυνατὸν ὡμολόγηκας. ΚΑΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκ ἄρα τὸ χαίρειν, ἐστὶν εὖ πράττειν· οὐδὲ τὸ ἀνιᾶσθαι, κακῶς. ὥστε ἕτερον γίγνεται τὸ ἡδὺ τοῦ ἀγαθοῦ. ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ἄττα σοφίζῃ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οἶσθα, ἀλλὰ ἀκκιζῃ, ὦ Καλλίκλεις. καὶ πρόϊθί γε ἔτι εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὅτι ἔχων λήρεις· ἵνα εἰδῇς ὡς σοφὸς ὢν μὲ νουθετεῖς. οὐχ ἅμα διψῶν

bibere, voluptarium esse dicis? *Cal.* Dico. *So.* Ex hoc ergo quod ais, sitientem quidem esse, doloroſum est. *Cal.* Est. *So.* Bibere vero expletio est indigentiae, atque voluptas. *Cal.* Ita. *So.* Numquid ergo qua ratione bibit, gaudere dicis? *Cal.* Maxime. *So.* Quatenus vero sitit, dolere? *Cal.* Certe. *So.* Sentis igitur, quid sequatur? videlicet te fateri, dolentem gaudere simul, quando sitientem dicis bibere. An non simul id evenit eodem in loco atque tempore, sive animam, sive corpus respicias? nihil enim refert, ut arbitror. Itane est, an aliter? *Cal.* Ita. *So.* Verumtamen felicem esse simul & infelicem, impossibile esse dixisti. *Cal.* Equidem. *So.* At vero dolentem gaudere posse, confessus es. *Cal.* Apparet. *So.* Quapropter gaudere non idem est, atque esse felicem: neque dolere idem, quod infelicem esse. Ideoque aliud voluptas est, quam bonum. *Cal.* Nescio, quid commenteris. *So.* Immo scis, sed fateri non libet: at perge quaeso respondendo: ultro enim deliras: ut quam sa-

τε ἕκαστος ἡμῶν πέπαυται, καὶ ἅμα ἡδόμενος διὰ τοῦ πίνειν; b.
ΚΑΛ. Οὐκ οἶδα ὅ, τι λέγεις. ΓΟΡ. Μηδαμῶς, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλὰ ἀποκρίνου καὶ ἡμῶν ἕνεκα, ἵνα περανθῶσιν οἱ λόγοι. ΚΑΛ. Ἀλλ' ἀεὶ τοιοῦτός ἔστι Σωκράτης, ὦ Γοργία· μικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια ἀνερωτᾷ καὶ ἐξελέγχει. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τί σοι διαφέρει; πάντως οὐ σὴ αὕτη ἡ τιμή, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλ' ὑπόσχες Σωκράτει ἐξελέγξαι ὅπως ἂν βούληται.
ΚΑΛ. Ἐρώτα δὴ σὺ τὰ σμικρά τε καὶ ζενὰ ταῦτα· ἐπείπερ c.
Γοργίᾳ δοκεῖ οὕτως. ΣΩ. Εὐδαίμων εἶ, ὦ Καλλίκλεις, ὅτι τὰ μεγάλα γε μεμύησαι πρὶν τὰ σμικρά· ἐγὼ δ' οὐκ ᾠμην θεμιτὸν εἶναι. ὅθεν οὖν ἀπέλειπες, ἀποκρίνου, εἰ οὐχ ἅμα παύεται διψῶν ἕκαστος ἡμῶν καὶ ἡδόμενος. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πεινῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἅμα παύεται;
ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τῶν λυπῶν καὶ τῶν ἡδονῶν ἅμα παύεται; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τῶν d.
ἀγαθῶν καὶ κακῶν οὐχ ἅμα παύεται, ὡς σὺ ὡμολόγεις· νῦν δὲ οὐχ ὁμολογεῖς; ΚΑΛ. Ἔγωγε. τί οὖν δή; ΣΩ. Ὅτι οὐ

piens sis agnoscas, qui me castigas. Nonne unusquisque nostrum sitire desinit, atque simul gaudere propter potum? *Cal.* Nescio, quid dicas. *Gor.* Nequaquam ita, o Callicles. immo responde nostri gratia, ut disputatio concludatur. *Cal.* At enim semper talis est Socrates, o Gorgia. exigua enim, & nullius momenti perquirit atque redarguit. *Gor.* Quid tua refert? non enim hoc tuum officium est: sed permitte, ut arguat arbitratu suo. *Cal.* Quaere igitur, Socrates, de angustis ac vilibus istis: quando id Gorgiae placet. *So.* Beatus es, o Callicles, qui magna consecutus mysteria sis prius, quam parva. ego vero id fas esse non iudicabam. Sed iam resumens ubi reliquisti, responde. An non simul desinit quis sitire, atque gaudere? *Cal.* Concedo. *So.* Nonne & famescere, aliasque cupiditates habere simul atque voluptates desinit? *Cal.* Ita est. *So.* An non ergo dolores & voluptates simul desinit? *Cal.* Ita. *So.* Verumtamen a bonis & a malis non simul cessat, ut tu modo fatebaris, nunc vero non confiteris? *Cal.* Equidem. sed quid tum? *So.* Nem-

ταυτὰ γίγνεται, ὦ φίλε, τἀγαθὰ τοῖς ἡδέσιν, οὐδὲ τὰ κακὰ
τοῖς ἀνιαροῖς. τῶν μὲν γὰρ ἅμα παύεται, τῶν δὲ, οὔ, ὡς
ἑτέρων ὄντων. πῶς οὖν ταυτὰ ἂν εἴη τὰ ἡδέα τοῖς ἀγαθοῖς,
ἢ τὰ ἀνιαρὰ τοῖς κακοῖσιν; ἐὰν δὲ βούλῃ, καὶ τῇδε ἐπίσκε-
ψαι. οἶμαι γάρ σοι οὐδὲ ταύτῃ ὁμολογεῖσθαι. ἄθρει δή. τοὺς
c. ἀγαθοὺς οὐχὶ ἀγαθῶν παρουσίᾳ ἀγαθοὺς καλεῖς; ὥσπερ
τοὺς καλοὺς οἷς ἂν κάλλος παρῇ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί
δέ, ἀγαθοὺς ἄνδρας καλεῖς ἄφρονας καὶ δειλούς; οὐ γὰρ ἄρ-
τι γε· ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους καὶ φρονίμους ἔλεγες. ἢ οὐ τού-
τους, ἀγαθοὺς καλεῖς; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Τί δέ;
παῖδα ἀνόητον, χαίροντα ἤδη εἶδες; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ.
Ἄνδρα δὲ οὕπω εἶδες ἀνόητον χαίροντα; ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγω-
γε. ἀλλὰ τί τοῦτο; ΣΩ. Οὐδέν· ἀλλ' ἀποκρίνου. ΚΑΛ. Εἶ-
p. δον. ΣΩ. Τί δέ; νοῦν ἔχοντα, λυπούμενον καὶ χαίροντα;
498 a. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Πότεροι δὲ μᾶλλον χαίρουσι καὶ λυποῦν-
ται; οἱ φρόνιμοι, ἢ οἱ ἄφρονες; ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε οὐ πο-

pe non eadem sunt, o amice, bona, & voluptuaria; neque mala eadem, atque molesta. ab his enim quis simul cessat: ab illis vero nequaquam, utpote aliis. quanam igitur ratione voluptaria eadem sint, atque bona? vel molesta eadem, atque mala? Iam vero, si vis, hoc rursus pacto considera. arbitror enim, nec per hunc modum tibi consentiri. attende igitur: Bonos viros nonne bonorum praesentia bonos vocas? quemadmodum pulchros eos, quibus pulchritudo adsit, appellas. *Cal.* Equidem. *So.* Quid vero? bonos viros appellas dementes & timidos? non certe paulo ante; immo fortes prudentesque dicebas. nonne hos ipsos nuncupas bonos? *Cal.* Omnino equidem. *So.* Dementem autem puerum vidisti unquam voluptate perfundi? *Cal.* Vidi. *So.* Virum autem dementem vidisti aliquando affici voluptate? *Cal.* Opinor me vidisse. sed quorsum haec? *So.* Nihil refert. sed respondе. *Cal.* Vidi. *So.* Quid vero? sanae mentis virum dolentem vidisti atque gaudentem? *Cal.* Certe. *So.* Utri vero magis gaudent atque dolent: prudentesne, an imprudentes? *Cal.* Haud multum differre arbi-

λύ τι διαφέρειν. ΣΩ. Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο. ἐν πολέμῳ δὲ ἤδη εἶδες ἄνδρα δειλόν; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τί οὖν; ἀπιόντων τῶν πολεμίων πότεροι σοὶ ἐδόκουν μᾶλλον χαίρειν; οἱ δειλοὶ, ἢ οἱ ἀνδρεῖοι; ΚΑΛ. Ἀμφότεροι ἔμοιγε μᾶλλον· εἰ δὲ μὴ, παραπλησίως γε. ΣΩ. Οὐδὲν διαφέρει. χαίρουσι δ' b. οὖν καὶ οἱ δειλοί; ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Καὶ οἱ ἄφρονες, ὡς ἔοικε. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Προσιόντων δὲ, οἱ δειλοὶ μόνον λυποῦνται; ἢ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι; ΚΑΛ. Ἀμφότεροι. ΣΩ. Ἆρα ὁμοίως; ΚΑΛ. Μᾶλλον ἴσως οἱ δειλοί. ΣΩ. Ἀπιόντων δ' οὐ μᾶλλον χαίρουσιν; ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩ. Οὐκοῦν λυποῦνται μὲν καὶ χαίρουσι καὶ οἱ ἄφρονες καὶ οἱ φρόνιμοι, καὶ οἱ δειλοὶ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι παραπλησίως, ὡς σὺ φῂς· μᾶλλον δὲ οἱ δειλοὶ τῶν ἀνδρείων; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οἵ γε c. φρόνιμοι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι, ἀγαθοί· οἱ δὲ δειλοὶ καὶ ἄφρονες, κακοί; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Παραπλησίως ἄρα χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν παραπλησίως εἰσὶν ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ, οἱ ἀγαθοί τε καὶ κακοί; ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀγαθοὶ, οἱ ἀγαθοὶ, καὶ κακοί εἰσιν

tror. *So.* Satis & istud. In bello autem vidistine unquam virum timidum? *Cal.* Quidni? *So.* Quid vero? cum recederent hostes, utri videbantur tibi magis gaudere: timidine, an fortes? *Cal.* Utrique mihi magis gaudere: vel saltem prope. *So.* Nihil refert. gaudent igitur & timidi? *Cal.* Magnopere. *So.* Et dementes, ut apparet. *Cal.* Et isti. *So.* Cum vero hostes adventant, soline dolent timidi, an etiam fortes? *Cal.* Utrique. *So.* Num similiter? *Cal.* Forte magis timidi. *So.* Abeuntibus autem nonne magis gaudent? *Cal.* Forte. *So.* Non igitur dolent atque gaudent imprudentes atque prudentes, timidique & fortes similiter, ut ipse ais: magis autem timidi, quam fortes? *Cal.* Aio equidem. *So.* Verumtamen prudentes quidem & fortes, boni sunt: timidi vero atque imprudentes, mali. *Cal.* Ita est. *So.* Quamobrem aeque gaudent atque dolent, & boni, & mali. *Cal.* Assentior. *So.* An ergo aeque boni malique sunt hi, qui boni sunt & qui mali? an potius boni dumtaxat, qui boni

d. οἱ κακοί; ΚΑΛ. Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ὅ, τι λέγεις. ΣΩ. Οὐκ οἶσθ' ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς, ἀγαθῶν φὴς παρουσίᾳ εἶναι ἀγαθοὺς, κακοὺς δὲ, κακῶν; τὰ δὲ ἀγαθὰ εἶναι τὰς ἡδονὰς, κακὰ δὲ, τὰς ἀνίας; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν τοῖς χαίρουσι πάρεστι τὰ ἀγαθὰ αἱ ἡδοναὶ, εἴπερ χαίρουσι. ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθῶν παρόντων ἀγαθοί εἰσιν οἱ χαίροντες; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τί δέ; τοῖς ἀνιωμένοις οὐ πάρεστι τὰ κακὰ αἱ λύπαι; ΚΑΛ. Πάρεστι. ΣΩ. Κακῶν δέ
e. γε παρουσίᾳ φὴς σὺ εἶναι κακοὺς τοὺς κακούς. ἢ οὐκέτι φής; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἀγαθοὶ ἄρα, οἳ ἂν χαίρωσι· κακοὶ δὲ, οἳ ἂν ἀνιῶνται; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οἱ μέν γε μᾶλλον, μᾶλλον· οἱ δ' ἧττον, ἧττον· οἱ δὲ παραπλησίως, παραπλησίως. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν φὴς παραπλησίως χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι τοὺς φρονίμους καὶ τοὺς ἄφρονας; καὶ τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς ἀνδρείους; ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς δειλούς; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Συλλόγισαι δὴ κοινῇ μετ' ἐμοῦ τί ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν ὁμολογημένων. καὶ δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς φασὶ καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκο-

sunt; mali vero, qui mali? *Cal.* Per Iovem, nescio quid dicas. *So.* An ignoras dixisse te, bonos bonorum praesentia esse bonos: malos vero, malorum? Bona autem, voluptates esse: mala vero, dolores? *Cal.* Equidem. *So.* Nonne igitur his qui oblectantur adsunt bona, videlicet voluptates? si quidem oblectantur. *Cal.* Quid prohibet? *So.* Num praesentibus bonis boni sunt qui delectantur? *Cal.* Sunt. *So.* Et dolentibus adsunt mala, scilicet ipsi dolores? *Cal.* Adsunt. *So.* Malorum vero copia malos esse dicis qui mali sunt. nonne adhuc dicis? *Cal.* Equidem. *So.* Boni ergo sunt qui gaudent: mali vero qui dolent. *Cal.* Maxime. *So.* Et qui magis, nimirum magis: quive minus, & hi minus: & qui pariter, aeque. *Cal.* Ita. *So.* Numquid ais, ita gaudere atque dolere prudentes ut imprudentes: rursusque timidos atque fortes? an magis etiam timidos? *Cal.* Aio. *So.* Reputa igitur una mecum, quid nobis ex his quae concessa sunt eveniat. Bis enim atque ter, pulchrum esse ferunt, ea

πεῖσθαι. ἀγαθὸν μὲν εἶναι τὸν φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον φαμέν· p.
ἢ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Κακὸν δὲ, τὸν ἄφρονα καὶ δειλόν; 499
ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἀγαθὸν δὲ αὖ τὸν χαίροντα; ΚΑΛ. a.
Ναί. ΣΩ. Κακὸν δὲ, τὸν ἀνιώμενον; ΚΑΛ. Ἀνάγκη.
ΣΩ. Ἀνιᾶσθαι δὲ καὶ χαίρειν τὸν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὁμοίως· ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, τὸν κακόν; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁμοίως γίγνεται κακὸς καὶ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ; ἢ καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς ὁ κακός; φὺ ταῦτα συμβαίνει, καὶ τὰ πρότερα b.
ἐκεῖνα, ἐάν τις ταυτὰ φῇ ἡδέα τε καὶ ἀγαθὰ εἶναι; οὐ ταῦτα ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Πάλαι τι σοῦ ἀκροῶμαι, ὦ Σώκρατες, καθομολογῶν, ἐνθυμούμενος ὅτι κἂν παίζων τὶς σοὶ ἐνδῷ ὁτιοῦν, τούτου ἅσμενος ἕξῃ, ὥσπερ τὰ μειράκια. ὡς δὴ σὺ οἴει ἐμὲ, ἢ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν ἀνθρώπων, οὐχ ἡγεῖσθαι τὰς μὲν, βελτίους ἡδονὰς, τὰς δὲ, χείρους; ΣΩ. Ἰοὺ ἰού, ὦ Καλλίκλεις, ὡς πανοῦργος εἶ· καί μοι ὥσπερ c.
παιδὶ χρῇ· τοτὲ μὲν ταῦτα φάσκων οὕτως ἔχειν, τοτὲ δὲ ἑτέρως· ἐξαπατᾷς με. καίτοι οὐκ ὤμην γε κατ' ἀρχὰς ὑπὸ

quae pulchra ſunt dicere atque conſiderare. Bonum quidem eſſe prudentem fortemque eſſe diximus. nonne? *Cal.* Diximus. *So.* Malum vero, imprudentem & timidum? *Cal.* Prorſus. *So.* Bonum autem rurſus eum, qui gaudeat? *Cal.* Ita. *So.* Malum vero eum, qui doleat? *Cal.* Neceſſe eſt. *So.* Dolere vero atque laetari bonum malumque ſimiliter: forte etiam magis malum? *Cal.* Certe. *So.* Similiter ergo quis bonus ſit & malus bono? vel potius ipſe malus ſit bonus? An non haec, & ſuperiora illa ſequuntur, ſi quis voluptaria eadem eſſe dixerit atque bona? an non neceſſario haec ſequuntur, Callicles? *Cal.* Iamdudum te auſculto, Socrates, tibique concedo, animadvertens, ſi quis vel ioco aliquid tibi dederit, id puerorum more libentius te arripere. Quaſi vero exiſtimare debeas, vel me vel alium quenquam non arbitrari alias voluptates eſſe meliores, alias vero deteriores. *So.* Hui, hui, o Callicles, quam aſtutus es! me quaſi puerum ludis, quandoque in hunc modum rem habere aſſerens, quandoque aliter, & me decipiens. Atqui non

σοῦ ἑκόντος εἶναι ἐξαπατηθήσεσθαι, ὡς ὄντος φίλου· νῦν δὲ ἐψεύσθην· καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ. ἔστι δὲ δή, ὡς ἔοικεν, ὃ νῦν λέγεις, ὅτι ἡδοναί τινες εἰσὶν, αἱ μὲν, ἀγαθαὶ, αἱ δὲ, κακαί. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί.
d. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἀγαθαὶ μὲν, αἱ ὠφέλιμοι· κακαὶ δὲ, αἱ βλαβεραί; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ὠφέλιμοι δέ γε, αἱ ἀγαθόν τι ποιοῦσαι· κακαὶ δὲ, αἱ κακόν τι; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν τὰς τοιάσδε λέγεις; οἷον κατὰ τὸ σῶμα, ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἡδονάς; εἰ ἄρα τούτων αἱ μὲν ὑγίειαν ποιοῦσαι ἐν τῷ σώματι, ἢ ἰσχὺν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀρετὴν τοῦ σώματος, αὗται μὲν ἀγαθαί· αἱ δὲ τἀναντία τού-
e. των, κακαί; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ λύπαι ὡσαύτως, αἱ μὲν χρησταί εἰσιν, αἱ δὲ, πονηραί. ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ αἱρετέον ἐστὶ καὶ πρακτέον; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τὰς δὲ πονηρὰς, οὔ; ΚΑΛ. Δῆλον δή. ΣΩ. Ἕνεκα γάρ που τῶν

arbitrabar ab initio ultro deceptum iri abs te, cum sis amicus. nunc autem nimium me fefelliſti: atque, ut videtur, quemadmodum vetus habet proverbium, neceſſario adducor, ut eo quod adeſt pro viribus bene utar, & quod tu das accipiam. Eſt autem, ni fallor, quod nunc affers, eiusmodi, voluptatum alias quidem bonas eſſe, alias vero malas. numquid? *Cal.* Procul dubio. *So.* Bonae vero nonne quae utiles: malae autem quae noxiae? *Cal.* Ita certe. *So.* Utiles autem quae boni aliquid afferunt: noxiae vero quae mali nonnihil? *Cal.* Aſſentior. *So.* Num igitur tales dicis, velut in corpore quas modo dicebamus, edendi bibendique voluptates? Numquid enim ex his quae valetudinem praeſtant corpori, aut robur, aut aliam quandam corporis virtutem, bonae ſunt: quae contrariae, malae? *Cal.* Prorſus. *So.* Et dolores eodem pacto alii boni ſunt, alii mali? *Cal.* Nihil prohibet. *So.* Bonas quidem voluptates, & dolores bonos eligere oportet, & proſequi. *Cal.* Prorſus. *So.* Contra vero nequaquam. *Cal.* Manifeſtum eſt.

ἀγαθῶν ἅπαντα ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι, εἰ μνημονεύεις, ἐμοί τε καὶ Πώλῳ. ἆρα καί σοι συνδοκεῖ οὕτω, τέλος εἶναι ἁπασῶν τῶν πράξεων τὸ ἀγαθόν; καὶ ἐκείνου ἕνεκα δεῖν πάντα τἆλλα πράττεσθαι; ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο, τῶν ἄλλων; p. σύμψηφος ἡμῖν εἶ καὶ σὺ ἐκ τρίτων; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. 500 a. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα ἕνεκα δεῖ καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἡδέα πράττειν, ἀλλ' οὐ τἀγαθὰ, τῶν ἡδέων. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός ἐστιν, ἐκλέξασθαι ποῖα ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶ, καὶ ὁποῖα κακά; ἢ τεχνικοῦ δεῖ εἰς ἕκαστον; ΚΑΛ. Τεχνικοῦ. ΣΩ. Ἀναμνησθῶμεν δὴ ὧν αὖ ἐγὼ πρὸς Πῶλον καὶ Γοργίαν ἐτύγχανον λέγων. ἔλεγον γάρ, εἰ μνημονεύεις, ὅτι εἶεν παρασκευαὶ, αἱ μὲν, μέχρις ἡδονῆς, αὖ- b. τὸ τοῦτο μόνον παρασκευάζουσαι, ἀγνοοῦσαι δὲ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον· αἱ δὲ, γιγνώσκουσαι ὅ, τι τε ἀγαθὸν καὶ ὅ, τι κακόν. καὶ ἐτίθουν τῶν μὲν περὶ τὰς ἡδονὰς τὴν μαγειρικὴν κατὰ τὸ σῶμα ἐμπειρίαν, ἀλλ' οὐ τέχνην· τῶν δὲ περὶ τὸ ἀγαθὸν, τὴν ἰατρικὴν τέχνην. καὶ πρὸς Φιλίου, ὦ

So. Nempe bonorum gratia agenda esse omnia ego & Polus consensimus. an meministi? & tibi similiter videtur hic esse finis omnium actionum, ipsum scilicet bonum? eiusque gratia cetera omnia facienda, non autem ipsum gratia reliquorum? An tertius in hanc sententiam nobis accedis? *Cal.* Equidem. *So.* Quamobrem bonorum gratia oportet & alia, & voluptates sequi: non autem bona gratia voluptatum. *Cal.* Prorsus. *So.* An ergo cuiusque viri est eligere, quaenam ex rebus quae delectant bonae sunt, quaeve malae? an potius artificiosi viri opus est utrumque? *Cal.* Artificiosi. *So.* Recordemur ergo illorum, quae ad Polum Gorgiamque dixi. nam, si meministi, esse facultates quasdam praeparatrices dicebam: alias quidem usque ad voluptatem dumtaxat, quid melius deteriusve sit ignorantes: alias vero quid bonum malumve sit cognoscentes. Ponebam praeterea, earum quae circa voluptates versantur, coquinariam, circa corpus peritiam, sed non artem: earum vero, quae ad bonum intendunt, medendi artem. Et per Io-

Καλλίκλεις, μήτε αὐτὸς οἷον δεῖν πρὸς ἐμὲ παίζειν, μηδ' ὅ, τι ἂν τύχοις παρὰ τὰ δοκοῦντα ἀποκρίνου, μήτ' αὐτὰ παρ' ε. ἐμοῦ οὕτως ἀποδέχου ὡς παίζοντος. ὁρᾷς γὰρ ὅτι περὶ τούτου ἡμῖν εἰσὶν οἱ λόγοι· οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, ἢ τοῦτο, ὄντινα χρὴ τρόπον ζῆν; πότερον ἐπὶ ὃν σὺ παρακαλεῖς ἐμὲ, τὰ τοῦ ἀνδρὸς δὴ ταῦτα πράττοντα, λέγοντά τε ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ῥητορικὴν ἀσκοῦντα, καὶ πολιτευόμενον τοῦτον τὸν τρόπον ὃν ὑμεῖς νῦν πολιτεύεσθε; ἢ ἐπὶ τόνδε τὸν βίον τὸν ἐν Φιλοσοφίᾳ; καὶ τί ποτ' ἐστὶν οὗτος ἐκείνου διαφέρων; ἴσως οὖν βέλτιόν ἐστιν, ὡς d. ἄρτι ἐγὼ ἐπεχείρησα, διαιρεῖσθαι· διελομένους δὲ, καὶ ὁμολογήσαντας ἀλλήλοις, εἰ ἔστι τοῦτω διττὼ βίω, σκέψασθαι τί τε διαφέρετον ἀλλήλοιν, καὶ ὁπότερον βιωτέον αὐτοῖν. ἴσως οὖν οὔπω οἶσθα τί λέγω. ΚΑΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφέστερον ἐρῶ. ἐπειδὴ ὡμολογήκαμεν ἐγώ τε καὶ σὺ, εἶναι μέν τι, ἀγαθὸν, εἶναι δέ τι, ἡδὺ, ἕτερον δὲ τὸ ἡδὺ τοῦ ἀγαθοῦ· ἑκατέρου δὲ αὐτοῖν μελέτην τινὰ εἶναι καὶ παρα-

vem amicabilem precor, o Callicles, ne adverſus me ioceris, neque quidquid tibi occurrit reſpondeas: neque etiam rurſus haec a me veluti iocum accipias. Vides enim, ea de re nobis eſſe ſermonem, qua nihil magis noſſe vir ſanae mentis contendat, quemadmodum videlicet ſit vivendum: utrum quemadmodum tu hortaris, illa agendo quae viri dicis eſſe officia, dicentem ad populum, & Rhetoricam exercentem, rem praeterea publicam gubernantem, ceu vos in praeſentia gubernatis: an potius vita ſit haec philoſophica capeſſenda, & qua in re haec vita differt ab illa. Forte vero operae pretium eſt, quemadmodum incoeperam paulo ante, diſtinguere: atque deinde, cum nobis de diſtinctione convenerit, ſi haec duplex vita eſt, conſiderare quid interſit, & qua potius vivendum. Sed fortaſſis nondum quid dicam intelligis. *Cal.* Nondum certe. *So.* At planius dicam. quandoquidem confeſſi uterque ſumus, eſſe quidem aliquid bonum, eſſe quoque aliquid voluptarium; ſed aliud voluptarium eſſe, quam bonum; atque utriuſque

σκευὴν τῆς κτήσεως, τὴν μὲν, τοῦ ἡδέος θήραν, τὴν δὲ, τοῦ
ἀγαθοῦ· αὐτὸ δή μοι τοῦτο πρῶτον ἢ σύμφαθι, ἢ μὴ συμ- e.
φῇς. ΚΑΛ. Οὕτω φημί. ΣΩ. Ἴθι δὴ, ἃ καὶ πρὸς τουτονδὶ
ἐγὼ ἔλεγον διομολόγησαί μοι, εἰ ἄρα σοὶ ἔδοξα τότε ἀληθῆ
λέγειν. ἔλεγον δέ που ὅτι ἡ μὲν ὀψοποιικὴ οὔ μοι δοκεῖ
τέχνη εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρία· ἡ δ' ἰατρικὴ λέγων ὅτι ἡ μὲν
τούτου οὗ θεραπεύει καὶ τὴν φύσιν ἔσκεπται, καὶ τὴν αἰ- p.
τίαν ὧν πράττει, καὶ λόγον ἔχει τούτων ἑκάστου δοῦναι, ἡ 501
ἰατρικὴ· ἡ δ' ἑτέρα, τῆς ἡδονῆς, πρὸς ἣν ἡ θεραπεία αὐτῇ a.
ἐστὶν ἅπασα, κομιδῇ ἀτεχνῶς ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, οὔτέ τι τὴν
φύσιν σκεψαμένη τῆς ἡδονῆς, οὔτε τὴν αἰτίαν· ἀλόγως τε
παντάπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν διαριθμησαμένη τριβὴ
καὶ ἐμπειρία· μνήμη μόνον σωζομένη τοῦ εἰωθότος γίγνε-
σθαι, ᾧ δὴ καὶ πορίζεται τὰς ἡδονάς. ταῦτ' οὖν πρῶτον σκό- b.
πει εἰ δοκεῖ σοι ἱκανῶς λέγεσθαι, καὶ εἶναί τινες καὶ περὶ
ψυχὴν τοιαῦται ἄλλαι πραγματεῖαι· αἱ μὲν, τεχνικαί,

horum ſtudium & praeparationem quandam eſſe ad ea comparanda: alteram videlicet venationem boni, alteram voluptatis. Hoc ipſum primo, antequam ulterius procedam, aſſentiris mihi, necne? *Cal.* Aſſentior. *So.* Age & illa, quae ad hos dicebam, mihi aſſentire, ſi modo vera tunc loqui tibi ſum viſus. Conſtanter vero affirmabam, non videri mihi coquinariam eſſe artem, ſed peritiam quandam: medicinam vero eſſe artem; propterea quod medicinae facultas illius quod curat naturam, & cauſam eorum quae agit expendit, ac horum cuiusque reddere rationem poteſt. Altera vero voluptatis facultas, ad ipſam voluptatem, circa quam totum eius verſatur ſtudium, omnino absque arte procedit, neque voluptatis ipſius naturam conſiderans neque cauſam: temeraria prorſus, ut ita dixerim, neque penſi habens quidquam, ſed uſu quodam atque experientia, & memoria eius quod accidere conſueverit, ſolum freta, voluptates ſtudioſe parat. Haec ergo primum perpende, an ſufficienter tibi dicta videantur, & an praeterea eſſe putes tales quasdam circa animam facultates: alias quidem

προμήθειάν τινα ἔχουσαι τοῦ βελτίστου περὶ τὴν ψυχήν· αἱ δὲ, τούτου μὲν ὀλιγωροῦσαι, ἐσκεμμέναι δ' αὖ, ὥσπερ ἐκεῖ, τὴν ἡδονὴν μόνον τῆς ψυχῆς, τίνα ἂν αὐτὴ τρόπον γίγνοιτο. ἥτις δὲ ἡ βελτίων ἢ χείρων τῶν ἡδονῶν, οὔτε σκοπούμεναι, οὔτε μέλον αὐταῖς ἄλλο ἢ χαρίζεσθαι μόνον, εἴτε
c. βέλτιον, εἴτε χεῖρον. ἐμοὶ μὲν γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, δοκοῦσί τε εἶναι· καὶ ἔγωγε φημὶ τὸ τοιοῦτον κολακείαν εἶναι καὶ περὶ σῶμα καὶ περὶ ψυχὴν, καὶ περὶ ἄλλο ὅτου ἄν τις τὴν ἡδονὴν θεραπεύῃ, ἀσκέπτως ἔχων τοῦ ἀμείνονός τε καὶ τοῦ χείρονος. σὺ δὲ δὴ πότερον συγκατατίθεσαι ἡμῖν περὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ἢ ἀντιφῄς; ΚΑΛ. Οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ συγχωρῶ· ἵνα σοὶ καὶ περανθῇ ὁ λόγος, καὶ Γοργίᾳ τῷδε
d. χαρίσωμαι. ΣΩ. Πότερον δὲ περὶ μὲν μίαν ψυχὴν ἐστὶ τοῦτο, περὶ δὲ δύο καὶ πολλὰς οὐκ ἔστιν; ΚΑΛ. Οὔκ· ἀλλὰ καὶ περὶ δύο καὶ περὶ πολλάς. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀθρόαις ἅμα χαρίζεσθαι ἐστὶ, μηδὲν σκοπούμενον τὸ βέλτιστον; ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε. ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν αἵτινές εἰσιν αἱ ἐπιτηδεύσεις

artificiosas, videlicet eius quod sit animae optimum curam gerentes: alias vero id negligentes, dum solum cogitant, quemadmodum & de corpore diximus, quo pacto oblectare animum queant. quae quidem, utrum melior an deterior sit voluptas, minime cogitant: neque aliud quidquam curant, quam ut oblectent, sive melius id sit, sive deterius. Mihi quidem videntur esse tales aliquae facultates, universumque id ministerium adulationem esse duco, tam circa animam, quam circa corpus, & omnino circa aliud quodlibet, cuius voluptatem quis affectat, nulla prorsus melioris deteriorisve adhibita ratione. Tu vero utrum in eandem nobiscum sententiam convenis, an dissentis? *Cal.* Minime quidem: immo consentio, ut tibi quandoque disputatio concludatur, & huic Gorgiae gratificer. *So.* Numquid hoc circa unam quidem est animam, circa vero duas vel plures non est? *Cal.* Non ita: sed & circa duas, & circa multas. *So.* Nonne & multis in unum convenientibus gratificari quis potest, absque ulla eius quod est optimum ra-

αἱ τοῦτο ποιοῦσαι; μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, ἐμοῦ ἐρωτῶντος, ἢ μὲν ἄν σοι δοκῇ τούτων εἶναι, φάθι· ἢ δ' ἂν μὴ, μὴ φάθι. πρῶτον δὲ σκεψώμεθα τὴν αὐλητικήν. οὐ δοκεῖ σοι τοιαύτη e.
τις εἶναι, ὦ Καλλίκλεις; τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν, ἄλλο δ' οὐδὲν φροντίζειν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ αἱ τοιαιδε ἅπασαι, οἷον ἡ κιθαριστικὴ ἡ ἐν τοῖς ἀγῶσι; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τί δέ; ἡ τῶν χορῶν διδασκαλία, καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, οὐ τοιαύτη τις σοὶ καταφαίνεται; ἢ ἡγῇ τι φροντίζειν Κινησίαν τὸν Μέλητος, ὅπως ἐρεῖ τι τοιοῦτον ὅθεν ἂν οἱ ἀκούοντες βελτίους γίγνοιντο; ἢ ὅ, τι μέλλει χαριεῖσθαι τῷ ὄχλῳ τῶν θεατῶν; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ p.
τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, Κινησίου γε πέρι. ΣΩ. Τί δὲ ὁ πατὴρ 502
αὐτοῦ Μέλης; ἢ πρὸς τὸ βέλτιστον βλέπων ἐδόκει σοι κιθαρῳδεῖν; ἢ ἐκεῖνος μὲν οὐδὲ πρὸς τὸ ἥδιστον; ἡνία γὰρ ἄδων τοὺς θεατάς. ἀλλὰ δὴ σκόπει· οὐχὶ ἥ τε κιθαρῳδικὴ δοκεῖ σοι πᾶσα καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, ἡδονῆς χάριν εὑρῆσθαι; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Τί δὲ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυ-

tione? *Cal.* Sic arbitror. *So.* Potesne dicere, quae ſtudia ſint quae hoc efficiant? Immo, ſi vis, me quaerente, eam quidem quae talis tibi videtur, concede eſſe talem: quae vero non talis, nega. Principio tibicinariam conſideremus. an non tibi haec videtur eſſe talis, ut aliud nihil quam aures delectare curet? *Cal.* Mihi quidem. *So.* Num & aliae omnes eiusmodi, qualis citharistica, qua in certaminibus utuntur? *Cal.* Certe. *So.* Quid? doctrina chori, dithyramborumque poëſis, nonne eiusmodi tibi eſſe videtur? an putas, Cineſiam Meletis filium, ut tale aliquid dicat, unde audientes meliores reddantur, ſpectare? vel potius, unde ſpectatorum turbae placere poſſit? *Cal.* Manifeſtum quidem hoc eſt, o Socrates, de Cineſia. *So.* Pater vero eius Meles, an ad id quod optimum eſſet, proſpicere videbatur, cum ad citharam caneret? vel ipſe profecto ne ad voluptatem quidem? nam moleſtus audientibus erat. Verum conſidera, nonne citharoedica facultas omnis, dithyramborumque poëſis, oblectandi gratia tibi videtur inventa? *Cal.* Mihi qui-

b. μαζὴ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις; ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; πότερον ἔξιν αὐτῆς τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδὴ, ὡς σοὶ δοκεῖ, χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς μόνον; ἢ καὶ διαμάχεσθαι, ἐάν τι αὐτοῖς ἡδὺ μὲν ᾖ καὶ κεχαρισμένον, πονηρὸν δὲ, ὅπως τοῦτο μὲν μὴ ἐρεῖ· εἰ δέ τι τυγχάνει ἀηδὲς καὶ ὠφέλιμον, τοῦτο δὲ καὶ λέξει καὶ ᾄσεται, ἐάν τε χαίρωσιν, ἐάν τε μή; ποτέρως σοὶ δοκεῖ παρεσκευάσθαι ἡ τῶν τραγῳδιῶν ποίησις; ΚΑΛ. Δῆλον
c. δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι πρὸς τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ὥρμηται, καὶ τὸ χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς. ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ τοιοῦτον, ὦ Καλλίκλεις, ἔφαμεν νῦν δὴ κολακείαν εἶναι. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Φέρε δὴ, εἴτις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό, τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλό τι ἢ λόγοι γίγνονται τὸ λειπόμενον; ΚΑΛ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Οὐκοῦν πρὸς πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον οὗτοι λέγονται οἱ λόγοι. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Δημηγορία ἄρα τίς ἐστιν ἡ ποιη-
d. τική. ΚΑΛ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ ῥητορικὴ δημηγορία ἂν εἴη. ἢ οὐ ῥητορεύειν δοκοῦσί σοι οἱ ποιηταὶ ἐν τοῖς θεάτροις; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Νῦν ἄρα ἡμεῖς εὑρήκαμεν ῥητορικήν

dem. *So.* Quid autem praeclara haec tragoedia atque admiranda poësis molitur? Numquid ſtudium eius conatusque ad audientium voluptatem ſolum tendit? vel, ſi quid voluptarium quidem atque gratum ſit, ſed tamen malum, id cavebit ne unquam dicat? contra vero, ſi quid moleſtum, attamen utile fuerit, id & dicet, & canet, oblectentur necne audientes? Sed quidnam tragoedorum poëſis elaborare maxime tibi videtur? *Cal.* Conſtat, eam ad voluptatem gratiamque ſpectantium potius declinare. *So.* Nonne hoc ipſum paulo ante adulationem eſſe diximus? *Cal.* Plane. *So.* Age utique, ſi quis auferat ex tota poëſi concentum, & rhythmum, atque menſuram, aliudne quidquam praeter ſermones quosdam ſupererit? *Cal.* Id ipſum. *So.* Nonne ad turbam populumque hi ſermones habentur? *Cal.* Procul dubio. *So.* Popularis ergo oratio quaedam eſt poëſis. *Cal.* Apparet. *So.* Nonne rhetorica quoque popularis eſt oratio? an non rhetorica in theatris uti poëtae tibi videntur?

τινα πρὸς δῆμον, τοιοῦτον οἷον παίδων τε ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων· ἣν οὐ πάνυ ἀγάμεθα. κολακικὴν γὰρ αὐτὴν φαμὲν εἶναι. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Εἶεν. τί δὲ ἡ πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον ῥητορικὴ, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι δήμους τοὺς τῶν ἐλευθέρων ἀν- e.
δρῶν, τί ποτε ἡμῖν αὕτη ἐστί; πότερον σοὶ δοκοῦσι πρὸς τὸ βέλτιστον ἀεὶ λέγειν οἱ ῥήτορες, τούτου στοχαζόμενοι ὅπως οἱ πολῖται ὡσβέλτιστοι ἔσονται διὰ τοὺς αὐτῶν λόγους; ἢ καὶ οὗτοι πρὸς τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πολίταις ὡρμημένοι, καὶ ἕνεκα τοῦ ἰδίου τοῦ αὑτῶν, ὀλιγωροῦντες τοῦ κοινοῦ, ὥσπερ παισὶ προσομιλοῦσι τοῖς δήμοις, χαρίζεσθαι αὐτοῖς πειρώμενοι μόνον; εἰ δέ γε βελτίους ἔσονται ἢ χείρους διὰ ταῦτ', οὐδὲν φροντίζουσιν; ΚΑΛ. Οὐχ ἁπλοῦν ἔτι τοῦτο ὃ ἐρωτᾷς. εἰσὶ p.
μὲν γὰρ οἳ κηδόμενοι τῶν πολιτῶν λέγουσιν ἃ λέγουσιν, εἰσὶ 503
δὲ καὶ οἵους σὺ λέγεις. ΣΩ. Ἐξαρκεῖ. εἰ γὰρ καὶ τοῦτό ἐστι διπλοῦν, τὸ μὲν ἕτερόν που τούτου, κολακεία ἂν εἴη, καὶ αἰ-

Cal. Mihi quidem. *So.* Nunc ergo invenimus rhetoricam quandam ad populum talem, qualis est puerorum simul, & mulierum virorumque, & servorum atque liberorum. quam quidem haud valde probamus: quippe cum adulatoriam eam esse confessi sumus. *Cal.* Sic est profecto. *So.* Agedum, quid de ea dicemus rhetorica, qua ad Athenienſem aliarumque civitatum populos ex viris liberis conflatos utuntur? qualis ea est? Utrum tibi videntur oratores ad id semper, quod optimum sit, verba dirigere, id dumtaxat spectantes, qua ratione cives quam optimi ex eorum orationibus evadant? an potius hi quoque gratiam auditorum aucupantur, honi dumtaxat proprii gratia, publico interim neglecto commodo? nam perinde atque pueros, populum tractant, intenti dumtaxat ad gratiam: nihil vero curantes, utrum ob hoc meliores, aut deteriores reddantur. *Cal.* Haud simplex iam est, quod interrogas. Sunt enim qui in orando utilitati civium consulunt: sunt & alii tales, quales ipse narras. *So.* Satis est. Si enim & hoc est duplex, alterum quidem eius membrum adulatio erit, turpisque con-

σχρὰ δημηγορία· τὸ δ' ἕτερον, καλὸν, τὸ παρασκευάζειν ὅπως
ὡσβέλτιστοι ἐσονται τῶν πολιτῶν οἱ ψυχαί. καὶ ἀεὶ διαμα-
χεσθαι λέγοντα τὰ βέλτιστα, εἴτε ἡδίω εἴτε ἀηδέστερα ἔσαι
b. τοῖς ἀκούουσιν. ἀλλ' οὐ πώποτε σὺ ταύτην εἶδες τὴν ῥητορι-
κήν. ἢ εἴτινα ἔχεις τῶν ῥητόρων τοιοῦτον εἰπεῖν, τί οὐχὶ καὶ
ἐμοὶ αὐτὸν ἔφρασας τίς ἐστιν; ΚΑΛ. Ἀλλὰ μὰ Δία οὐκ
ἔχω ἔγωγε σοὶ εἰπεῖν τῶν γε νῦν ῥητόρων οὐδένα. ΣΩ. Τί
δέ; τῶν παλαιῶν ἔχεις τινὰ εἰπεῖν δι' ὅντινα αἰτίαν ἔχουσιν
Ἀθηναῖοι βελτίους γεγονέναι, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἤρξατο δημη-
γορεῖν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ χείρους ὄντες; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ
c. οἶδα τίς ἐστιν οὗτος. ΚΑΛ. Τί δέ; Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις
ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονέτα, καὶ Κίμωνα, καὶ Μιλτιάδην, καὶ
Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκή-
κοας; ΣΩ. Εἰ ἔστι γε, ὦ Καλλίκλεις, ἣν πρότερον σὺ ἔλεγες
ἀρετὴν, ἀληθὴς, τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς
αὐτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ
ὑστέρῳ λόγῳ ἠναγκάσθημεν ἡμεῖς ὁμολογεῖν, ὅτι αἱ μὲν τῶν
d. ἐπιθυμιῶν πληρούμεναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας

cionatio: alterum vero pulchrum, ſtudere videlicet, ut animi civium quam optimi fiant, ſemper pro audientium utilitate certando, ſive placeant, ſive diſpliceant quae dicuntur. Verum tu certe oratoriam eiusmodi vidiſti nunquam. quod ſi inter oratores talem quempiam habes, cur non & eum mihi oſtendiſti? *Cal.* Per Iovem ex oratoribus qui nunc ſunt, talem habeo nullum. *So.* Num autem inter veteres aliquem indicare potes, per quem Athenienſes facti aliquando ſint meliores, poſtquam ille orare coeperit, cum pravi antea fuerint? Ego enim quis ſit talis, ignoro. *Cal.* Quid vero? Themiſtoclem non audis virum bonum fuiſſe, & Cimonem, & Miltiadem, atque Periclem hunc nuper vita functum, quem ipſe quoque orantem audiſti? *So.* Si quidem eſt, o Callicles, vera virtus, quam in ſuperioribus ipſe dicebas, cupiditates videlicet ſuas aliorumque explere. At ſi id aliter habet, atque veluti poſtea in diſputando fateri compulſi ſumus, cupiditates illas quae me-

μὲν ἀποτελεῖν, αἰ δὲ χείρω, μή· τούτου δὲ τέχνη τὶς εἶναι. τοιοῦτον ἄνδρα τούτων τινὰ γεγονέναι ἔχεις εἰπεῖν, ΚΑΛ. Οὐκ ἔχω ἔγωγε πῶς εἴπω. ΣΩ. Ἀλλ' ἐὰν ζητῇς καλῶς, εὑρήσεις. ἴδωμεν δὴ οὑτωσὶ ἀτρέμα σκοπούμενοι εἴτις τούτων τοιοῦτος γέγονε. φέρε γὰρ, ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιστον λέγων ἃ ἂν λέγῃ, ἄλλό τι ἢ οὐκ εἰκῇ ἐρεῖ, ἀλλ' ἀποβλέπων πρός τι; ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δημιουργοὶ, βλέ- e.
πόντες πρὸς τὸ ἑαυτῶν ἔργον ἕκαστος, οὐκ εἰκῇ ἐκλεγόμενος ἃ προσφέρει πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτοῦ, ἀλλ' ὅπως ἂν εἶδός τι αὐτῷ σχῇ τοῦτο ὃ ἐργάζεται. οἷον, εἰ βούλει ἰδεῖν τοὺς ζωγράφους, τοὺς οἰκοδόμους, τοὺς ναυπηγοὺς, τοὺς ἄλλους πάντας δημιουργοὺς, ὁντινα βούλει αὐτῶν, ὡς εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τίθησιν ὃ ἂν τιθῇ, καὶ προσαναγκάζει τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πρέπον τε εἶναι καὶ ἁρμόττειν, ἕως ἂν τὸ ἅπαν συ- p. 504
κήσηται τεταγμένον τε καὶ κεκοσμημένον πρᾶγμα, καὶ οἵ τε a.
δὴ ἄλλοι δημιουργοὶ, καὶ οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν, οἱ περὶ τὸ σῶμα παιδοτρίβαι τε καὶ ἰατροὶ, κοσμοῦσί που τὸ σῶμα καὶ

liorem efficiunt virum, exsequi oportet: alias vero minime: atque huius rei cum ars quaedam exstet, artificemne eius aliquem demonstrare mihi potes? *Cal.* Non habeo equidem quod dicam. *So.* At vero si rite quaesiveris, invenies. Videamus iam sic sedate & quiete considerantes, num aliquis horum talis exstiterit. Dic age: Bonus vir, atque ad id quod optimum sit verba faciens, aliudne quid quam non temere dicet, sed ad aliquid respiciens? quemadmodum & alii omnes artifices, quorum suum quisque opus observat, nec casu, quod ad usum opus conferat, eligit, sed quemadmodum ad propositum sibi exemplar opus speciem aliquam consequatur. Veluti, si intueri placet pictores, & architectos, & fabros navium, aliosque omnes artifices: quivis eorum in ordinem quendam singula ubique disponit, cogitque alia aliis convenire atque congruere, donec totum constituatur quodam ordine exornatum. Id ergo omnes agunt artifices, atque hi, quos in superioribus dicebamus, paedotribae & medici similiter faciunt circa corpus. ornant enim ipsum at-

συντάσσουσιν. ὁμολογοῦμεν οὕτω τοῦτ' ἔχειν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἔχω τοῦτο οὕτω. ΣΩ. Τάξεως ἄρα καὶ κόσμου τυχοῦσα οἰκία, χρηστὴ ἂν εἴη, ἀταξίας δὲ, μοχθηρά; ΚΑΛ. Φημί.
b. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πλοῖον ὡσαύτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τὰ σώματα φαμὲν τὰ ἡμέτερα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί δ' ἡ ψυχή; ἀταξίας τυχοῦσα, ἔσαι χρηστὴ, ἢ τάξεώς τε καὶ κόσμου τινός; ΚΑΛ. Ἀνάγκη ἐκ τῶν ἔμπροσθεν καὶ τοῦτο συνομολογεῖν. ΣΩ. Τί οὖν ὄνομά ἐστιν ἐν τῷ σώματι τῷ ἐκ τῆς τάξεώς τε καὶ τοῦ κόσμου γιγνομένῳ; ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν ἴσως λέγεις. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δὲ
c. αὖ; τῷ ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένῳ ἐκ τῆς τάξεως καὶ τοῦ κόσμου πειρᾶν εὑρεῖν καὶ εἰπεῖν ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ ὄνομα. ΚΑΛ. Τί δὲ οὐκ αὐτὸς λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἀλλ' εἴ σοι ἥδιόν ἐστιν, ἐγὼ ἐρῶ. σὺ δ' ἂν μέν σοι δοκῶ ἐγὼ καλῶς λέγειν, φάθι· εἰ δὲ μὴ, ἔλεγχε, καὶ μὴ ἐπίτρεπε. ἔμοιγε δοκεῖ ταῖς μὲν τοῦ σώματος τάξεσιν ὄνομα εἶναι ὑγιεινὸν, ἐξ οὗ ἐν αὐτῷ ἡ ὑγίεια γίγνεται καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ τοῦ σώματος. ἔστι ταῦτα,
d. ἢ οὐκ ἔστιν; ΚΑΛ. Ἔστι. ΣΩ. Ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς τάξεσι

que componunt. Confitemur id ita se habere, necne? *Cal.* Sit ita. *So.* Domus igitur ornatum & ordinem assecuta, bona erit: si minus, mala. *Cal.* Assentior. *So.* Et navigium eodem pacto. *Cal.* Eodem. *So.* Atqui & corpora nostra similiter. *Cal.* Similiter. *So.* Quid vero animus, si ordinis fuerit expers, num bonus erit? an potius, si ordinis ornamentique compos? *Cal.* Necessarium est ex superioribus hoc quoque fateri. *So.* Quod ergo nomen est ei, quod in corpore ex ordine ornatuque efficitur? *Cal.* Sanitatem & vires fortasse dices. *So.* Dico equidem. Quod vero nomen ei, quod in animo ex ordine fit atque ornatu? Conare invenire atque exprimere huius, quemadmodum & illius. *Cal.* Cur non ipse dicis, Socrates? *So.* Si ita tibi placet, dicam: tu vero, si vera loqui videbor, concedito: sin minus, reprobato, nec ullo modo condonato. Mihi quidem videtur ordinationi corporis nomen esse sanum: ex quo in ipso fit sanitas, aliaque corporis virtus. Itane est, an aliter? *Cal.* Ita. *So.*

καὶ κοσμήσεσι νόμιμόν τε καὶ νόμος· ὅθεν καὶ νόμιμοι γίγνονται καὶ κόσμιοι. ταῦτα δ' ἔστι δικαιοσύνη τε καὶ σωφροσύνη. Φῂς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν πρὸς ταῦτα βλέπων ὁ ῥήτωρ ἐκεῖνος ὁ τεχνικός τε καὶ ἀγαθὸς, καὶ τοὺς λόγους προσοίσει ταῖς ψυχαῖς οὓς ἂν λέγῃ, καὶ τὰς πράξεις ἁπάσας· καὶ δῶρον ἐάν τι διδῷ, δώσει, καὶ ἐάν τι ἀφαιρῆται, ἀφαιρήσεται· πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχων ὅπως ἂν αὐτοῦ τοῖς πολίταις δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται, ἀδι- e.
κία δὲ ἀπαλλάττηται· καὶ σωφροσύνη μὲν ἐγγίγνηται, ἀκολασία δὲ ἀπαλλάττηται· καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ ἐγγίγνηται, κακία δὲ ἀπίῃ. συγχωρεῖς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Συγχωρῶ. ΣΩ. Τί γὰρ ὄφελος, ὦ Καλλίκλεις, σώματί γε κάμνοντι καὶ μοχθηρῶς διακειμένῳ σιτία πολλὰ διδόναι, καὶ τὰ ἥδιστα ἢ ποτὰ, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ὁ μὴ ὀνήσῃ αὐτὸ ἕσθ' ὅτι πλέον, ἢ τοὐναντίον, κατά γε τὸν δίκαιον λόγον, καὶ ἔλαττον; ἔστι ταῦτα; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐ γὰρ, οἶμαι, λυσιτελεῖ μετὰ μοχθηρίας σώ- p.
ματος ζῆν ἀνθρώπῳ. ἀνάγκη γὰρ οὕτω ζῆν καὶ μοχθηρῶς. 505
ἢ οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰς ἐπιθυμίας ἀπο- a.

Animi vero ordinationi atque ornatui, legitimum lexque esse nomen: unde legitimi fiunt homines atque decori. Haec vero sunt iustitia atque temperantia. Assentiris, necne? *Cal.* Esto. *So.* An non igitur ad haec artificiosus ille rhetor & bonus respiciens, verba sua hominum animis adhibebit: actionesque omnes, & quidquid vel concedet aliquando, vel negabit, ad id semper intendet, ut civium animis iustitia quidem insit, iniustitia vero absit: rursus adsit temperantia, intemperantia vero eiiciatur: ceteraeque virtutes colantur, pravitas expellatur? Concedis, necne? *Cal.* Concedo equidem. *So.* Quidnam confert, o Callicles, corpori aegrotanti maleque affecto, cibos multos suaviſſimosque praebere, aut potum, aut aliud quippiam, quod non sit profuturum, hoc est, plus vel minus vel contrarium, quam iusta dictet ratio. Sunt haec, vel non? *Cal.* Sunt. *So.* Non enim prodesse arbitror homini, cum afflicto corpore vivere. Sic enim necesse est vivere male. nonne ita est?

πιμπλάναι (οἷον, πεινῶντα φαγεῖν ὅσον βούλεται· ἢ διψῶντα, πιεῖν) ὑγιαίνοντα μὲν ἐῶσιν οἱ ἰατροὶ ὡς τὰ πολλά· κάμνοντα δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδέποτ' ἐῶσιν ἐμπιπλασθαι ὧν ἐπιθυμεῖ. συγχωρεῖς τοῦτό γε καὶ σύ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ.
b. Περὶ δὲ ψυχὴν, ὦ ἄριστε, οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος; ἕως μὲν ἂν πονηρὰ ᾖ, ἀνόητός τε οὖσα καὶ ἀκόλαστος καὶ ἄδικος καὶ ἀνόσιος, εἴργειν αὐτὴν δεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ἄλλ' ἄττα ποιεῖν, ἢ ἀφ' ὧν βελτίων ἔσαι. φῂς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Οὕτω γάρ που αὐτῇ ἄμεινον τῇ ψυχῇ. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ εἴργειν ἐστὶν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ, κολάζειν; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τὸ κολάζεσθαι ἄρα τῇ ψυχῇ
c. ἄμεινόν ἐστιν ἢ ἡ ἀκολασία, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ ᾤου. ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ἄττα λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἄλλον τινὰ ἐρώτα. ΣΩ. Οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει, ὠφελούμενος καὶ αὐτὸς, τοῦτο πάσχων περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστὶ, κολαζόμενος. ΚΑΛ. Οὐδέ γέ μοι μέλει οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις. καὶ ταῦτά σοι Γοργίου χάριν ἀπεκρινάμην. ΣΩ. Εἶεν. τί οὖν δὴ ποιήσομεν; μεταξὺ τὸν

Cal. Ita. *So.* Nonne cupiditatibus ſatisfacere, veluti eſurientem comedere quantum vult, vel ſitientem bibere quatenus placet, ſanum quidem hominem medici plerumque permittunt: aegrotantem vero nunquam, ut ita dixerim, appetitus ſuos implere permittunt? Concedis hoc & ipſe? *Cal.* Concedo. *So.* Ad animum quod attinet, an non eadem eſt ratio? quatenus enim pravus ſit, & demens, atque intemperans, iniuſtusque & impius, coërcendus nimirum eſt a cupiditatibus, neque permittendus alia facere, quam illa ex quibus evadat melior. Conſentis, necne? *Cal.* Conſentio. *So.* Ita enim ipſi animo expedit. *Cal.* Prorſus. *So.* Nonne coërcere, eſt ab his quae cupit, continere? *Cal.* Eſt. *So.* Continentia igitur melior eſt animo, quam incontinentia, quemadmodum ipſe modo ſtatuebas. *Cal.* Neſcio quid dicas, Socrates. itaque alium quemvis interroga. *So.* Hic non ſuſtinet, ut ipſi quod utile ſit, afferatur, atque eam de qua nunc ſermo habetur, continentiam conſequatur. *Cal.* Nulla omnino tuorum mihi verborum cura eſt, o Socrates. atque

λόγον καταλύσομεν; ΚΑΛ. Αὐτὸς γνώσῃ. ΣΩ. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπι- d.
θέντας κεφαλήν· ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιΐῃ. ἀπόκριναι οὖν καὶ τὰ λοιπά, ἵνα ἡμῖν ὁ λόγος κεφαλὴν λάβῃ. ΚΑΛ. Ὡς βίαιος εἶ, ὦ Σώκρατες· ἐὰν δὲ ἐμοὶ πείθῃ, ἐάσεις χαίρειν τὸν λόγον τοῦτον, ἢ καὶ ἄλλῳ τῳ διαλέξῃ. ΣΩ. Τίς οὖν ἄλλος ἐθελήσει; μὴ γάρ τοι ἀτελῆ γε τὸν λόγον καταλείπωμεν. ΚΑΛ. Αὐτὸς δὲ οὐκ ἂν δύναιο διελθεῖν τὸν λόγον, ἢ λέγων κατὰ σαυτὸν, ἢ ἀποκρινόμενος σαυτῷ; ΣΩ. Ἵνα μὴ τὸ τοῦ Ἐπιχάρμου γένηται, ἃ πρότου δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ὢν e.
ἱκανὸς γένωμαι. ἀτὰρ κινδυνεύει ἀναγκαιότατον εἶναι οὕτως. εἰ μέντοι ποιήσομεν, οἶμαι ἔγωγε χρῆναι πάντας ἡμᾶς φιλονείκως ἔχειν πρὸς τὸ εἰδέναι τὸ ἀληθὲς τί ἐστι περὶ ὧν λέγομεν, καὶ τί ψεῦδος. κοινὸν γὰρ ἀγαθὸν ἅπασι, φανερὸν γενέσθαι αὐτό. διειμι μὲν οὖν τῷ λόγῳ ἐγὼ ὡς ἂν μοι δοκῇ ἔχειν. ἐὰν δέ τῳ ὑμῶν μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὁμολογεῖν ἐμαυτῷ, P.
506
a.

hactenus Gorgiae gratia tibi respondi. *So.* Esto. quid ergo agemus? numquid sermonem medium abrumpemus? *Cal.* Ipse videris. *So.* At nefas esse aiunt, mancas dimittere fabulas: immo colophonem imponendum esse, ne absque capite oberrent. Responde ergo ad reliqua, ut sermo hic noster caput sortiatur. *Cal.* Quam violentus es, o Socrates! Profecto, si mihi credis, hanc disputationem iam dimittes, vel cum alio disputabis. *So.* Quisnam vult alius? ne imperfectum relinquamus sermonem. *Cal.* An non ipse sermonem potes percurrere, vel enarrando, vel tibimet respondendo? *So.* Ne mihi Epicharmi illud accidat, Quae prius narrabant duo, nunc ad illa unus sufficiam. Verumtamen videtur sic omnino necessarium esse. Si tamen id faciemus, puto equidem oportere nos omnes certatim ad id contendere, ut quid in his quae dicimus, verum, quidve falsum sit, cognoscatur. commune enim est hoc omnibus bonum, ut hic unicuique constet. Prosequor igitur ego ipse sermonem, quo pacto se habere videtur. Quod si cui vestrum forte mihi ipsi, quae vera non sint, videbor concedere, vestrum erit obiicere atque

χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν. οὐδὲ γάρ τοι ἔγωγε εἰ-
δὼς λέγω ἃ λέγω, ἀλλὰ ζητῶ κοινῇ μεθ' ὑμῶν. ὥστε ἄν τι
φαίνηται ὁ λέγων ἀμφισβητῶν ἐμοί, ἐγὼ πρῶτος συγχωρή-
σομαι. λέγω μέντοι ταῦτα, εἰ δοκεῖ χρῆναι διαπερανθῆναι
τὸν λόγον· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἐῶμεν δὴ χαίρειν, καὶ ἀπίω-
μεν. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, χρῆναί πω
b. ἀπιέναι, ἀλλὰ διεξελθεῖν σε τὸν λόγον. φαίνεται δέ μοι καὶ
τοῖς ἄλλοις δοκεῖν. βούλομαι γὰρ ἔγωγε καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαί
του αὐτοῦ διϊόντος τὰ ἐπίλοιπα. ΣΩ. Ἀλλὰ μὲν δή, ὦ Γορ-
γία, καὶ αὐτὸς ἡδέως μὲν ἂν Καλλικλεῖ τούτῳ ἔτι διελεγό-
μην, ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν ἀντὶ τῆς
τοῦ Ζήθου· ἐπειδὴ δὲ σύ, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλεις συνδια-
περᾶναι τὸν λόγον, ἀλλ' οὖν ἐμοῦ γε ἀκούων, ἐπιλαμβάνου
ἐάν τι σοὶ δοκῶ μὴ καλῶς λέγειν. καί με ἐὰν ἐξελέγχῃς, οὐκ
c. ἀχθεσθήσομαί σοι, ὥσπερ σὺ ἐμοί· ἀλλὰ μέγιστος εὐεργέτης
παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ. ΚΑΛ. Λέγε, ὦ γαθέ, αὐτὸ, καὶ
τέραινε. ΣΩ. Ἄκουε δὴ ἐξ ἀρχῆς ἐμοῦ ἀναλαβόντος τὸν
λόγον. Ἆρα τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸ αὐτό ἐστιν; Οὐ ταυ-

redarguere. neque enim tanquam sciens dico illa; sed verum vobiscum communiter indagans. Quapropter si quid recte dicere videbitur qui me reprehenderit, ego primus assentiar. Haec tamen ea mente dico, si modo sermonem perficiendum esse putatis. sin minus, omittamus iam, atque abeamus. *Gor.* At enim nondum mihi abeundum videtur, immo disputationem a te esse perficiendam. Puto autem ceteris quoque idem videri: & ipse percupio reliqua ex te ipso audire. *So.* Atqui, o Gorgia, libenter adhuc cum Callicle disputarem, donec pro Zethi, Amphionis dictum illi redderem. Sed quando tu, Callicles, disputationem recusas perficere mecum, saltem ausculta atque argue, si quid minus recte dicere tibi videbor. quod si me conviceris, haud infestus ero tibi, quemadmodum mihi tu, sed pro maximo beneficio id adscribam. *Cal.* Dic tu ipse, bone vir, & quod instituisti, absolve. *So.* Audi me igitur disputationem ab initio repetentem. An idem est voluptas atque

τὸν, ὡς ἐγὼ καὶ Καλλικλῆς ὡμολογήσαμεν. Πότερον δὲ τὸ ἡδὺ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ πρακτέον, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἕνεκα τοῦ ἡδέος; Τὸ ἡδὺ, ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. Ἡδὺ δέ ἐστι τοῦτο, οὗ παραγενομένου ἡδόμεθα; ἀγαθὸν δὲ, οὗ παρόντος ἀγαθοὶ ἐσμέν; cl. Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἀγαθά ἐστιν, ἀρετῆς τινὸς παραγενομένης. ἔμοιγε δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, ὦ Καλλίκλεις. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἥ γε ἀρετὴ ἑκάστου, καὶ σκεύους, καὶ σώματος, καὶ ψυχῆς οὗ καὶ ζώου παντὸς, οὐχ οὕτως εἰκῇ κάλλιστα παραγίγνεται, ἀλλὰ τάξει καὶ ὀρθότητι, καὶ τέχνῃ, ἥτις ἑκάστῳ ἀποδέδοται αὐτῶν. ἆρα ἐστὶ ταῦτα; Ἐγὼ μὲν γὰρ δή φημι. Τάξει ἄρα τεταγμένον καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἑκά- e. στου. Φαίην ἂν ἔγωγε. Κόσμος τὶς ἄρα ἐγγενόμενος ἐν ἑκάστῳ ὁ ἑκάστου οἰκεῖος, ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον τῶν ὄντων. Ἔμοιγε δοκεῖ. Καὶ ψυχὴ ἄρα κόσμον ἔχουσα τὸν ἑαυτῆς, ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν ἥγε κόσμον ἔχουσα, κοσμία. Πῶς γὰρ οὐ μέλλει; Ἡ δέ γε κοσμία, σώ-

bonum? Certe non idem, ut ego & Callicles confeſſi ſumus. An voluptatem boni gratia, vel bonum gratia voluptatis ſequi debemus? *Cal.* Voluptatem certe gratia boni. *So.* Eſt autem voluptas, qua praeſente gaudemus: bonum vero, quo praeſente boni ſumus. *Cal.* Prorſus. *So.* Boni vero ſumus, & nos & quaecunque alia, ob praeſentem virtutem quandam. ſic enim, o Callicles, neceſſarium eſſe mihi videtur. At virtus cuiusque, ſive inſtrumenti, ſive corporis, ſive animae, non temere utique adeſt: ſed ordine, rectitudineque, & arte, quae horum cuique tradita ſit. numquid haec ita ſe habent? *Cal.* Mihi quidem ſic ſe habere videntur. *So.* Quamobrem ordine ordinatum ornatumque eſſe, eſt cuiusque virtus. *Cal.* Nempe ſic ego faterer. *So.* Itaque ornatus quidam proprius unicuique inſitus, quodlibet efficit bonum. *Cal.* Mihi quidem ſic appæret. *So.* Quapropter anima quae proprium habet ornatum, melior eſt illa, quae ornatus eſt expers. *Cal.* Neceſſe eſt. *So.* Iam vero quae habet ornatum, ornata eſt atque modeſta. *Cal.* Quidni?

φρων; Πολλὴ ἀνάγκη. Ἡ ἄρα σώφρων ψυχὴ ἀγαθή. ἐγὼ
p. 507 a. μὲν οὖκ ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι, ὦ φίλε Καλλίκλεις. σὺ δ' εἰ ἔχεις, δίδασκε. ΚΑΛ. Λέγ' ὦ 'γαθέ. ΣΩ. Λέγω δὴ ὅτι εἰ ἡ σώφρων ἀγαθή ἐστιν, ἡ τοὐναντίον τῇ σώφρονι πεπονθυῖα, κακὴ ἐστιν. ἦν δὲ αὕτη ἡ ἄφρων τε καὶ ἡ ἀκόλαστος; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ μὴν ὅγε σώφρων τὰ προσήκοντα πράττοι ἂν καὶ περὶ θεοὺς καὶ περὶ ἀνθρώπους;
b. οὐ γὰρ ἂν σωφρονοῖ τὰ μὴ προσήκοντα πράττων. Ἀνάγκη ταῦτ' εἶναι οὕτω. Καὶ μὴν περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ προσήκοντα πράττων, δίκαι' ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς, ὅσια. τὸν δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοντα ἀνάγκη δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι. Ἔστι ταῦτα. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη. οὐ γὰρ δὴ σώφρονος ἀνδρός ἐστιν οὔτε διώκειν οὔτε φεύγειν ἃ μὴ προσήκει ἀλλὰ δεῖ καὶ πράγματα καὶ ἀνθρώπους καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας φεύγειν καὶ διώκειν, καὶ ὑπομέ-
c. νοντα καρτερεῖν, ὅπου δεῖ. ὥστε πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις, τὸν σώφρονα, ὥσπερ διήλθομεν, δίκαιον ὄντα καὶ ἀν-

So. Talis vero est & temperans. *Cal.* Necesse est omnino. *So.* Quae vero temperans, est & bona. Equidem, o amice Callicles, quo pacto aliter dicam, non invenio. tu vero, si quid habes aliud, doce. *Cal.* Dic tu, bone vir. *So.* Dico igitur, si temperatus animus bonus est, consequi, ut qui contra atque temperatus affectus est, sit malus. Est vero talis intemperatus animus & incontinens. *Cal.* Sic est omnino. *So.* Temperatus autem agit decentia erga Deos atque homines. non enim temperatus esset, nisi decorum servaret. *Cal.* Necesse est sic esse. *So.* Proinde qui decentia inter homines agit, iuste agit: & agens similiter erga Deos, agit pie. eum vero, qui iusta piaque agit, necesse est esse iustum atque pium. *Cal.* Sic veritas habet. *So.* Praeterea fortem hunc esse necesse est. non enim temperati viri est, vel persequi, vel fugere aliter quam decet. immo oportet & res singulas, & homines ipsos, & voluptates atque molestias tum fugere, tum persequi, tum etiam tolerare ubi sit opus. Quamobrem omnino necessarium est, tem-

δρεῖον καὶ ὅσιον, ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι τελέως. τὸν δὲ ἀγαθὸν εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν ἃ ἂν πράττοι· τὸν δ' εὖ πράττοντα, μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα εἶναι· τὸν δὲ πονηρὸν καὶ κακῶς πράττοντα, ἄθλιον. οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐναντίως ἔχων τῷ σώφρονι, ὁ ἀκόλαστος, ὃν σὺ ἐπῄνεις. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω ταῦτα τίθεμαι, καί φημι ταῦτα ἀληθῆ εἶναι. εἰ δὲ ἔστιν ἀληθῆ, τὸν βουλόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι, σωφροσύνην μὲν d. διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν· καὶ παρασκευαστέον μάλιστα μὲν, μηδὲν δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι· ἐὰν δὲ δεηθῇ ἢ αὐτὸς, ἢ ἄλλος τις τῶν οἰκείων, ἢ ἰδιώτης, ἢ πόλις, ἐπιθετέον δίκην, καὶ κολαστέον, εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι. οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν· καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ e. σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν· οὐκ ἐπιθυμίας ἐῶντα ἀκολάστους εἶναι, καὶ ταύτας ἐπιχειροῦντα πληροῦν, ἀνήνυτον κακὸν, λῃστοῦ βίον ζῶντα. οὔτε

peratum virum, cum, ut diximus, iuſtus & fortis ſit & pius, eſſe perfecte bonum: bonum vero, bene honeſteque agere quidquid agat: eum autem qui bene agit, felicem eſſe atque beatum: improbum vero ac male agentem, eſſe miſerum. Talis autem eſt, qui aliter eſt affectus quam temperatus: videlicet qui intemperatus eſt, quem ipſe laudabas. Ego igitur haec ita ſtatuo, & eſſe vera ſentio. Quamobrem, ſi ita ſe res habet, quicunque optat beatus fore, temperantiam ſequi exercereque debet: intemperantiam vero fugere, quantum cuiusque noſtrum pedes valent: atque ita ſeſe comparare, ut non indigeat caſtigatione atque poena: ſi vero indigeat vel ipſe, vel alius quivis familiarium, ſive privatus, ſive civitas, adhibita poena coërcendus eſt, ſi modo futurus ſit beatus. Hoc mihi videtur eſſe ſignum, ad quod proſpicientes dirigere vitam debemus, omnia tam publica quam privata ad hoc referentes, ut iuſtitia & temperantia illi adſit, qui futurus ſit felix: non autem cupiditatibus omnia permittenda ſunt; quas explere conari,

γὰρ ἂν ἄλλῳ ἀνθρώπῳ προσφιλὴς ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος, οὔτε
θεῷ. κοινωνεῖν γὰρ ἀδύνατος· ὅτῳ δὲ μὴ ἔνι κοινωνία, φιλία
οὐκ ἂν εἴη. φασὶ δ' οἱ σοφοὶ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν καὶ
p. γῆν, καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ
508 φιλίαν καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα. καὶ
a. τὸ ὅλον τοῦτο, διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ
ἀκοσμίαν, οὐδὲ ἀκολασίαν. σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν
νοῦν τούτοις, καὶ ταῦτα, σοφὸς ὤν· ἀλλὰ λέληθέ σε ὅτι ἡ
ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύ-
ναται. σὺ δὲ πλεονεξίαν οἴει δεῖν ἀσκεῖν. γεωμετρίας γὰρ
ἀμελεῖς. εἶεν. ἢ ἐξελεγκτέος δὴ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὡς
b. οὐ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης κτήσει εὐδαίμονες οἱ εὐδαίμο-
νες, κακίας δὲ, οἱ ἄθλιοι· ἢ, εἰ οὗτος ἀληθὴς ἐστι, σκεπτέον
τίνα τὰ συμβαίνοντα. τὰ πρόσθεν ἐκεῖνα, ὦ Καλλίκλεις,
συμβαίνει πάντα, ἐφ' οἷς σύ με ἤρου εἰ σπουδάζων λέγοιμι
λέγοντα ὅτι κατηγορητέον εἴη καὶ αὐτοῦ, καὶ υἱέος, καὶ

inexplebile malum est, latronisque more vitam agere. Neque enim cuiquam hominum, is qui eiusmodi est, carus unquam erit, neque Deo: quippe cui societas cum aliis nulla esse possit: cui vero non sit societas, ei nec amicitia etiam unquam constabit. Tradunt autem sapientes, coelum & terram, Deosque & homines societate quadam & amicitia, modestoque ornatu, & temperantia, & iustitia contineri: atque hoc universum propterea mundum ornatumque appellant, non immunditiam, neque intemperantiam. Quae tu, quamvis sapiens, mihi videris animadvertisse nunquam. nam te latuit, geometricam aequalitatem in Diis atque hominibus valere quam plurimum. At vero tu in rebus omnibus pleonexiam, (id est, praestantiam, sive primas partes) exercendam putas: Geometriam namque contemnis. Age itaque, vel refellendus est sermo ille noster, quasi non iustitiae temperantiaeque possessione beati fiant quicunque beati, pravitatis vero miseri: vel si verus est, considerandum est, quid sequatur. nempe priora illa consequentur omnia, in quibus a me, an serio loquerer, inquirebas. Ego

ἑταίρου, ἐάν τι ἀδικῇ· καὶ τῇ ῥητορικῇ ἐπὶ τοῦτο χρηξέον. καὶ ἃ Πῶλον αἰσχύνῃ ὡς συγχωρεῖν, ἀληθῆ ἄρα ἦν, τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅσῳπερ αἴσχιον, τοσούτῳ κάκιον. καὶ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον c. ἄρα δεῖν εἶναι καὶ ἐπιςήμονα τῶν δικαίων· ὃ αὖ Γοργίαν ἔφη Πῶλος δι' αἰσχύνην ὁμολογῆσαι. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, σκεψώμεθα τίνα ποτ' ἐςὶν ἃ σὺ ἐμοὶ ὠνείδιζες. ἆρα καλῶς λέγεται, ἢ οὔ· ὡς ἄρα ἐγὼ οὐχ οἷός τ' εἰμὶ βοηθῆσαι οὔτε ἐμαυτῷ, οὔτε τῶν φίλων οὐδενί, οὐδὲ τῶν οἰκείων, οὐδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίσων κινδύνων· εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ, ὥσπερ οἱ ἄτιμοι, τοῦ ἐθέλοντος, ἄν τε τύπτειν βούληται (τὸ d. νεανικὸν δὴ τοῦτο τοῦ σοῦ λόγου) ἐπὶ κόῤῥης, ἐάν τε χρήματα ἀφαιρεῖσθαι, ἐάν τε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως, ἐάν τε, τὸ ἔσχατον, ἀποκτεῖναι. καὶ οὕτω διακεῖσθαι, πάντων δὴ αἰσχιςόν ἐςιν, ὡς ὁ σὸς λόγος. ὃ δὲ δὴ ἐμὸς, ὅστις πολλάκις μὲν ἤδη εἴρηται, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἔτι λέγεσθαι· οὔ φημι, ὦ Καλλίκλεις, τὸ τύπτεσθαι ἐπὶ κόῤῥης ἀδίκως, αἰσχιςόν τ'

vero accuſandum eſſe & ſe ipſum, & filium, & amicum, ſi quid iniuſte fuerit perpetratum, atque ad id utendum eſſe rhetorica, aſſerebam. Et quae tu Polum verecundia adductum putabas conceſſiſſe, vera utique erant: videlicet iniuriam facere, quanto turpius eſt quam ſuſtinere, tanto eſſe etiam deterius: atque eum, qui rectus futurus ſit orator, oportere iuſtum eſſe, & quae iuſta ſunt ſcire. quod quidem rurſus Gorgiam ob verecundiam conceſſiſſe Polus aiebat. Cum vero haec ita ſe habeant, conſideremus, quae ſunt illa in quibus me ipſe vituperas: Num recte dicatur, necne, me videlicet non poſſe vel mihi, vel amicis atque domeſticis opem ferre, neque ex maximis periculis liberare: at eſſe me in poteſtate libidineque cuiusque, quemadmodum abiectiſſimi quique ſolent, ſive pulſare velit quis, ut tu iactabundus dicebas, ſuper genam, ſive pecunias rapere, ſive urbe expellere, ſive ultro ſupplicio afficere. Ita vero comparatum eſſe, rem turpiſſimam omnium eſſe dicebas. Mea vero ſententia iam ſaepius dicta, atque rurſus nihilo prohibente

e. εἶναι. οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι οὔτε τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, οὔτε τὸ
βαλλάντιον· ἀλλὰ τὸ τύπτειν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ἀδίκως καὶ
τέμνειν, καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον. καὶ κλέπτειν γε ἅμα καὶ
ἀνδραποδίζεσθαι, καὶ τοιχωρυχεῖν, καὶ συλλήβδην ὁτιοῦν
ἀδικεῖν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ, τῷ ἀδικοῦντι καὶ κάκιον καὶ
αἴσχιον εἶναι, ἢ ἐμοὶ τῷ ἀδικουμένῳ. ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ
ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις οὕτω φανέντα, ὡς ἐγὼ λέγω, κα-
p. τέχεται καὶ δέδεται (καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι) σιδη-
509 ροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις, ὡς γοῦν ἂν δόξειεν οὑτωσί.
a. οὓς σὺ εἰ μὴ λύσεις, ἢ σοῦ τις νεανικώτερος, οὐχ οἷόν τε ἄλ-
λως λέγοντα ἢ ὡς ἐγὼ νῦν λέγω, καλῶς λέγειν. ἐπεὶ ἔμοιγε
ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ἀεί, ὅτι ἐγὼ ταῦτα οὐκ οἶδα ὅπως ἔχει·
ὅτι μέντοι, ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα, ὥσπερ νῦν, οὐδεὶς οἵός τ' ἐστὶν
ἄλλως λέγων, μὴ οὐ καταγέλαστος εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν αὖ
b. τίθημι ταῦτα οὕτως ἔχειν. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, καὶ μέγιστον
τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ ἀδικία τῷ ἀδικοῦντι· καὶ ἔτι τούτου μεῖ-
ζον μεγίστου ὄντος, εἰ οἷόν τε, τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην·

dicenda, contra ſe habet: videlicet non eſſe turpiſſimum iniuſte genam percuti, vel corpus marſupiumve caedi: ſed percutere iniuſte atque caedere, mihi, meisque turpius atque deterius. item furari, & in ſervitutem adducere, murosque ſuffodere, atque ſummatim quamlibet iniuriam facere, eſſe ei qui facit deterius ſimul & turpius, quam accipere. Haec ſuperius a nobis conceſſa, ut ego aſſero, continentur atque vinciuntur, etſi dictu ruſticius eſt, ferreis adamantinisque rationibus, quibus, ut ita ſentiam, adducor. quas niſi tu aut aliquis te robuſtior diſſolvat, fieri non poteſt, ut aliter quam ut nunc ipſe dico, recte dicatur. Nam mihi quidem ſemper idem permanet ſermo: me videlicet haec neſcire quo pacto ſe habeant: attamen nullum eorum quicum hactenus locutus ſum, quemadmodum modo vobiscum, potuiſſe unquam aliter dicendo non ridiculum apparere. Quamobrem haec iterum ſtatuo ita ſe habere. quod ſi ita ſe habeant, atque iniuria maximum ei, qui eam facit, eſt malorum: & illud inſuper maius eſt iudicandum,

τίνα ἂν βοήθειαν μὴ δυνάμενος ἄνθρωπος βοηθεῖν ἑαυτῷ, κα-
ταγέλαστος ἂν τῇ ἀληθείᾳ εἴη; ἆρα οὐ ταύτην ἥτις ἀποτρέ-
ψει τὴν μεγίστην ἡμῶν βλάβην; ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύ-
την εἶναι τὴν αἰσχίστην βοήθειαν, μὴ δύνασθαι βοηθεῖν μήτε
ἑαυτῷ, μήτε τοῖς αὐτοῦ φίλοις τε καὶ οἰκείοις· δευτέραν δὲ,
τὴν τοῦ δευτέρου κακοῦ· καὶ τρίτην, τὴν τοῦ τρίτου· καὶ τἄλ- c.
λα οὕτω, ὡς ἑκάστου κακοῦ μέγεθος πέφυκεν. οὕτω καὶ κάλ-
λος τοῦ δυνατὸν εἶναι ἑφ' ἕκαστα βοηθεῖν, καὶ αἰσχύνη, τοῦ
μή. ἆρα ἄλλως ἢ οὕτως ἔχει, ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Οὐκ
ἄλλως. ΣΩ. Δυοῖν οὖν ὄντοιν, τοῦ ἀδικεῖν γε καὶ ἀδικεῖσθαι,
μεῖζον μὲν κακὸν φαμὲν τὸ ἀδικεῖν, ἔλαττον δὲ, τὸ ἀδικεῖ-
σθαι. τί οὖν ἂν παρασκευασάμενος ἄνθρωπος βοηθήσειεν αὐ-
τῷ, ὥστε ἀμφοτέρας τὰς ὠφελείας ταύτας ἔχειν, τήν τε d.
ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι; πότερα
δύναμιν, ἢ βούλησιν; ὧδε δὲ λέγω· πότερον ἐὰν μὴ βούληται
ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἀδικήσεται; ἢ, ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται
τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἀδικήσεται; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό

videlicet ipsum qui fecerit, nunquam dare poenas: quod tandem auxilium erit illud, quod quisquis cum sibimet afferre non possit, revera sit contemnendus? nonne hoc quidem maximum a nobis amoveat detrimentum? Profecto necesse est hoc esse turpissimum, non posse auxilium eiusmodi praestare sibi ipsi, amicisque ac propinquis. secundum vero, auxilium adversus malum secundum: tertium, contra tertium: ceteraque similiter, prout cuiusque mali magnitudo se habet: ita ut pulchrum est opem afferre posse, & turpe non posse. Numquid aliter quam sic se res habet, Callicles? *Cal.* Certe non aliter. *So.* Cum igitur haec duo sint, facere iniuriam, ac pati: maius utique malum esse dicimus inferre, minus autem pati. Quodnam igitur auxilium sibi comparans aliquis, utrumque potissimum consequeretur, ut neque inferat iniuriam, neque accipiat? utrum potentiam, an voluntatem? Sic autem dico: utrum si nolit pati, iniuriam non patietur? an si potentiam sibi comparaverit, ita dumtaxat non patietur? *Cal.* Constat certe, si po-

γε, ὅτι ἐὰν δύναμιν. ΣΩ. Τί δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖν; πότερον, ἐὰν
μὴ βούληται ἀδικεῖν, ἱκανὸν τοῦτ' ἐστίν; (οὐ γὰρ ἀδικήσει)
e. ἢ καὶ ἐπὶ τοῦτο δεῖ δύναμίν τινα καὶ τέχνην παρασκευάσα-
σθαι, ὡς ἐὰν μὴ μάθῃ αὐτὰ καὶ ἀσκήσῃ, ἀδικήσει; τί οὐκ
αὐτό γε ἐμοὶ τοῦτο ἀπεκρίνου, ὦ Καλλίκλεις; πότερον σοὶ
δοκοῦμεν ὀρθῶς ἀναγκασθῆναι ὁμολογεῖν ἐγώ τε καὶ Πῶλος,
ἢ οὔ; ἡνίκα ὡμολογήσαμεν μηδένα βουλόμενον ἀδικεῖν, ἀλλ'
ἄκοντας τοὺς ἀδικοῦντας πάντας ἀδικεῖν. ΚΑΛ. Ἔχω σοι
p. τοῦτο, ὦ Σώκρατες, οὕτως, ἵνα διαπεράνῃς τὸν λόγον. ΣΩ.
510 Καὶ ἐπὶ τοῦτο ἄρα, ὡς ἔοικε, παρασκευαξέον ἐστὶ δύναμίν τινα
a. καὶ τέχνην, ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τίς
οὖν ποτ' ἐστὶ τέχνη τῆς παρασκευῆς τοῦ μηδὲν ἀδικεῖσθαι, ἢ
ὡς ὀλίγιζα; σκέψαι εἴ σοι δοκεῖ ἥπερ ἐμοί. ἐμοὶ μὲν γὰρ δο-
κεῖ ἥδε· ἢ αὐτὸν ἄρχειν δεῖ ἐν τῇ πόλει, ἢ τυραννεῖν, ἢ τῆς
ὑπαρχούσης πολιτείας ἑταῖρον εἶναι. ΚΑΛ. Ὁρᾷς, ὦ Σώ-
b. κρατες, ὡς ἐγὼ ἕτοιμός εἰμι ἐπαινεῖν ἄν τι καλῶς λέγῃς;

tentiam. *So.* Quid autem in inferendo? utrum ſi quis iniuriari nolit, ſatis erit remedii? (neque enim iniuriam inferet) an ad hoc inſuper potentia quaedam & ars eſt comparanda, quam niſi quis didicerit atque exercuerit, iniuriam faciet? Cur non mihi ad id ſaltem reſpondes, Callicles? utrum ego atque Polus tibi videmur recte ſuperioribus coacti rationibus fuiſſe, necne? quando confeſſi ſumus, neminem volentem iniuriam facere, ſed invitos hanc inferre quicunque inferant. *Cal.* Eſto tibi id ita, Socrates, ut diſputationem hanc concludas. *So.* Ad hoc itaque potentia quaedam & ars comparanda videtur, ne cui faciamus iniuriam? *Cal.* Omnino quidem. *So.* Quaenam igitur ars eſt ad facultatem comparandam, per quam vel nullam quis, vel minimam iniuriam patiatur? Conſidera utrum tibi idem videatur, quod & mihi. Mihi quidem ita videtur, vel oportere principatum in republica obtinere, vel uſurpare tyrannidem, vel cum praeſenti gubernatione habere commercium. *Cal.* Vides, o Socrates, quam paratus ſim, ſi quid recte dixeris, comprobare. profecto id mihi recte nimium abs te

τοῦτο μοὶ δοκεῖς πάνυ καλῶς εἰρηκέναι. ΣΩ. Σκόπει δὴ καὶ τόδε ἐάν σοι δοκῶ εὖ λέγειν. φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ. οὐ καί σοι; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Οὐκοῦν ὅπου τύραννός ἐστιν ἄρχων ἄγριος καὶ ἀπαίδευτος, εἴτις τούτου ἐν τῇ πόλει πολὺ βελτίων εἴη, φοβοῖτο δή που ἂν αὐτὸν ὁ τύραννος, καὶ τούτῳ ἐξ ἅπαντος τοῦ νοῦ οὐκ ἄν ποτε δύναιτο φίλος γενέσθαι; ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐδέ γε εἴτις πολὺ φαυλότερος εἴη, οὐδ' ἂν οὗτος. καταφρονοῖ γὰρ ἂν αὐτοῦ ὁ τύραννος, καὶ οὐκ ἄν ποτε ὡς πρὸς φίλον σπουδάσειε. ΚΑΛ. Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ. ΣΩ. Λείπεται δὴ ἐκεῖνος μόνος ἄξιος λόγου φίλος τῷ τοιούτῳ, ὃς ἂν ὁμοήθης ὢν, ταυτὰ ψέγων καὶ ἐπαινῶν, ἐθέλῃ ἄρχεσθαι καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ ἄρχοντι. οὗτος μέγα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δυνήσεται, τοῦτον οὐδεὶς χαίρων ἀδικήσει. οὐχ οὕτως ἔχει; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Εἰ ἄρα τὶς ἐννοήσειεν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τῶν νέων, τίνα ἂν τρόπον ἐγὼ μέγα δυναίμην, καὶ μηδεὶς με ἀδικοῖ, ἡ αὐτὴ,

c.

d.

dictum fuisse videtur. *So.* Considera praeterea hoc, si recte dicere tibi videor. Amicus mihi videtur quisque esse cuique maxime, quemadmodum antiqui sapientesque tradunt, ut maxime similis est. nonne & tibi? *Cal.* Mihi quidem. *So.* Nonne ubi tyrannus ferus rudisque dominatur, si quis in ea urbe multo melior sit, tyrannus hunc formidat, atque huic nunquam tota mente amicus esse poterit? *Cal.* Sic accidit. *So.* Neque si multo sit deterior. contemnet enim eum tyrannus, neque unquam tanquam erga amicum afficietur. *Cal.* Vera narras. *So.* Solus ergo amicus huic esse poterit apud eum existimatione dignus, qui cum moribus similis sit, eademque laudet atque vituperet, subesse velit domino & parere. hic nimirum magnam in ea civitate habebit potentiam. hunc iniuria impune nullus afficiet. nonne ita se res habet? *Cal.* Ita. *So.* Si quis ergo in hac urbe ex ipsa iuventute cogitet, qua potissimum ratione magnam comparare potentiam valeat, adeo ut nullus iniuriam sibi queat inferre; haec ipsa illi, ut videtur, ineunda est via, statim ab adole-

ὡς ἔοικεν, αὐτῷ ὁδός ἐστιν, εὐθὺς ἐκ νέου ἐθίζειν αὐτὸν τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ ἄχθεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ παρασκευάζειν ὅπως ὁτιμάλιστα ὅμοιος ἔσαι ἐκείνῳ. οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτῳ τὸ μὲν μὴ ἀδικεῖσθαι καὶ μέγα δύ-
e. νασθαι (ὡς ὁ ὑμέτερος λόγος) ἐν τῇ πόλει διαπεπράξεται. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν; ἢ πολλοῦ δεῖ; εἴπερ ὅμοιος ἔσαι τῷ ἄρχοντι ὄντι ἀδικῳ, καὶ παρὰ τούτῳ μέγα δυνήσεται. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε πᾶν τοὐναντίον, οὕτωσὶ ἡ παρασκευὴ ἔσαι αὐτῷ, ἐπὶ τὸ οἷῳ τε εἶναι ὡς πλεῖσα ἀδικεῖν, καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην. ἢ γάρ; ΚΑΛ. Φαί-
p. νεται. ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μέγιστον κακὸν αὐτῷ ὑπάρξει, μοχ-
511 θηρῷ ὄντι τὴν ψυχὴν, καὶ λελωβημένῳ, διὰ τὴν μίμησιν τοῦ
a. δεσπότου καὶ δύναμιν. ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ὅποι σρέφεις ἑκάσοτε τοὺς λόγους ἄνω καὶ κάτω, ὦ Σώκρατες. ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μὴ μιμούμενον ἐκεῖνον ἀποκτενεῖ, ἐὰν βούληται, καὶ ἀφαιρήσεται τὰ ὄντα; ΣΩ. Οἶδα, ὦ γαθὲ Καλλίκλεις, (εἰ μὴ κωφός γ' εἰμὶ) καὶ σοῦ ἀκούων καὶ Πώ-

scentia se ipsum assuefacere, ut eisdem gaudeat atque doleat, quibus & dominus: atque ita se comparare, ut illi sit quam maxime similis. nonne ita? *Cal.* Ita. *So.* Hic ergo, ut praesens sermo significat, assequetur, ut iniuria inferri sibi non possit, magnamque habeat in civitate potentiam. *Cal.* Prorsus. *So.* Numquid etiam assequetur, ut iniuriam inferat nemini? an potius multum abest? siquidem iniusto principi similis erit, magnaeque auctoritatis apud eum. Verum puto, eiusmodi vitae statum huic ad id accommodatissimum esse, ut quam maxime facere iniurias possit, poenasque iniuriarum penitus devitare. nonne ita? *Cal.* Apparet. *So.* An non hic malo occupabitur maximo, cum flagitiosus sit, animumque infectum habeat ob imitationem domini similemque potentiam? *Cal.* Nescio quomodo sermonem, o Socrates, sursum deorsumque vertas. An nescis, eum qui sic imitatur, posse eum qui non imitatur, occidere, modo velit, fortunisque exspoliare? *So.* Scio equidem, o bone Callicles, nisi surdus sim: cum non solum abs te, ve-

λου ἄρτι πολλάκις, καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγου πάντων τῶν ἐν b.
τῇ πόλει. ἀλλὰ καὶ σὺ ἐμοῦ ἄκουε, ὅτι ἀποκτενεῖ μὲν, ἂν
βούληται· ἀλλὰ πονηρὸς ὢν καλὸν κἀγαθὸν ὄντα. ΚΑΛ.
Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν. ΣΩ. Οὐ νοῦν γε
ἔχοντι, ὡς ὁ λόγος σημαίνει. ἢ οἴει δεῖν τοῦτο παρασκευάζε-
σθαι ἄνθρωπον, ὡς πλεῖστον χρόνον ζῇν, καὶ μελετᾷν τὰς
τέχνας ταύτας αἳ ἡμᾶς αἰεὶ ἐκ τῶν κινδύνων σώζουσιν; ὥσ-
περ καὶ ἣν σὺ κελεύεις ἐμὲ μελετᾷν τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν τοῖς c.
δικαστηρίοις διασώζουσαν; ΚΑΛ. Ναὶ μὰ Δία ὀρθῶς γέ σοι
συμβουλεύω. ΣΩ. Τί δὲ, ὦ βέλτιστε; ἡ καὶ ἡ τοῦ νεῖν ἐπιστήμη
σεμνή τις σοι δοκεῖ εἶναι; ΚΑΛ. Μὰ Δί', οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ.
Καὶ μὴν σώζει γε καὶ αὕτη ἐκ θανάτου τοὺς ἀνθρώπους,
ὅταν εἰς τοιοῦτον ἐμπέσωσιν οὗ δεῖ ταύτης τῆς ἐπιστήμης. εἰ
δ' αὕτη σοι δοκεῖ σμικρὰ εἶναι, ἐγώ σοι μείζονα ταύτης ἐρῶ,
τὴν κυβερνητικήν· ἣ οὐ μόνον τὰς ψυχὰς σώζει ἀλλὰ καὶ τὰ d.
σώματα καὶ τὰ χρήματα ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων, ὥσπερ
ἡ ῥητορική· καὶ αὕτη μὲν προσεσταλμένην ἔχει καὶ κοσμίαν, καὶ

rum etiam a Polo paulo ante, & a ceteris ferme omnibus in civitate idem frequenter audiverim. At ipse me audi. profecto interficiet, modo velit: sed malus honestum atque bonum. *Cal.* At hoc ipsum graviter est ferendum. *So.* Non certe viro mente ac ratione praedito, ut & tuus sermo significat. An putas in hoc ipso multum ab homine laborandum, ut quam diutissime vivat, easque artes meditetur, quae nos servare semper a periculis possint? qualis rhetorica est, ad quam tu me capessendam exhortaris, eo quod in iudiciis saepe servet. *Cal.* Per Iovem tibi recte consulo. *So.* Quid vero, vir optime? nandi peritia praeclara tibi videtur? *Cal.* Non per Iovem. *So.* Attamen servat haec homines ab interitu, quoties illuc inciderint, ubi eiusmodi arte sit opus. Quod si haec tibi videtur exigua, ego maiorem hac adducam, gubernatoriam scilicet, quae non solum vitam, verum etiam corpora & pecunias ab extremis servat periculis, non secus quam rhetorica. Atque haec tamen humilis est atque modesta, non iactabunda,

οὐ σεμνύνεται ἐσχηματισμένη, ὡς ὑπερήφανόν τι διαπραττομένη. ἀλλὰ ταυτὰ διαπραττομένη τῇ δικανικῇ, ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ, οἶμαι δύ' ὀβολοὺς ἐπράξατο· ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου, ἢ ἐκ τοῦ Πόντου, ἐὰν πάμπολυ, ταύτης τῆς
e. μεγάλης εὐεργεσίας, σώσασα ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας, ἀποβιβάσασα εἰς τὸν λιμένα, δύο δραχμὰς ἐπράξατο· καὶ αὐτὸς ὁ ἔχων τὴν τέχνην, καὶ ταῦτα διαπραξάμενος, ἐκβὰς, παρὰ τὴν θάλατταν καὶ τὴν ναῦν περιπατεῖ ἐν μετρίῳ σχήματι. λογίζεσθαι γὰρ, οἶμαι, ἐπίσταται ὅτι ἄδηλόν ἐστιν οὕστινάς τε ὠφέλησε τῶν συμπλεόντων, οὐκ ἐάσας καταποντωθῆναι, καὶ οὕστινας ἔβλαψεν, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς βελτίους ἐξεβίβασεν ἢ οἷοι ἐνέ-
p. βησαν, οὔτε τὰ σώματα, οὔτε τὰς ψυχάς. λογίζεται οὖν ὅτι
512 a. οὐκ εἰ μέν τις μεγάλοις καὶ ἀνιάτοις νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνεχόμενος, μὴ ἀπεπνίγη, οὗτος μὲν ἄθλιός ἐστιν ὅτι οὐκ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ ὠφέληται· εἰ δέ τις ἄρα ἐν τῷ τοῦ σώματος τιμιωτέρῳ τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα, τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστί· καὶ τοῦτον οἰήσειεν, ἄν τε ἐκ

neque ampulloſa, quaſi magnificum quiddam atque excelſum tractet. ſed cum eadem efficiat quae rhetorica, ſi ab Aegina hucuſque nos ſervet, duos dumtaxat exigit nummos. ſi vero ex Aegypto, vel Ponto ſalva reduxerit quae modo dicebam, nos & filios uxoresque & divitias, duas drachmas expoſtulat. Atque ipſe hac arte praeditus, quive haec perfecerit, deſcendens, in litoreque ſecus mare navemque deambulans, nequaquam ſe effert, neque inflatur. animadvertit enim, ut arbitror, incertum eſſe utrum profuerit vel obfuerit illis quos ſervavit, ne fluctibus mergerentur: intelligens, ſe nihilo vel corpore, vel animo meliores reduxiſſe illos, quam acceperit ab initio navem ingredientes. Cogitat ergo, ſi quis magnis inſanabilibusque morbis corporis preſſus in mari non pereat, hunc ideo miſerum eſſe, quia non periit, nec ullam ab ipſo ſuſcepiſſe utilitatem. ſi quis autem animo, qui corpore pretioſior eſt, multos inſanabilesque habet morbos: numquid huic vi-

θαλάττης, ἂν τε ἐκ δικαστηρίου, ἐάν τε ἄλλοθεν ὁποθενοῦν
σώζῃ; ἀλλ' οἶδεν ὅτι οὐκ ἄμεινόν ἐστι ζῆν τῷ μοχθηρῷ ἀνθρώ- b.
πῳ. κακῶς γὰρ ἀνάγκη ἐστὶ ζῆν. διὰ ταῦτα οὐ νόμος ἐστὶ σεμνύνεσθαι τὸν κυβερνήτην, καίπερ σώζοντα ἡμᾶς. οὐδέ γε, ὦ θαυμάσιε, τὸν μηχανοποιὸν, ὃς οὔτε στρατηγοῦ, μὴ ὅτι κυβερνήτου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς, ἐλάττω ἐνίοτε δύναται, σώζειν. πόλεις γὰρ ἔσιν ὅτε ὅλας σώζει. μή σοι δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι. καίτοι εἰ βούλοιτο λέγειν, ὦ Καλλίκλεις, ἅπερ ὑμεῖς, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα, καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις, λέγων καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τὸ δεῖν γίγνεσθαι μηχανο- c.
ποιούς· ὡς οὐδὲν τἄλλα ἐστίν. ἱκανὸς γὰρ αὐτῷ ὁ λόγος. ἀλλὰ σὺ οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ καταφρονοῖς, καὶ τῆς τέχνης τῆς ἐκείνου· καὶ ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν· καὶ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ οὔτ' ἂν δοῦναι θυγατέρα ἐθέλοις, οὔτ' ἂν αὐτὸς λαβεῖν τὴν ἐκείνου. καίτοι ἐξ ὧν τὰ σαυτοῦ ἐπαινεῖς, τίνι δικαίῳ λόγῳ τοῦ μηχανοποιοῦ καταφρονεῖς, καὶ τῶν ἄλ-

vendum est? eique utilitatem afferret, sive ex mari, sive ex iudicio, sive aliunde quis ipsum servet? Sed profecto novit, flagitioso homini ut vivat non expedire. necesse est enim ut male vivat. Quamobrem nulla exstat lex per quam gubernator, quamvis non servet, gloriari possit, atque in honore haberi. Ceterum ipse, o vir mirifice, machinarum faber, qui nedum gubernatore, sed etiam exercitus duce, vel quovis alio non minus interdum servare potest, eo quod civitatibus interdum totis salutem praestet, numquid causidico aequiparandus esse videtur? qui, si vellet hic quemadmodum vos rem suam extollere, nimirum vos verbis obrueret, exhortans omnes ut fabri machinarum efficiantur: quasi nullius momenti sint cetera. non enim sibi deesset materia. Verumtamen hunc ipse artemque eius nihilominus contemneres, ac velut per contumeliam machinarium vocitares, nec eius filio collocare in matrimonium filiam tuam velles, neque etiam filiam tu eius ducere. Quamvis ex quibusdam rationibus facultatem tuam laudas, quonam pacto vel machinarium, vel alios, quos paulo

λων ὧν νῦν δὴ ἔλεγον; οἶδ' ὅτι φαίης ἂν βελτίων εἶναι καὶ
d. ἐκ βελτιόνων. τὸ δὲ βέλτιον εἰ μὴ ἔστιν ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐ-
τὸ τοῦτο ἐστὶν ἀρετὴ, τὸ σώζειν αὑτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, ὄντα
ὁποῖός τις ἔτυχε, καταγέλαστός σοι ὁ ψόγος γίγνεται καὶ
μηχανοποιοῦ καὶ ἰατροῦ, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ὅσαι τοῦ
σώζειν ἕνεκα πεποίηνται. ἀλλ', ὦ μακάριε, ὅρα μὴ ἄλλό τι τὸ
γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ τοῦ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ
γὰρ τοῦτο μὲν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς
e. ἄνδρα, εὐκτέον ἐστὶ, καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλὰ ἐπιτρέψαν-
τα περὶ τούτων τῷ θεῷ, καὶ πιστεύσαντα ταῖς γυναιξὶν, ὅτι
τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι, τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπτέον
τίν' ἂν τρόπον, τοῦτον ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι, ὡς ἄριστα
p. βιώσῃ· ἆρα ἐξομοιῶν αὐτὸν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ ἐν ᾗ ἂν οἰκῇ;
513 καὶ νῦν δὲ ἄρα δεῖ σε ὡσομοιότατον γίγνεσθαι τῷ δήμῳ τῶν
a. Ἀθηναίων, εἰ μέλλεις τούτῳ προσφιλὴς εἶναι, καὶ μέγα δύ-
νασθαι ἐν τῇ πόλει; τοῦδ' ὅρα εἴ σοι λυσιτελεῖ καὶ ἐμοί· ὅπως
μὴ, ὦ δαιμόνιε, πεισώμεθα ὅπερ φασὶ τὰς τὴν σελήνην κα-

ante commemoravi, iuſte poteris aſpernari? Dicturum te ſcio, meliorem eſſe te, atque ex melioribus ortum. Ipſum vero quod melius dicitur, ſi non eſt id quod ego dico, ſed hoc ipſum virtus eſt, ſervare ſe ipſum qualiscunque ſit, atque ſua: certe ridicula tibi vituperatio eſt adverſus machinarium, vel medicum, aliasve artes, quotcunque ſalutis gratia ſunt inventae. Quare, o beate, vide ne aliud ſit generoſum atque bonum, quam ſervare atque ſervari. Neque enim vivere hic quantumcunque tempus, optandum eſt viro, qui vere ſit vir: neque vita haec amanda eſt, ſed haec Deo cura relinquenda: mulieribusque adhibenda fides, quae dicunt, neminem vitare poſſe fatum. Id in primis conſideret quisque, qua ratione hoc ipſo tempore, quo vita fungitur, quam optime vivat. Nonne id fiat, ſi civibus, quibuscum vivit, perſimilem ſe praeſtet? & numquid oporteat te tunc ſimillimum evadere Athenienſium populo, ſi amicus huic ſis futurus, magnaeque inter illum auctoritatis? Conſidera igitur, utrum id tibi mihique expediat, nec-

θαιρούσας τὰς Θετταλικὰς, σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῖν ἔσαι ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει. εἰ δὲ σὺ οἴει ὑντινοῦν ἀνθρώπων παραδώσειν τέχνην τινὰ τοιαύτην, ἥτις σὲ ποιήσει μέγα δύνασθαι ἐν τῇ πόλει τῇδε, ἀνόμοιον b.
ὄντα τῇ πολιτείᾳ, εἴτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον, εἴτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς βουλεύῃ, ὦ Καλλίκλεις. οὐ γὰρ μιμητὴν δεῖ εἶναι, ἀλλ' αὐτοφυῶς ὅμοιον τούτοις, εἰ μέλλεις τι γνήσιον ἀπεργάζεσθαι εἰς φιλίαν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, καὶ ναὶ μὰ Δία τῷ Πυριλάμπους γε πρός. ὅστις οὖν σε τούτοις ὁμοιότατον ἀπεργάσεται, οὗτος σὲ ποιήσει, ὡς ἐπιθυμεῖς πολιτικὸς εἶναι, πολιτικὸν καὶ ῥητορικόν. τῷ αὐτῶν c.
γὰρ ἤθει λεγομένων τῶν λόγων ἕκαστοι χαίρουσι, τῷ δὲ ἀλλοτρίῳ, ἄχθονται. εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, ὦ φίλη κεφαλή. λέγομέν τι πρὸς ταῦτα, ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ὅντινα μοὶ τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες. πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι. ΣΩ. Ὁ δήμου γὰρ ἔρως ἐνὼν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ σῇ, ὦ Καλλίκλεις, ἀντιςατεῖ μοι·

ne: neve id nobis, o beate vir, eveniat, quod Theſſalicis mulieribus deducentibus lunam evenire tradunt, cum amiciſſimis optio nobis ſit huius potentiae. Si autem ipſe putas, quempiam hominum artem quandam eiusmodi traditurum, per quam in civitate hac potens efficiaris, quamvis gubernationi publicae ſis diſſimilis, ſive melior, ſive deterior, haudquaquam recte, ut mihi videtur, o Callicles, cogitas. Non enim imitatorem, verum ipſa natura perſimilem eſſe iis oportet, ſi magnum aliquid ad benevolentiam Athenienſis populi comparandam ſis conſecutus, ac per Iovem inſuper Pyrilampi. Quisquis igitur te his efficiet ſimilem, is faciet, quemadmodum cupis, ut civilis ſis, atque rhetoricus. Nempe omnes iis verbis, quae ſuis moribus conſentanea ſunt, delectantur, diverſisque turbantur. Niſi tu forte, o lepidum caput, aliud afferas. Dicemusne aliquid ad haec, Callicles? *Cal.* Neſcio quomodo bene dicere mihi videris, o Socrates. evenit mihi tamen, quod multis accidere aliis conſuevit: nam haud magnam tibi habeo fidem. *So.* Amor

d. ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταυτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα, πεισθήσῃ. ἀναμνήσθητι δ' οὖν ὅτι δύο ἔφαμεν εἶναι τὰς παρασκευὰς ἐπὶ τὸ ἑκάστου θεραπεύειν καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· μίαν μὲν, πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν· τὴν ἑτέραν δὲ, πρὸς τὸ βέλτιστον, μὴ καταχαριζόμενον, ἀλλὰ διαμαχόμενον. οὐ ταῦτα ἦν ἃ τότε ὡριζόμεθα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἑτέρα ἡ πρὸς ἡδονὴν, ἀγεννὴς· καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ κολακεία τυγχά-
e. νει οὖσα. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ἔστω, εἰ βούλει σὺ, οὕτως. ΣΩ. Ἡ δέ γε ἑτέρα, ὅπως ὡσβέλτιστον ἔσαι τοῦτο (εἴτε σῶμα τυγχάνει ὄν, εἴτε ψυχὴ) ὃ θεραπεύομεν. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἡμῖν ἐπιχειρητέον ἐστὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας θεραπεύειν, ὡσβελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας; ἄνευ γὰρ δὴ τούτου (ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εὑρίσκομεν) οὐδὲν ὄφελος ἄλλην εὐεργεσίαν οὐδεμίαν προσφέρειν· ἐὰν μὴ
p. καλὴ κἀγαθὴ ἡ διάνοια ᾖ τῶν μελλόντων ἢ χρήματα πολλὰ
514 λαμβάνειν, ἢ ἀρχήν τινων, ἢ ἄλλην δύναμιν ἡντινοῦν. θῶμεν
a. οὕτως ἔχειν; ΚΑΛ. Πάνυ γε, εἴ σοι ἥδιον. ΣΩ. Εἰ οὖν

populi, o Callicles, tuo inſitus animo, reſiſtit mihi. verum ſi ſaepius meliusque haec eadem conſideraverimus, tibi forte probabilia videbuntur. Recordare igitur, duas a nobis narratas eſſe praeparationes, tam ad corpus, quam ad animum pertinentes. quarum altera quidem tendat ad voluptatem: altera vero ad id quod melius eſt, non gratificans, ſed repugnans. Nonne haec in ſuperioribus definivimus? *Cal.* Prorſus. *So.* Et quae declinat ad voluptatem, ſervilis, neque quidquam aliud quam adulatio eſt. nonne ita? *Cal.* Eſto, ſi quidem ita tibi placet. *So.* Altera vero ſtudet, ut quam optimum fiat, ſive anima ſit, ſive corpus, id quod curamus. *Cal.* Omnino. *So.* Igitur ſic reipublicae civiumque capeſſenda nobis eſt cura, ut cives ipſos bonos efficiamus. alioquin, quemadmodum ſuperius invenimus, nihil prodeſt beneficium aliud conferre, niſi honeſta & bona ſit mens eorum, qui accepturi ſunt vel pecunias multas, vel imperium, vel aliam quamlibet poteſtatem. Ponemus ſic eſſe, necne? *Cal.* Prorſus, ſi tibi placet. *So.* Si ergo nos

παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὦ Καλλίκλεις, δημοσία πράξοντες
τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, ἐπὶ τὰ οἰκοδομικὰ, ἢ τειχῶν, ἢ
νεωρίων, ἢ ἱερῶν ἐπὶ τὰ μέγιστα οἰκοδομήματα, πότερον ἔδει
ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ἐξετάσαι, πρῶτον μὲν
εἰ ἐπιστάμεθα τὴν τέχνην ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα τὴν οἰκοδομικὴν, b.
καὶ παρὰ τοῦ ἐμάθομεν; ἔδει ἄν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ.
Οὐκοῦν δεύτερον αὖ τόδε, εἴτι πώποτε οἰκοδόμημα ᾠκοδομή-
καμεν ἰδίᾳ, ἢ τῶν φίλων τινί, ἢ ἡμέτερον αὐτῶν· καὶ τοῦτο
τὸ οἰκοδόμημα, καλὸν ἢ αἰσχρόν ἐστι. καὶ εἰ μὲν εὑρίσκομεν
σκοπούμενοι, διδασκάλους τε ἡμῶν ἀγαθοὺς καὶ ἐλλογίμους
γεγονότας, καὶ οἰκοδομήματα πολλὰ μὲν καὶ καλὰ μετὰ
τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα ἡμῖν, πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἡμῶν, c.
ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων ἀπηλλάγημεν, οὕτω μὲν διακειμένων,
νοῦν ἐχόντων ἦν ἂν ἰέναι ἐπὶ τὰ δημόσια ἔργα· εἰ δὲ μήτε δι-
δάσκαλον εἴχομεν ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδεῖξαι, οἰκοδομήματά τε,
ἢ μηδὲν, ἢ πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια· οὕτω δὴ ἀνόητον ἦν δή
που ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις, καὶ παρακαλεῖν ἀλλή-
λους ἐπ' αὐτά. φῶμεν ταῦτα ὀρθῶς λέγεσθαι, ἢ οὔ; ΚΑΛ.

invicem, o Callicles, cohortaremur, publice civilia pertractantes, ad murorum, vel navalium, vel templorum ingentia aedificia: numquid neceſſe eſſet, conſiderare nos ipſos atque diſpicere, primum quidem an eius artis peritiam habeamus, necne, & a quo didicerimus? An ita oporteret id fieri, aut minus? *Cal.* Prorſus. *So.* Secundo vero, ſi quando privatim nobis, vel amicis, aliquod conſtruximus aedificium, idne pulchrum ſit vel turpe. Quod ſi invenerimus, magiſtros nobis bonos praeſtantesque fuiſſe, multaque aedificia atque praeclara, tum una cum magiſtris, tum a nobis ipſis privatim, poſteaquam a magiſtris ſoluti ac liberati fuimus, aedificata, tunc demum rationi conſentaneum eſſet, ad publica negotia nos conferre. At ſi neque magiſtrum noſtrum poſſemus oſtendere; aedificia quoque aut nulla, aut non bene conſtructa: ſtultum certe foret, opera aggredi publica, nosque ad illa invicem cohortari. Fatemur recte haec dici, necne? *Cal.* Prorſus. *So.* Nonne ſimiliter &

d. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω πάντα τὰ τε ἄλλα, κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν, παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες, ἐπισκεψώμεθα δή που ἂν ἔγωγε σὲ καὶ σὺ ἐμέ· φέρε πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; ἢ εἰ δή τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος. κἂν ἐγὼ, οἶμαι, περὶ σοῦ ἕτερα τοιαῦτα ἐσκόπουν. καὶ εἰ μὴ εὑρίσκομεν δι' ἡμᾶς μηδένα βελ-
e. τίω γεγονότα τὸ σῶμα, μήτε τῶν ξένων, μήτε τῶν ἀστῶν, μήτε ἀνδρα, μήτε γυναῖκα, πρὸς Διὸς, ὦ Καλλίκλεις, οὐ καταγέλαστον ἂν ἦν τῇ ἀληθείᾳ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐλθεῖν ἀνθρώπους, ὥστε πρὶν ἰδιωτεύοντας πολλὰ μὲν ὅπως ἐτύχομεν ποιῆσαι, πολλὰ δὲ κατορθῶσαι, καὶ γυμνάσασθαι ἱκανῶς τὴν τέχνην, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν, καὶ αὐτούς τε δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν, καὶ ἄλλους τοιούτους παρακαλεῖν; οὐκ ἀνόητον σοὶ δοκῇ ἂν εἶναι οὕτω πράττειν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Νῦν δὲ,
p. ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, ἐπειδὴ σὺ μὲν αὐτὸς ἄρτι ἄρχῃ πράττειν
515 a. τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐμὲ δὲ παρακαλεῖς, καὶ ὀνειδί-

in ceteris omnibus: atque si in civilium rerum tractatione nos invicem hortaremur, quasi idonei simus medici, examinare nos mutuo hunc in modum conveniet: Age per deos, ipse Socrates, quonam pacto affectum ad sanitatem corpus habeo, vel quisnam alius Socratis opera evasit a morbo, sive liber, sive servus? & me quidem de te eadem ratione iudicare decet: atque nisi aliquem per nos vel peregrinorum, vel civium, sive virum sive mulierem, sanatum esse comperiamus, per Iovem valde ridiculum foret, eo amentiae provehi, ut nullis privatim tentatis, nullisque perfectis rebus, necdum arte exercitata, figulariam, ut dici solet, in dolio discere aggrediamur, & ipsi ad rempublicam accedentes, & ad eam alios provocantes. Nonne id conari stulti hominis esse putares? *Cal.* Nimirum. *So.* At, o virorum optime, cum nuper administrare rempublicam coeperis, ac me insuper exhorteris, quodque id non faciam, reprehendas, nonne ita inter nos considerare debemus? Agedum,

ζεις ὅτι οὐ πράττω, οὐκ ἐπισκεψόμεθα ἀλλήλους; φέρε, Καλλικλῆς ἤδη τίνα βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν; ἔστιν ὅστις πρότερον πονηρὸς ὢν, ἄδικός τε καὶ ἀκόλαστος, καὶ ἄφρων, διὰ Καλλικλέα καλός τε κἀγαθὸς γέγονεν, ἢ ξένος, ἢ ἀστὸς, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος; λέγε μοι, ἐάν τις σὲ ταῦτα ἐξετάζῃ, b. ὦ Καλλίκλεις, τί ἐρεῖς; τίνα φήσεις βελτίω πεποιηκέναι ἄνθρωπον τῇ συνουσίᾳ τῇ σῇ; ὁκνεῖς ἀποκρίνασθαι εἰπερ ἐστὶ τοιόνδε τι ἔργον σὸν ἔτι ἰδιωτεύοντος, πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν; ΚΑΛ. Φιλόνεικος εἶ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλ' οὐ Φιλονεικίᾳ γε ἐρωτῶ, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς βουλόμενος εἰδέναι ὄντινά ποτε τρόπον οἴει δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν· ἢ ἄλλου του ἄρα ἐπιμελήσῃ ἡμῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἢ ὅπως ὡτιβέλτιστοι οἱ πολῖται ὦμεν. ἢ οὐ πολλάκις ἤδη ὡμολο- c. γήκαμεν τοῦτο δεῖν πράττειν τὸν πολιτικὸν ἄνδρα; ὡμολογήκαμεν, ἢ οὔ; ἀποκρινου. Ὡμολογήκαμεν· ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀποκρινοῦμαι. Εἰ τοίνυν τοῦτο δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα παρασκευάζειν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, νῦν μοι ἀναμνησθεὶς εἰπὲ περὶ ἐκείνων

quemnam ſuorum civium Callicles reddidit meliorem? eſtne quisquam, qui cum antea improbus, & iniuſtus, & incontinens atque imprudens eſſet, tandem vero Calliclis opera honeſtus bonusque evaſerit, ſive peregrinus, ſive civis, ſive ſervus, ſive liber? Dic, ſi quis id abs te exigat, quidnam ſis reſponſurus? quem adduces aliquando factum tua conſuetudine meliorem? an exponere piget, ſi aliquod eiusmodi eſt opus privatim a te confectum prius, quam ad rempublicam te conferres? *Cal.* Contentioſus es, Socrates. *So.* At non contentionis cauſa id requiro, ſed revera cupiditate diſcendi quemadmodum adminiſtranda nobis publica negotia cenſeas: an alia curanda ſunt rempublicam adeuntibus, quam ut optimi cives efficiantur: an non ſaepius iam confeſſi ſumus, id eſſe civili homini faciendum? Num confeſſi ſumus? Reſponde, quaeſo. Profecto confeſſi ſumus, ut ego pro te reſpondeam. Si igitur ad id in ſua civitate virum bonum incumbere decet, nunc in memoriam revocans mihi dicas velim, numquid illi, quos paulo ante comme-

τῶν ἀνδρῶν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες, εἰ ἔτι σοι δοκοῦσιν
d. ἀγαθοὶ πολῖται γεγονέναι, Περικλῆς καὶ Κίμων, καὶ Μιλτιάδης, καὶ Θεμιστοκλῆς. ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγαθοί, δηλονότι ἕκαστος αὐτῶν βελτίους ἐποίει τοὺς πολίτας ἀντὶ χειρόνων. ἐποίει, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἐποίει. ΣΩ. Οὐκοῦν ὅτε Περικλῆς ἤρχετο λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, χείρους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ἢ ὅτε τὰ τελευταῖα ἔλεγεν; ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩ. Οὐκ ἴσως δεῖ, ὦ βέλτιστε· ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὁμολογημένων,
c. εἴπερ ἀγαθός γ' ἦν ἐκεῖνος πολίτης. ΚΑΛ. Τι οὖν δή; ΣΩ. Οὐδέν. ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ ἐπὶ τούτῳ, εἰ λέγουσι Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέα βελτίους γεγονέναι, ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου. ταυτὶ γὰρ ἐγὼ γε ἀκούω Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους, ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους, καὶ φιλαργύρους, εἰς μισθοφορὰν πρῶτον καταστήσαντα. ΚΑΛ. Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων ἀκούεις ταῦτα, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλὰ τάδε οὐκέτι ἀκούω, ἀλλὰ οἶδα σαφῶς καὶ ἐγὼ καὶ σὺ, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον εὐδοκίμει Περικλῆς, καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δί-

morasti, adhuc tibi boni cives fuisse videantur, Pericles, Cimon, Miltiades, Themistocles. *Cal.* Mihi quidem. *So.* Nonne, si fuere boni, unusquisque illorum cives ex deterioribus reddidit meliores? nonne ita? *Cal.* Ita. *So.* Si ita est, ergo quando Pericles primo orare coepit ad populum, deteriores erant Athenienses, quam cum postremam ad eos habuit orationem. *Cal.* Forsitan. *So.* Non licet, vir optime, dicere forsitan. nam ex his quae concessimus, necessario sequitur: si quidem bonus ille civis fuit. *Cal.* Quid tum? *So.* Nihil. verum ad haec id mihi dicas: numquid dicantur Athenienses Periclis opera meliores esse redditi, aut omnino contra ab illo corrupti. sane Periclem audio Athenienses fecisse pigros, timidos, loquaces, avaros: primumque mercenaria stipendia induxisse. *Cal.* Ab his qui fractas habent aures haec audis, o Socrates. *So.* At haec non amplius audio, sed apertissime scimus uterque: videlicet Periclem ab initio magno in pretio fuisse habitum, neque turpem sententiam adversus eum ullam tulisse Athenienses, dum

κην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἡνίκα χείρους ἦσαν· ἐπειδὴ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεισαν ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου Περικλέους, κλοπὴν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο· ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου ἐτίμησαν, δηλονότι ὡς πονηροῦ ὄντος. ΚΑΛ. Τί οὖν; τούτου ἕνεκα κακὸς ἦν Περικλῆς; ΣΩ. Ὀνῶν γοῦν ἂν ἐπιμελητής, καὶ ἵππων καὶ βοῶν, τοιοῦτος ὢν, κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας, μηδὲ κυρίττοντας, μηδὲ δάκνοντας, ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας διὰ ἀγριότητα. ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν ὁτουοῦν ζώου, ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα, ἀποδείξῃ ἀγριώτερα ἢ παρέλαβε; δοκεῖ, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυ γε, ἵνα σοὶ χαρίσωμαι. ΣΩ. Καὶ τόδε τοίνυν μοι χάρισαι ἀποκρινάμενος, πότερον καὶ ὁ ἄνθρωπος ἓν τῶν ζώων ἐστὶν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνθρώπων Περικλῆς ἐπεμέλετο; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἐδει αὐτοὺς, ὡς ἄρτι ὡμολογοῦμεν, δικαιοτέρους γεγονέναι ἀντὶ ἀδικωτέρων ὑπ' ἐκείνου; εἴπερ ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο αὐτῶν, ἀγαθὸς ὢν τὰ πολιτικά; ΚΑΛ.

p. 516 a.

b.

c.

pravi erant: poſtquam vero honeſti & boni ab ipſo facti ſunt, in extremo eius vitae furti ipſum condemnaviſſe; parumque abfuiſſe, quin ultimo ſupplicio quaſi malum virum afficerent. *Cal.* Quid tum? malusne propterea Pericles vir exſtitit? *So.* Talis quidem aſinorum curator & equorum atque boum malus videretur, ſi cum eos acceperit neque calcitroſos, neque cornu petentes, neque mordaces, effecerit ut haec ob feritatem habeant vitia. an non tibi videtur ille cuiuslibet animalis malus eſſe curator, qui cum acceperit manſuetum, magis ferum reddiderit, quam accepit? Videtur tibi, necne? *Cal.* Concedo equidem, ut tibi gratum faciam. *So.* In hoc praeterea gratificare mihi, reſpondens, utrum homo unum ſit animalium, necne. *Cal.* Quidni? *So.* Nonne hominum curam Pericles habebat? *Cal.* Habebat. *So.* Quid ergo? an non oportebat ipſos, quemadmodum modo conſenſimus, iuſtiores ex iniuſtioribus ab illo fuiſſe factos? ſi quidem ille qui curabat eos, in rebus civilibus peritus erat. *Cal.* Prorſus. *So.* Nonne iuſti manſueti ſunt,

Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν οἵγε δίκαιοι, ἤμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος. σὺ δὲ τί φῄς; οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε· καὶ ταῦτ', εἰς αὐτόν· ὃ ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο. ΚΑΛ. Βούλει σοι ὁμολογήσω; ΣΩ. Εἰ δοκῶ γε σοὶ ἀληθῆ λέγειν. ΚΑΛ. Ἔσω δὴ ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγριωτέρους, ἀδικωτέρους τε καὶ
d. χείρους; ΚΑΛ. Ἔσω. ΣΩ. Οὐκ ἄρ' ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ Περικλῆς ἦν, ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ΚΑΛ. Οὐ σύ γε φῄς. ΣΩ. Μὰ Δί' οὐδέ γε σὺ, ἐξ ὧν ὡμολόγεις. πάλιν δὲ λέγε μοι περὶ Κίμωνος. οὐκ ἐξωσράκισαν αὐτὸν οὗτοι οὓς ἐθεράπευεν; ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; καὶ Θεμιστοκλέα ταυτὰ ταῦτα ἐποίησαν, καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν; Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφί-
e. σαντο· καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν. καίτοι οὗτοι, εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς σὺ φῄς, οὐκ ἄν ποτε ταῦτα ἔπασχον. οὐκοῦν οἵγε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ' ἀρχὰς μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν ἐκ τῶν ζευγῶν, ἐπειδὰν δὲ θεραπεύσωσι τοὺς ἵπ-

ut ait Homerus? tu vero quid ais? nonne similiter? *Cal.* Aio. *So.* Verumtamen feros magis ipsos reddidit quam acceperat: idque adversus se ipsum; quod quidem minime voluisset. *Cal.* Visne tibi assentiar? *So.* Si videor tibi vera loqui. *Cal.* Sint ista. *So.* Proinde si magis feros, ergo iniustiores atque deteriores. *Cal.* Esto. *So.* Quamobrem non bonus ad rempublicam administrandam civis Pericles erat, ut ratio haec ostendit. *Cal.* Non, ut ipse ais. *So.* Per Iovem, neque ut tu inquis, per ea quae confiteris. Rursus autem mihi de Cimone dicas. nonne relegaverunt eum illi quos ipse curaverat, ut vocem eius decennio non audirent? Praeterea adversus Themistoclem idem fecerunt, atque exsilio insuper damnavere. Miltiadem vero, qui in Marathone pugnavit, in carceris barathrum detrudere decreverunt: ac nisi obstitisset magistratus, procul dubio incidisset. At vero si boni, ut tu ais, hi fuissent viri, talia nunquam illis accidissent. Etenim aurigae boni, nequaquam ab initio quidem de iugis non excidunt: postquam vero equos curaverint, eiusque

πους, καὶ αὐτοὶ ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι, τότ' ἐκπίπτουσιν. οὐκ ἔστι ταῦτ' οὔτ' ἐν ἡνιοχείᾳ, οὔτ' ἐν ἄλλῳ ἔργῳ οὐδενί. ἢ δοκεῖ σοι; ΚΑΛ. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀληθεῖς ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι οὐδένα ἡμεῖς ἴσμεν ἄνδρα ἀγα- p.
θὸν γεγονότα τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει· σὺ δὲ ὡμολόγεις 517
τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν· καὶ προείλου τούτους τοὺς ἄνδρας· οὗτοι δὲ ἀνεφάνησαν ἐξίσου τοῖς νῦν ὄντες. ὥστε εἰ οὗτοι ῥήτορες ἦσαν, οὔτε τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο, (οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον) οὔτε τῇ κολακικῇ. ΚΑΛ. Ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ, ὦ Σώκρατες, μήποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργάσηται οἷα τούτων ὅς βούλει εἴργασαι. ΣΩ. Ὦ b.
δαιμόνιε, οὐδ' ἐγὼ ψέγω τούτους, ὡς γε διακόνους εἶναι πόλεως· ἀλλά μοι δοκοῦσι τῶν γε νῦν διακονικώτεροι γεγονέναι, καὶ μᾶλλον οἷοίτε ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν ἐπεθύμει. ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, πείθοντες, καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο ὅθεν ἔμελλον ἀμείνους ἔσεσθαι οἱ πο-

artis fuerint peritiores, tunc excidunt. id enim neque in aurigaria, neque in alio quovis opere accidere solet. An tibi videtur? *Cal.* Minime. *So.* Vera igitur erant quae a nobis in superioribus dicebantur, nullum videlicet in hac civitate nos virum scire exstitisse, qui in republica bonus civis esset habendus. tu vero confessus es, nullum ex his qui nunc sunt, esse talem: ex his autem qui praecesserunt, exstitisse nonnullos, atque inter eos quidem hos viros prae ceteris elegisti. hi vero non aliter se habere hac in re, quam qui nunc sunt Rhetores, apparuerunt. Quapropter si hi oratores fuerunt, neque vera rhetorica usi sunt, (alioquin nunquam cecidissent) neque adulatoria. *Cal.* Multum tamen abest, o Socrates, ut quisquam eorum qui nunc sunt talia gesserit, qualia istorum quivis gessit. *So.* O beate, nec ego, quantum ad civitatis administrationem pertinet, istos vitupero: immo vero hac in re mihi videntur diligentiores quam hi nostri fuisse, aptioresque ad illa conficienda, quae civitas cupiebat. verum in eo, quod castigare civium cupiditates oporteat, neque illis obsecundare, & per-

λῖται, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι. ὅπερ μό-
c. νον ἔργον ἐςὶν ἀγαθοῦ πολίτου. ναῦς δὲ καὶ τείχη καὶ νεώρια,
καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, καὶ ἐγώ σοι ὁμολογῶ δεινοτέρους
εἶναι ἐκείνους τούτων ἐκπορίζειν. Πρᾶγμα οὖν γελοῖον ποιοῦ-
μεν ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τοῖς λόγοις. ἐν παντὶ γὰρ τῷ χρόνῳ ὃν
διαλεγόμεθα, οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιφερόμενοι,
καὶ ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ, τι λέγομεν. ἐγὼ οὖν σε πολλάκις
οἶμαι ὡμολογηκέναι, καὶ ἐγνωκέναι, ὡς ἄρα διττὴ αὕτη τὶς
d. ἡ πραγματεία ἐςὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν· καὶ
ἡ μὲν ἑτέρα, διακονικὴ ἐςὶν, ἣ δυνατὸν εἶναι ἐκπορίζειν, ἐὰν
μὲν πεινῇ τὰ σώματα ἡμῶν, σιτία· ἐὰν δὲ διψῇ, ποτά· ἐὰν
δὲ ῥιγῷ, ἱμάτια, ςρώματα, ὑποδήματα, ἄλλα ὧν ἔρχεται
σώματα εἰς ἐπιθυμίαν. καὶ ἐξεπιτηδες δέ σοι διὰ τῶν αὐτῶν
εἰκόνων λέγω, ἵνα ῥᾷον καταμάθῃς. τούτων γὰρ πορισικὸν
εἶναι, ἢ κάπηλον ὄντα, ἢ ἔμπορον, ἢ δημιουργόν του αὐτῶν
e. τούτων, σιτοποιὸν, ἢ ὀψοποιὸν, ἢ ὑφάντην, ἢ σκυτοτόμον, ἢ
σκυτοδεψὸν, οὐδὲν θαυμαςὸν ἐςιν, ὄντα τοιοῦτον, δόξαι τε καὶ

suadendo & cogendo ad hoc ipsum perducere unde meliores reddantur cives, nihil, ut ita loquar, inter hos atque illos interest: quod quidem solum est boni civis officium. Attamen tibi confiteor, illos his aptiores fuisse ad naves, navalia, moenia, aliaque eiusmodi multa reipublicae comparanda. In rem ergo ridiculam disputando revoluti sumus. siquidem in omni hac disputatione in idem assidue circumferimur, quid dicamus ignari. Ego enim te saepius concessisse arbitror atque cognovisse, geminam hanc esse facultatem circa corpus & circa animam curatricem. & alteram quidem ministram, per quam quae corpus cupiat, comparentur: veluti si famescat, cibi; si sitiat, potus; si frigeat, vestes, stragula, calcei, ceteraque quae ad usum corporis exiguntur. Et profecto dedita opera easdem per imagines tibi loquor, ut facilius intelligas, horum esse paratorem, vel cauponem, vel mercatorem, aut opificem alicuius istorum, videlicet pistorem, aut coquum, aut textorem, aut calceorum sutorem, infectoremque coriorum: nec mirum est,

αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεραπευτὴν εἶναι σώματος, παντὶ τῷ μὴ εἰδότι ὅτι ἐσί τις παρὰ ταύτας ἁπάσας τέχνη γυμναστική τε καὶ ἰατρική, ἧ δὴ τῷ ὄντι ἐσὶ σώματος θεραπεία· ἥπερ καὶ προσήκει τούτων ἄρχειν πασῶν τῶν τεχνῶν, καὶ χρῆσθαι τοῖς τούτων ἔργοις· διὰ τὸ εἰδέναι ὅ, τι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρὸν τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστὶν εἰς ἀρετὴν σώματος, τὰς δ' ἄλλας πάσας ταύτας ἀγνοεῖν. διὸ δεῖ καὶ ταύτας μὲν, δουλοπρεπεῖς τε καὶ διακονικὰς καὶ ἀνελευθέρους εἶναι περὶ σώματος πραγματείαν, τὰς ἄλλας τέχνας· τὴν δὲ γυμναστικὴν καὶ ἰατρικὴν, κατὰ τὸ δίκαιον, δεσποίνας εἶναι τούτων. ταυτὰ οὖν ταῦτα ὅτι ἐσὶ καὶ περὶ ψυχὴν, τοτὲ μέν μοι δοκεῖς μανθάνειν ὅτι λέγω· καὶ ὁμολογεῖς, ὡς εἰδὼς ὅ, τι ἐγὼ λέγω· ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων ὅτι ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοὶ γεγόνασι πολῖται ἐν τῇ πόλει. καὶ ἐπειδὰν ἐγὼ ἐρωτῶ οἵτινες, δοκεῖς μοι ὁμοιοτάτους προτείνεσθαι ἀνθρώπους περὶ τὰ πολιτικὰ, ὥσπερ ἂν εἰ περὶ τὰ γυμναστικὰ ἐμοῦ ἐρωτῶντος οἵτινες ἀγαθοὶ γεγόνασιν ἢ εἰσὶ σωμάτων θεραπευταὶ, ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων, Θεα-

p. 518 a. b.

eum qui talis sit, videri corporis curatorem, tam sibi quam aliis imperitis: esse praeterea artem quandam gymnasticam atque medicinam, in quibus curatio corporis revera consistit: quam decet huiusmodi artibus imperare, earumque operibus uti, propterea quod scientiam habeat boni atque mali, quantum ad corporis pertinet alimenta atque valetudinem: quod quidem ab his aliis omnibus ignoratur. quam ob causam dicendum est, has quidem serviles, ministrasque, & illiberales esse circa corporis cultum: gymnasticam vero & medicinam his merito dominari. Haec igitur eadem esse etiam circa animum, videris mihi interdum cognoscere: mihique concedis, tanquam quid dicam intelligas. Verum paulo post adducis in medium, viros praeclaros & bonos in hac civitate quondam fuisse: atque me quaerente, quinam isti fuerint, videris similimos proferre homines circa rempublicam, ac si me percontante, quinam fuerint aut sint boni circa gymnasticam corporum curatores, responderes mox, idque serio, Thearion pistor, & Mithaecus,

ριων ὁ ἀρτοτοιὸς, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος· ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταὶ, ὁ μὲν, ἄρτους θαυ-
c. μαστοὺς παρασκευάζων· ὁ δὲ, ὄψον· ὁ δὲ, οἶνον. ἴσως ἂν οὖν ἠγανάκτεις εἴ σοι ἔλεγον ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπε, ἐπαΐεις οὐδὲν περὶ γυμναστικῆς. διακόνους μοὶ λέγεις καὶ ἐπιθυμιῶν παρασκευαστὰς ἀνθρώπους, οὐκ ἐπαΐοντας καλὸν κἀγαθὸν οὐδὲν περὶ αὐτῶν· οἳ, ἂν οὕτω τύχωσιν, ἐμπλήσαντες καὶ παχύναντες τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, ἐπαινούμενοι ὑπ' αὐτῶν, προσαπολλύουσιν αὐτῶν καὶ τὰς ἀρχαίας σαρκὰς. οἱ δ' οὖν
d. δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἐσιῶντας αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι καὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν ἀρχαίων σαρκῶν· ἀλλ' οἳ ἂν αὐτοῖς τύχωσι τότε παρόντες καὶ συμβουλεύοντές τι. ὅταν δὲ αὐτοῖς ἥκῃ ἡ τότε πλησμονὴ νόσον φέρουσα συχνῷ ὕστερον χρόνῳ, ἅτε ἄνευ τοῦ ὑγιεινοῦ γεγονυῖα, τούτους αἰτιάσονται καὶ ψέξουσι, καὶ κακόν τι ποιήσουσιν, ἂν οἷοίτ' ὦσι· τοὺς δὲ προτέρους ἐκείνους καὶ αἰτίους τῶν κακῶν ἐγκωμιάσουσι.
e. καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, ὁμοιότατον τούτῳ ἐργάζῃ· ἐγκω-

qui de Siculorum arte coquinaria ſcripſit, & Sarambus caupo: quaſi hi mirabiles corporum cultores exſtiterint: quorum hic ſuaves panes, ille epulas, ille vinum praeparabat. Fortaſſe igitur indigne ferres, ſi gymnaſticam te non intelligere dicerem. nam miniſtros in medium affers, cupiditatumque paratores, qui quid honeſtum bonumve ſit in his, nequaquam diiudicant, ſed utcumque contingit, corpora hominum implent, eaque ſaginant. hi laudantur ab ipſis, cum tamen ob nimiam impletionem carnes ipſorum veteres abſumſerint. Atque poſtea cum ingruunt morbi, qui ita nutriti ſunt, eos quidem, qui deinceps conſuluerunt, ob ignorantiam accuſant: eos vero qui ad libidinem nutrivere, nequaquam. cum, inquam, repletio talis tanquam immoderata tandem infert morbum, tunc praeſentes conſultores criminantur & improbant, atque inſuper ſi queant, malo afficiunt: priores vero illos, qui cauſam morbi dedere, laudibus efferunt. Et tu nunc, o Callicles, ſimillimum

μιάζεις ἀνθρώπους, οἳ τοιούτους εἰσιάκασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν· καί φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς· ὅτι δὲ οἰδεῖ καὶ ὕπουλός ἐσι δι' ἐκείνους τοὺς παλαιοὺς, οὐκ αἰσθάνονται. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης, λιμένων, p.
καὶ νεωρίων, καὶ τειχῶν, καὶ φόρων, καὶ τοιούτων φλυα- 519
ριῶν, ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν. ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ a.
αὕτη τῆς ἀσθενείας, τοὺς τότε παρόντας αἰτιάσονται συμβούλους, Θεμιστοκλέα δὲ καὶ Κίμωνα καὶ Περικλέα ἐγκωμιάσουσι, τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν· σοῦ δὲ ἴσως ἐπιλήψονται, ἐὰν μὴ εὐλαβῇ, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου, ὅταν καὶ τὰ ἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο· οὐκ αἰτίων ὄντων τῶν κακῶν, ἀλλ' ἴσως συναιτίων. καίτοι ἔγωγε b.
ἀνόητον πρᾶγμα καὶ νῦν ὁρῶ γιγνόμενον, καὶ ἀκούω τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πέρι. αἰσθάνομαι γὰρ, ὅταν ἡ πόλις τινὰ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μεταχειρίζηται ὡς ἀδικοῦντα, ἀγανακτούντων καὶ σχετλιαζόντων ὡς δεινὰ πάσχουσι, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τὴν πόλιν πεποιηκότες. ἆρα ἀδίκως ὑπ' αὐτῆς

quiddam facis, dum eos laudas qui hos nutrivere, atque his rebus quarum cupido inceſſerat, implevere: quos aiunt magnam effeciſſe civitatem: quod autem tumens & intus male ſana iam ſit ob antiquos illos non ſentiunt. absque enim temperantia & iuſtitia, portibus, navalibus, moenibus, tributis, vectigalibus, & huiusmodi nugis civitatem hanc impleverunt. Quando igitur morbus erumpit, tunc illi qui in praeſentia gubernant rempublicam improbantur. Themiſtocles vero ipſe, & Cimo, & Pericles, qui malorum cauſa fuere, laudantur. Quamobrem tu forſitan, niſi caveas, capieris, & amicus meus Alcibiades, quando praeter illa quae acquiſita erant, vetera quoque fuerint amiſſa: quamvis malorum cauſa vos non ſitis, ſed una cum ceteris cauſa. Atqui ego rem ſtultam & nunc cerno, & de antiquis illis audio. ſentio enim, quando civitas aliquem ex his qui in republica verſantur, iniuſtitiae damnare aggreditur, graviter eos ferre atque diſcruciari animo, quaſi iniqua patiantur qui beneficia in rempublicam multa contulerint.

ἀπόλλυνται, ὡς ὁ τούτων λόγος; τὸ δὲ ὅλον ψεῦδός ἐστι. προ-
c. σάτης γὰρ πόλεως οὐδ' ἂν εἷς ποτε ἀδίκως ἀπόλοιτο ὑπ' αὐ-
τῆς τῆς πόλεως ἧς προστατεῖ. κινδυνεύει γὰρ ταυτὸν εἶναι, ὅσοι
τε πολιτικοὶ προσποιοῦνται εἶναι, καὶ ὅσοι σοφισταί. καὶ γὰρ οἱ
σοφισταὶ, τἄλλα σοφοὶ ὄντες, τοῦτο ἄτοπον ἐργάζονται πρᾶγ-
μα. φάσκοντες γὰρ ἀρετῆς διδάσκαλοι εἶναι, πολλάκις κα-
τηγοροῦσι τῶν μαθητῶν, ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς αὐτοὺς, τούς τε
μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες, εὖ
d. παθόντες ὑπ' αὐτῶν. καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον
εἴη πρᾶγμα; ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους,
ἐξαιρεθέντας μὲν ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, σχόντας δὲ
δικαιοσύνην, ἀδικεῖν τούτῳ ὃ οὐκ ἔχουσιν; οὐ δοκεῖ σοι τοῦτο
ἄτοπον εἶναι, ὦ ἑταῖρε; ὡς ἀληθῶς δημηγορεῖν με ἠνάγκα-
σας, ὦ Καλλικλεις, οὐκ ἐθέλων ἀποκρινασθαι. ΚΑΛ. Σὺ
δ' οὐκ ἂν οἶδ' εἴης λέγειν, εἰ μή τις σοὶ ἀποκρίνοιτο; ΣΩ.
e. Ἐοικά γε. νῦν γοῦν συχνοὺς τείνω τῶν λόγων, ἐπειδή μοι
οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνασθαι. ἀλλ', ὦ γαθὲ, εἰπὲ πρὸς Φιλίου, οὐ

Nempe aiunt, iniuſte ſe ab illa damnari. quod omnino falſum eſt. Nunquam enim reipublicae gubernator iniuſte damnatur ab ea, cui praeeſt, civitate. Videtur autem idem evenire his qui in republica verſantur, atque ſophiſtis. Sophiſtae enim, quamvis in ceteris ſapientes, in hoc tamen uno abſurde ſe gerunt, quod cum ſe docere virtutes affirment, ſaepe tamen diſcipulos velut ingratos accuſant atque iniuſtos, qui cum bona ab eis reportarint, mercedem tamen nullam aut gratiam referant. quo quidem ſermone nihil a ratione eſt alienius, quod videlicet viri boni iuſtique facti, & ab iniuſtitia praeceptoris opera remoti, atque iuſtitia praediti, iniurias ea ipſa iniuſtitia quam non habent praeceptoribus inferant. an non videtur tibi, o amice, id abſurdum? Revera concionari me coëgiſti, dum reſpondere recuſas. *Cal.* Tu vero per te ipſum dicere non potes, niſi quis tibi reſpondeat? *So.* Videor equidem: & nunc frequentes iam extendo ſermones, dum ipſe mihi non reſpondere dignaris. Sed, o bone vir, per Iovem amicabilem, mihi

δοκεῖ σοι ἄλογον εἶναι, ἀγαθὸν φάσκοντα πεποιηκέναι τινὰ, μέμφεσθαι τούτῳ, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀγαθὸς γεγονώς τε καὶ ὢν, ἔπειτα πονηρός ἐσιν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀκούεις τοιαῦτα λεγόντων τῶν φασκόντων παιδεύειν ἀνθρώπους εἰς ἀρετήν; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ἀλλὰ τί ἂν λέγοις ἀνθρώπων περὶ οὐδενὸς ἀξίων; ΣΩ. Τί δ' ἂν περὶ ἐκείνων λέγοις, οἳ φάσκοντες προεφάναι τῆς πόλεως, καὶ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς βελτίση ἔσαι, πάλιν αὐτῆς κατηγοροῦσιν ὅταν τύχωσιν, ὡς πονηροτάτης; οἴει τι διαφέρειν τούτους ἐκείνων; ταυτὶν, ὦ μακάρι', ἐσὶν σοφισὴς καὶ ῥήτωρ, ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον· ὥσπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον. σὺ δὲ δι' ἄγνοιαν, τὸ μὲν, πάγκαλόν τι οἴει εἶναι, τὴν ῥητορικήν· τοῦ δὲ καταφρονεῖς. τῇ δὲ ἀληθείᾳ κάλλιόν ἐσι σοφισικὴ ῥητορικῆς, ὅσῳπερ νομοθετικὴ δικαςικῆς, καὶ γυμναςικὴ ἰατρικῆς. μόνοις δ' ἔγωγε καὶ ὤμην τοῖς δημηγόροις τε καὶ σοφισαῖς οὐκ ἐγχωρεῖν μέμφεσθαι τούτῳ τῷ πράγματι ὃ αὐτοὶ παιδεύουσιν, ὡς πο- p. 520 a. b.

dicas, an non praeter rationem tibi videtur, ut is qui dicat ſe bonum aliquem reddidiſſe, de eodem conqueratur, quaſi qui bonus ab ipſo factus eſt, ſit & malus? *Cal.* Mihi quidem videtur. *So.* Nonne audis illos qui docere virtutem profitentur, talia conqueri? *Cal.* Equidem. ſed quidnam de hominibus nullius pretii dicere potes? *So.* Quid vero de illis diceres, qui reipublicae praeeſſe ſe aiunt, atque ut illa quam optima ſit diligenter excogitare; rurſusque ipſam accuſant, prout accidit, tanquam peſſimam? putasne hos ab illis differre? Idem profecto, o beate, eſt ſophiſta ac rhetor, vel propinquum aliquid atque ſimile, quemadmodum ad Polum dicebam. Tu autem propter ignorantiam praeclarum quiddam putas eſſe rhetoricam, ſophiſticam vero contemnis. ſed revera pulchrior eſt ſophiſtica, quam rhetorica: quo & pulchrior eſt conditrix legum quam iudiciaria, & gymnaſtica quam medicina. Solis autem concionatoribus & ſophiſtis minime arbitror concedendum, ut de eo quod ipſi docent, quaſi ſibi ſit malum, conquerantur. alioquin in eadem ipſa accuſatione ſe ipſos pariter

νηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς· ἢ τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ ἅμα καὶ ἑαυτῶν κατηγορεῖν, ὅτι οὐδὲν ὠφελήκασιν οὓς φασιν ὠφελεῖν. οὐχ
c. οὕτως ἔχει; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ προέσθαί γε δή που τὴν εὐεργεσίαν ἄνευ μισθοῦ, ὡς τὸ εἰκὸς, μόνοις τούτοις ἐνεχώρει, εἴπερ ἀληθῆ ἔλεγον. ἄλλην μὲν γὰρ εὐεργεσίαν τὶς εὐεργετηθεὶς, οἷον ταχὺς γενόμενος διὰ παιδοτρίβην, ἴσως ἂν ἀποξερήσειε τὴν χάριν, εἰ πρόοιτο αὐτῷ ὁ παιδοτριβης, καὶ μὴ συνθέμενος αὐτῷ μισθὸν, ὀτιμάλιξα ἅμα μεταδιδοὺς τοῦ τάχους, λαμβάνοι τὸ ἀργύριον. οὐ γὰρ τῇ βραδυτῆτι, οἶμαι,
d. ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἀδικία. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴτις αὐτὸ τοῦτο ἀφαιροῖ, τὴν ἀδικίαν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ μήποτε ἀδικηθῇ· ἀλλ' ᾧ μόνῳ ἀσφαλὲς ταύτην τὴν εὐεργεσίαν προέσθαι, εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτό τις ἀγαθοὺς ποιεῖν. οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩ. Διὰ ταῦτ' ἄρα, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἄλλας συμβουλὰς συμβουλεύειν, λαμβάνοντα ἀργύριον, οἷον οἰκοδομίας πέρι, ἢ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐδὲν αἰσχρόν.
e. ΚΑΛ. Ἔοικέ γε. ΣΩ. Περὶ δέ γε ταύτης τῆς πράξεως, ὅντιν' ἄν τις τρόπον ὠσβέλτιστος εἴη, καὶ ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰ-

criminentur, quasi nihil eis profecerint, quibus utilitatem attulisse se dicunt. nonne ita se res habet? *Cal.* Ita prorsus. *So.* Et contulisse beneficium absque mercede, ut consentaneum est, solis istis conveniebat, si quidem vera dicerent. nam alia quidem beneficia cum quis acceperit, veluti per gymnasii magistrum celer factus, forte utique gratiam non referret, nisi caveretur, ut mercedem solveret, quamprimum celer factus evaserit. non enim tarditate, ut arbitror, homines, sed iniustitia iniuriam faciunt. Nonne? *Cal.* Ita. *So.* Si quis igitur hoc ipsum auferat, scilicet iniustitiam, discrimen iam iniuriae devitaverit. verum per id solum in tuto collocari beneficium potest, si quis eos, quibus confert, bonos revera possit efficere. Nonne? *Cal.* Consentio. *So.* Propterea, ut videtur, in aliis contractibus turpe non est sibi cavere, veluti pro aedificiis ceterisque artificiis. *Cal.* Apparet. *So.* Pro hac autem facultate, scilicet ut bonus quis fiat, optimeque familiam suam gubernet

κίαν δικαιοῖ ἡ πόλιν, αἰσχρὸν νενόμισαι μὴ φάναι συμβουλεύειν, ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργύριον διδῷ. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο αἴτιόν ἐστιν, ὅτι μόνη αὕτη τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὖ παθόντα ἐπιθυμεῖν ποιεῖ ἀντευποιεῖν. ὥστε καλὸν δοκεῖ τὸ σημεῖον εἶναι, εἰ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντ' εὖ πείσεται· εἰ δὲ μή, οὔ. ἔχει ταῦτα οὕτως ἔχοντα; ΚΑΛ. Ἔχειν. ΣΩ. Ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως, διόρισόν μοι· τὴν τοῦ διαμάχεσθαι Ἀθηναίοις ὅπως ὡσβέλτιστοι ἔσονται, ὡς ἰατρόν· ἢ ὡς διακονήσοντα, καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντα. τἀληθῆ μοι εἰπὲ Καλλίκλεις. δικαιος γὰρ εἶ, ὥσπερ ἤρξω παῤῥησιάζεσθαι πρὸς ἐμέ, διατελεῖν ἃ νοεῖς λέγων. καὶ νῦν εὖ καὶ γενναίως εἰπέ. ΚΑΛ. Λέγω τοίνυν ὅτι ὡς διακονήσοντα. ΣΩ. Κολακεύσοντα ἄρα με, ὦ γενναιότατε, παρακαλεῖς. ΚΑΛ. Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σώκρατες, ὡς εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις; ΣΩ. Μὴ εἴπῃς ὃ πολλάκις εἴρηκας, ὅτι ἀποκτενεῖ

p. 521 a.

b.

atque rempublicam, turpe exiſtimatur nihil prius velle docere, quam de pecunia caveatur. Nonne? *Cal.* Certe. *So.* Conſtat enim hanc eſſe cauſam, quia ſolum hoc ex aliis beneficiis eum qui acceperit facit referendae gratiae cupidum. quapropter praeclarum videtur eſſe argumentum, ſi is, qui officium eiusmodi praeſtiterit, viciſſim ipſe recipiat: contra vero nequaquam. Num haec ita ſe habent? *Cal.* Ita. *So.* Ad utram igitur me cohortaris civitatis curam? age, mihi definias, ad eamne, per quam cum Athenienſibus pugnem, contendamque ut quam optimi fiant, tanquam medicus: an ad eam, per quam tanquam miniſter voluptatis fiam, & ad gratiam loquar? Et mihi vera dic, o Callicles. decet enim te, quemadmodum incepiſti, audacter proſequi, mihi libere exprimendo quae ſentis. Et nunc ergo bene generoſeque reſponde. *Cal.* Ad miniſterium profecto te exhortor. *So.* Ad adulationem ergo me, o vir generoſiſſime, provocas. *Cal.* Si mavis, o Socrates, Myſus vocari, vocaberis utique, niſi mihi credideris. *So.* Ne obiicias mihi nunc, quod iam ſaepius obieciſti, videlicet interficiet te,

με ὁ βουλόμενος· ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω ὅτι πονηρός γε ὢν ἀγαθὸν ὄντα· μηδ' ὅτι ἀφαιρήσεται ἐάν τι ἔχω· ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω ὅτι, ἀλλ' ἀφελόμενος οὐχ ἕξει ὅ, τι χρήσεται
c. αὐτοῖς. ἀλλ' ὥσπερ με ἀδίκως ἀφείλετο, οὕτω καὶ λαβὼν, ἀδίκως χρήσεται· εἰ δὲ ἀδίκως, αἰσχρῶς· εἰ δὲ αἰσχρῶς, κακῶς. ΚΑΛ. Ὡς μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, πιστεύειν μηδ' ἂν ἓν τούτων παθεῖν, ὡς οἰκῶν ἐκποδών, καὶ οὐκ ἂν εἰσαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου. ΣΩ. Ἀνόητος ἄρα εἰμὶ, ὦ Καλλικλεις, ὡς ἀληθῶς, εἰ μὴ οἴομαι ἐν τῇδε τῇ πόλει ὁντινοῦν ἂν ὅ, τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν. τόδε μέντοι εὖ οἶδ' ὅτι ἐάνπερ εἰσίω εἰς δικαστήριον περὶ
d. τούτων τινὸς κινδύνων ὃ σὺ λέγεις, πονηρός τις με ἔξαι ὁ εἰσάγων. οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσάγοι. καὶ οὐδέν γε ἄτοπον εἰ ἀποθάνοιμι. βούλει σοι εἴπω διότι ταῦτα προσδοκῶ; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων, ἵνα μὴ εἴπω μόνος, ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ, καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν νῦν. ἅτε

Socrates, quicunque voluerit: ne ego iterum ita respondeam, At malus bonum. neque iterum dicas: auferet tibi, o Socrates, quilibet, si quid habes: ne ego quoque respondeam, At vero qui auferet, nescict illis tanquam sibi utilibus uti, sed quemadmodum iniuste a me abstulerit, sic ipse utetur iniuste. quod si iniuste, ergo & turpiter: denique si turpiter, male. *Cal.* Videris mihi opinari, nihil eiusmodi accidere tibi posse; proinde ac si procul hinc habites: neque deduci posse in iudicium putas ab ignavissimo quoque nulliusque pretii homine. *So.* Amens certe forem, o Callicles, nisi putarem in hac civitate unumquemque quodlibet eiusmodi pati posse. Hoc tamen certo scio, si in iudicium venero, periclitans ob ea quae tu affers, improbum fore qui me accusaverit. nullus enim bonus hominem accusat insontem. Profecto nihil mirum foret, si morte damnarer. Vis tibi dicam, quam ob causam haec exspectem? *Cal.* Volo equidem. *So.* Arbitror equidem, me una cum paucis Athenienſibus, ne dicam solum, civilem disciplinam revera

οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, καὶ οὐκ ἐθέλων e.
ποιεῖν ἃ σὺ νῦν παραινεῖς, τὰ κομψὰ ταῦτα, οὐχ ἕξω ὅ, τι
λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ὁ αὐτὸς δέ μοι ἥκει λόγος ὅνπερ πρὸς
Πῶλον ἔλεγον. κρινοῦμαι γὰρ, ὡς ἐν παιδίοις ἰατρὸς ἂν κρί-
νοιτο, κατηγοροῦντος ὀψοποιοῦ. σκόπει γὰρ τί ἂν ἀπολογοῖτο
ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐν τούτοις ληφθεὶς, εἰ αὐτοῦ κατηγοροῖ
τις, λέγων ὅτι, ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὧδε εἴργασαι
ἀνήρ· καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει, τέμ-
νων τε καὶ κάων, καὶ ἰχναίνων, καὶ πνίγων, ἀπορεῖν ποιεῖ· p.
πικρότατα πόματα διδοὺς, καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων· 522
οὐχ, ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν a.
ὑμᾶς. τί ἂν οἴει ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἀποληφθέντα ἰατρὸν
ἔχειν εἰπεῖν; ἢ εἶπον τὴν ἀλήθειαν, ὅτι ταῦτα πάντα ἐγὼ
ἐποίουν, ὦ παῖδες, ὑγιεινῶς. ὁπόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς

tractare, meque ſolum ex omnibus qui nunc ſunt, civilia exercere. proinde tanquam non ad gratiam verba faciens, quae frequentiſſime facio, ſed ad id potius, quod optimum eſt, quam quod dulciſſimum: neque ea, ad quae quaſi praeclara quaedam tu nunc monendo exhortaris, recipiens me facturum: nimirum quod potiſſimum in iudicio dicam, non habebo. Et nunc quidem recurrit mihi rurſus in mentem quod ad Polum dixeram. ita enim de me iudicaretur, quemadmodum inter pueros de medico, quem accuſaverit coquus. Conſidera enim, qua ſe ratione defenderet medicus, die ſibi apud pueros dicta, ſi quis eum his verbis accuſet: Vir iſte, o pueri, multa vobis intulit mala. nam & vos, & minimos natu ex vobis, ſecando urendoque contorquet, & attenuans ſuffocansque affligat, praeterea amariſſimos praebet potus, & ad famem ſitimque vos urget. ego vero contra multa & varia ſuaviaque vobis paro. Si haec, inquam, coquus deferat accuſator, quidnam cenſes hoc circumventum malo medicum reſponſurum? An forte vera fatebitur, dicens: Haec equidem, o pueri, omnia ſanitatis veſtrae gratia feci? At enim quam vehementer putas iudices eiusmo-

τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα; ΚΑΛ. Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. ΣΩ. Οὐκοῦν οἴει ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι ὅ, τι
b. χρὴ εἰπεῖν; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι καὶ ἐγὼ οἶδα ὅτι πάθος πάθοιμι ἂν εἰσελθὼν εἰς δικαστήριον. οὔτε γὰρ ἡδονὰς, ἃς ἐκπεπόρικα, ἔξω αὐτοῖς λέγειν, ἃς οὗτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφελείας νομίζουσιν. ἐγὼ δὲ οὔτε τοὺς πορίζοντας ζηλῶ, οὔτε οἷς πορίζεται. ἐάν τέ τις μὲ ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν, ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κατηγορεῖν, λέγοντα πικροὺς λόγους ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τὸ ἀληθὲς ἔξω εἰπεῖν, ὅτι δικαίως πάντα ταῦτα ἐγὼ λέγω καὶ
c. πράττω, τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὔτε ἄλλο οὐδέν. ὥστε ἴσως ἄν, τι ἂν τύχω τοῦτο πείσομαι. ΚΑΛ. Δοκεῖ οὖν σοι, ὦ Σώκρατες, καλῶς ἔχειν ἄνθρωπος ἐν πόλει οὕτω διακείμενος, καὶ ἀδύνατος ὢν ἑαυτῷ βοηθεῖν; ΣΩ. Εἰ ἐκεῖνό γε ἐν αὐτῷ ὑπάρχει, ὦ Καλλίκλεις, ὃ σὺ πολλάκις ὡμολόγησας· εἰ βεβοηθηκὼς εἴη αὐτῷ, μήτε περὶ ἀνθρώπους,

di reclamaturos? *Cal.* Vehementer fortaſſe putandum eſt. *So.* Nonne igitur in maxima eum ambiguitate, inopiaque ſuae defenſionis, tunc detineri exiſtimas? *Cal.* Prorſus. *So.* Idem mihi ſcio, ſi in iudicium traherer, eveniret. neque enim voluptates ullas, a me ad eorum libidinem inventas, commemorare poſſem, quas ipſi beneficii utilitatisque loco exiſtimant. ego vero nequaquam nec inventores quidem earum probo, neque eos ob id, quibus praebentur, feliciores exiſtimo. Praeterea ſi quis me dicat, vel corrumpere iuventutem, in ambiguitatem inopiamque deducendo; vel increpare redarguereque ſeniores acerbis ac mordacibus quibusdam verbis vel privatim, vel publice: non dabitur mihi veri dicendi facultas, Me videlicet iuſte haec omnia dicere, eorumque ipſorum dumtaxat utilitati conſulere: neque aliud quidquam afferre facile potero. quamobrem forſitan nihil eſt, quod adverſus me non decerneretur. *Cal.* Videtur ergo tibi bene ſe habere, qui in civitate talis ſit, ut ſibi ipſi nequeat praeſidio eſſe? *So.* Modo hoc ſit in ipſo, o Callicles, quod tu ſaepius conſenſiſti, ut ſibimet id auxilii prae-

μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτε εἰρηκὼς μήτε εἰργασμέ- d.
νος. αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγη-
ται κρατίστη εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἐμέ τις ἐξελέγχοι ταύτην τὴν
βοήθειαν ἀδύνατον ὄντα ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ βοηθεῖν, αἰσχυ-
νοίμην ἄν, καὶ ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις ἐξελεγχόμενος, καὶ
μόνος ὑπὸ μόνου· καὶ εἰ διὰ ταύτην τὴν ἀδυναμίαν ἀποθνήσ-
κοιμι, ἀγανακτοίην ἄν· εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδεία τε-
λευτῴην ἔγωγε, εὖ οἶδα ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἂν με φέροντα τὸν e.
θάνατον. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται, ὅσ-
τις μὴ παντάπασιν ἄλογός τε καὶ ἀνανδρός ἐστι· τὸ δὲ ἀδι-
κεῖν φοβεῖται. πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν
εἰς ᾅδου ἀφικέσθαι, πάντων ἔσχατον κακῶν ἐστίν. εἰ δὲ βού-
λει, σοὶ ἐγὼ ὡς τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐθέλω λόγον λέξαι. ΚΑΛ.
Ἀλλ' ἐπειδήπερ καὶ τἄλλα ἐπέρανας, καὶ τοῦτο πέρανον.
ΣΩ. Ἄκουε δή, φασὶ, μάλα καλοῦ λόγου. ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ p.
μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι· ἐγὼ δὲ λόγον. ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοὶ 523
a.

stare possit, quo neque adversus homines, neque adversus deos iniuste aliquid fecerit, aut dixerit. hoc enim auxilii genus praestare sibi, saepius iam consensimus optimum esse. Si quis igitur me convincat, eiusmodi auxilium mihi vel aliis afferre non posse, procul dubio erubescerem, sive inter multos, sive inter paucos, sive solus a solo fuerim redargutus. Itaque si propter hanc impotentiam morerer, graviter ferrem. sin autem ob adulatoriae rhetoricae defectum ultimo supplicio afficerer, certo scio, me mortem perfacile ferentem te perspecturum. nam mori quidem nullus formidat, nisi omnino rationis expers atque ignavus: iniuste autem agere veretur. Multis enim peccatis refertam animam ad inferos descendere, extremum omnium est malorum. Proinde si, quamobrem sic se res habeat, cognoscere cupis, rationem tibi exhibebo. *Cal.* Immo vero, cum cetera perfeceris, hoc etiam perfice. *So.* Audi igitur, ut aiunt, pulcherrimum sermonem, quem te arbitror fabulam putaturum: ego vero non fabulam, sed sermonem. nam tanquam vera quae dicturus sum, tibi narrabo. Profecto,

λέξω ἃ μέλλω λέγειν. ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐστὶν ἐν θεοῖς· τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπει-
b. δὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. τούτων δὲ δικασαὶ ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἔτι νεωστί, τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ζῶντες ἦσαν ζώντων, ἐκείνῃ ἡμέρᾳ δικάζοντες ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο. ὅτε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόν-
c. τες, ἔλεγον πρὸς τὸν Δία ὅτι φοιτῷεν σφιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι· εἶπεν οὖν ὁ Ζεύς, Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, παύσω τοῦτο γιγνόμενον. νῦν μὲν γὰρ κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται. ἀμπεχόμενοι γάρ, ἔφη, οἱ κρινόμενοι κρίνονται. ζῶντες γὰρ κρίνονται. πολλοὶ οὖν, ἦ δ' ὅς, ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες, ἠμφιεσ-

quemadmodum ait Homerus, Iupiter, Neptunus & Pluto, regnum, quod acceperunt a patre, inter se diviserunt. Exstabat autem haec lex de hominibus sub Saturno, & semper, & nunc etiam exstat apud deos, ut quicunque homines iuste pieque vitam egissent, cum e vita migrarent, ad beatorum insulas profecti, in omni felicitate viverent, a malis longe seiuncti: qui vero iniuste impieque vixissent, in punitionis iustique supplicii carcerem, quod appellant Tartarum, irent. Horum vero iudices sub Saturno, atque etiam sub ipso Iove regnare nuper incipiente, viventes erant atque viventium, atque eadem die, qua mortem quis obiturus fuerat, iudicabant: quapropter iniuste iudicabant. Igitur Pluto atque beatarum curatores insularum Iovem adeuntes retulerunt, indignos ad eos utrinque homines devenire. Ad quos sic inquit Iupiter, At ego remedium adhibebo. nunc enim propterea iudicatur inique, quod vestiti atque circumdati singuli iudicantur, quoniam ante obitum iudicantur. itaque multi, pravas circumferentes animas, circumdati

μένοι εἰσὶ σώματά τε κάλα, καὶ γένη καὶ πλούτους· καὶ ἐπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μάρτυρες, μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν. οἱ οὖν δικασταὶ ὑπό τε τούτων d.
ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπίπροσθεν γίγνεται, καὶ τὰ αὑτῶν ἀμφιέσματα, καὶ τὰ τῶν κρινομένων. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον. νῦν γὰρ προΐσασι. τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ, ὅπως ἂν παύσῃ αὐτὸ αὐτῶν. ἔπειτα γυμνοὺς κρι- e.
τέον ἁπάντων τούτων. τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι. καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι, τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα, ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων τῶν συγγενῶν· καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς, ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ· δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν· ἕνα

sunt corporis forma, & genere atque divitiis. praeterea quando iudicium imminet, confluit multitudo testium asserentium eos iuste vixisse. quo fit, ut iudices ob haec obstupescant. Accedit, quod & ipsi vestiti atque circumdati iudicant, oculos & aures & totum corpus quasi animae velamen habentes. Haec enim omnia illis obstacula sunt, videlicet tam sui quidam quam eorum qui iudicantur, amictus. Primum igitur providendum est, inquit, ne homines mortem suam praesentiant. nunc enim praevident. Et mandatum est Prometheo, ne eos praesentire permittat. Deinde nudi his omnibus sunt iudicandi. sunt enim iudicandi post obitum. Iudicem quoque ipsum esse nudum oportet, mortuum videlicet: & ipso dumtaxat animo animum ipsum inspicientem statim post insperatum cuiusque obitum, animum inquam, a cognatis omnibus desertum, omnemque ornatum exteriorem relinquentem in terra, ut iudicium iuste procedat. Ego igitur, utpote qui ante vos haec praeviderem, constitui iam meos filios iudices, duos quidem ex Asia,

p. δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. οὗτοι οὖν ἐπειδὰν τελευτήσωσι,
524 a. δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακός. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω, ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν
b. ἄρ' ἀπόρρητόν τι τῷ ἑτέρῳ, ἵνα ὡσδικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. Ταῦτ' ἐστὶν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς, πιστεύω ἀληθῆ εἶναι· καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε λογίζομαι συμβαίνειν. ὁ θάνατος τυγχάνει ὢν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρα ἀπ' ἀλλήλοιν, οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ, ἥνπερ καὶ ὅτε ἔζη ὁ ἄνθρωπος, τό, τε σῶμα τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ, καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα, ἔνδηλα πάντα. οἷον, εἴτινος μέγα ἦν τὸ σῶμα
c. φύσει ἢ τροφῇ, ἢ ἀμφότερα, ζῶντος, τούτου, καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, ὁ νεκρὸς μέγας· καὶ εἰ παχὺς, παχὺς καὶ ἀποθα-

Minoëm videlicet, & Rhadamanthum: unum vero ex Europa, Aeacum. Hi ergo poſtquam mortui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibique in trivio, ex quo geminae tendunt viae, altera quidem ad Tartarum, altera vero ad inſulas beatorum. Et Aſiaticos quidem Rhadamanthus; eos vero, qui ab Europa venient, Aeacus iudicabit. Minoi autem id munus iniungam, ut ipſe diiudicet, ſi quid aliis ambiguum fuerit, ut iuſtiſſime rectèque de transmiſſione animarum iudicetur. Haec ſunt, o Callicles, quae audivi, veraque eſſe credo: atque his ſermonibus adductus ita mecum reputo. Mors quidem eſt, ut mihi videtur, nihil aliud quam rerum duarum, animae ſcilicet atque corporis, a ſe invicem diſſolutio. Cum vero duo haec diſiuncta ſunt invicem, non multum abeſt, quin utrumque ipſorum habitum ſervet eundem, quem vivente homine poſſidebat. Principio corpus tam naturam ſuam, quam culturam paſſionesque, praeſert. Veluti ſi magnum erat alicui corpus vel natura, vel alimonia, vel utrisque, dum vivebat, mortuo etiam ho-

νόντος· καὶ τἄλλα οὕτως. καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν, κομήτης τούτου καὶ ὁ νεκρός· μαστιγίας αὖ εἴτις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι, ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων ζῶν, καὶ τεθνεῶτος τὸ σῶμα ἔξιν ἰδεῖν ταῦτα ἔχον· κατεαγότα εἴτου ἦν μέρη, ἢ διεσραμμένα ζῶντος, καὶ τεθνεῶτος ταῦτα ἐνδηλα. ἐνὶ δὲ λόγῳ, οἷος εἶναι d. παρεσκεύαζο τὸ σῶμα ζῶν, ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελευτήσαντος ἦν πάντα, ἢ τὰ πολλὰ, ἐπί τινα χρόνον. ταυτὸν δή μοι δοκεῖ τοῦτ' ἄρα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν εἶναι, ὦ Καλλίκλεις· ἔνδηλα πάντα ἔξιν ἐν τῇ ψυχῇ ἐπειδὰν γυμνωθῇ τοῦ σώματος· τά τε τῆς φύσεως, καὶ τὰ παθήματα, ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἑκάστου πράγματος ἔσχεν ἐν τῇ ψυχῇ ὁ ἄνθρωπος. ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστὴν, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπισήσας, e. θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχὴν, οὐκ εἰδὼς ὅτου ἐστίν· ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως ἢ δυνάστου, κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλ-

mine erit magnum: item si crassum fuerat, erit & crassum: ceteraque similiter. praeterea si comandi studiosus homo fuerat, servabit comam. Rursus, si quis erat verbero, multaque plagarum vestigia corpori habebat impressa, vel a verberibus, vel a vulneribus, dum viveret: huius quoque mortui corpus eadem retinere videmus. Et si qua in parte fractum erat aut distortum, eo quoque mortuo eadem haec apparent: atque, ut summatim dicam, qualecunque viventis erat corpus, talia ipsius mortui omnia, vel plurima, ad tempus apparent. Idem quoque mihi videtur, Callicles, de anima sentiendum: cuncta enim apparent in anima, cum corpus exuerit, tam quae ex natura, quam ex affectibus inerant, quae ob rei cuiusque studium in eam homo contraxit. Cum igitur ad iudicem pervenerunt, Asiatici quidem ad Rhadamanthum; Rhadamanthus illis productis uniuscuiusque animam intuetur, cuius tamen anima illa fuerit non animadvertit. Sed plerumque magni Persarum regis aut alterius regis, sive potentis obvium animum contemplatus, ni-

λὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν, ὑπὸ ἐπιορκιῶν καὶ
P. ἀδικίας· ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυ-
525 χὴν, καὶ πάντα σκολιὰ ὑπὸ ψεύδους καὶ ἀλαζονείας, καὶ οὐ-
a. δὲν εὐθὺ· διὰ τὸ ἄνευ ἀληθείας τετράφθαι, καὶ ὑπὸ ἐξουσίας
καὶ τρυφῆς καὶ ὕβρεως καὶ ἀκρασίας τῶν πράξεων, ἀσυμμε-
τρίας τε καὶ αἰσχρότητος γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἶδεν. ἰδὼν
δὲ, ἀτίμως ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς· οἷ μέλλει
ἐλθοῦσα, ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη. προσήκει δὲ παντὶ
b. τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελ-
τίονι γίγνεσθαι καὶ ὠνίνασθαι, ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις
γίγνεσθαι· ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχοι, φο-
βούμενοι, βελτίους γίγνωνται. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε
καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, οὗτοι οἳ ἂν ἰάσι-
μα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν· ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυ-
νῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν ᾅδου. οὐ
γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι. οἱ δ' ἂν τὰ ἔσχα-
c. τα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένων-

hil in eo reperit sani: sed periuriis atque iniustitia, quasi quibusdam verberibus cicatricibusque, infectum, qualia cuiusque actio contraxit impressitque animo: omniaque obtorta mendaciis atque vanitate, nihilque recti habentem, quia sine veritate fuerat educatus: praeterea ob peccandi licentiam & petulantiam, mollemque lasciviam, & in actionibus singulis intemperantiam, incompositum penitus atque turpem. Animum igitur contemplatus sic affectum, ignominiose recta in custodiam transmittit, ubi meritas subire poenas oportet. Convenit autem, omnem qui ab aliquo recte punitur, vel ipsum fieri meliorem, utilitatemque percipere; vel ceteris exempla dare, ut alii poenas eius conspicientes meliores ob timorem efficiantur. Qui vero apud deos & homines ita dant poenas, ut utilitatem inde aliquam referant, hi sunt, qui peccata sanabilia commiserunt; quibus dolor cruciatusque prodest & apud homines & apud inferos. non enim aliter quis potest ab iniustitia liberari. Qui autem extrema iniustitia detinentur, ac propter eiusmodi

ται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται. καὶ οὗτοι, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα. ὧν ἐγὼ φημι ἕνα καὶ Ἀρχέλαον d. ἔσεσθαι, εἰ ἀληθῆ λέγει Πῶλος, καὶ ἄλλον ὅστις ἂν τοιοῦτος τύραννος ᾖ. οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν, καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων, γεγονότας. οὗτοι γὰρ, διὰ τὴν ἐξουσίαν, μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνουσι. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὅμηρος. βασιλέας γὰρ καὶ δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν ᾅδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμωρουμένους, Τάνταλον, καὶ Σίσυφον, καὶ Τιτυόν· Θερσίτην δὲ, e. καὶ εἴτις ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνεχόμενον, ὡς ἀνίατον· οὐ γὰρ, οἶμαι, ἐξῆν αὐ-

delicta ſunt inſanabiles, ex his exempla ſumuntur: ipſique nullam amplius utilitatem inde reportant, utpote qui ſanari non poſſint: ſed proſunt dumtaxat aliis per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis acerbisque & terribiliſſimis poenis omni tempore cruciatos, tanquam exemplum monimentumque & ſpectaculum apud inferos in carcere praebentes iniuſtis omnibus, qui ad ea loca deſcendunt. Quorum unum dico fore Archelaum, ſi vera narrat Polus, & alium quicunque tyrannus talis exſtiterit. Arbitror autem, in eorum numero qui ſolum exempla tradunt, plurimos eſſe tyrannos, reges, potentes, civitatum gubernatores. Hi enim ob ipſam peccandi licentiam, graviſſima profaniſſimaque peccata committunt. Atteſtatur autem nobis Homerus, qui reges & potentes inducit apud inferos omni tempore cruciatos, ceu Tantalum, Siſyphum, & Tityum. Therſitem vero, & ſi quis alius privatim fuit malus, nullus unquam velut inſanabilem magnis fecit poenis torqueri: quippe cum licentiam, ut arbitror, non habuerit.

τῷ. διὸ καὶ εὐδαιμονέστερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν. ἀλλὰ γάρ, ὦ Καλ-
p. λίκλεις, ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνό-
526 μενοι ἄνθρωποι. οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐν τούτοις ἀγαθοὺς ἄν-
a. δρας ἐγγίγνεσθαι καὶ σφόδρα ἄξιον ἀγασθαι τῶν γινομένων.
χαλεπὸν γάρ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιον, ἐν
μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον, δικαίως διαβιῶναι·
ὀλίγοι δὲ γίγνονται οἱ τοιοῦτοι. ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι
γεγόνασιν, οἶμαι δὲ καὶ ἔσονται καλοὶ κἀγαθοὶ ταύτην τὴν
b. ἀρετὴν τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἃ ἄν τις ἐπιτρέπῃ· εἷς δὲ καὶ
πάνυ ἐλλόγιμος γέγονεν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστεί-
δης ὁ Λυσιμάχου. οἱ δὲ πολλοί, ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν
δυναστῶν. ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦ-
τόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν οὐδέν, οὔθ'
ὅστις, οὔθ' ὧν τινων· ὅτι δὲ πονηρός τις καὶ τοῦτο κατιδὼν
ἀπέπεμψεν εἰς τάρταρον ἐπισημηνάμενος, ἐάν τε ἰάσιμος,
c. ἐάν τε ἀνίατος δοκῇ εἶναι. ὁ δὲ, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τὰ προσή-
κοντα πάσχει. ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰσιδὼν ὁσίως βεβιωκυῖαν καὶ

quamobrem felicior erat illis, quibus licentia sceleris perpetrandi dabatur. Profecto, Callicles, ex his qui potentiam licentiamque habent, sunt qui nimium pravi fuerunt. Nihil tamen prohibet, inter hos etiam bonos quosdam esse viros: & certe qui talis fuerit, mirifice est colendus. Nempe arduum est, o Callicles, ingentique laude dignum, ut quis in magna peccandi licentia constitutus iustam transigat vitam: paucique tales reperiuntur. Fuere tamen & hic & alibi, atque, ut arbitror, erunt nonnulli praeclari bonique viri, hac videlicet virtute praediti, per quam ea quorum sibi concessa est auctoritas, iuste administrent. Unus autem Graecorum omnium probatissimus Aristides Lysimachi filius exstitit. Plerique autem, o vir optime, potentum improbi sunt. Quamobrem, ut dicebam, quando Rhadamanthus aliquem eiusmodi deprehendit, nihil aliud in ipso novit, neque quisnam sit, neque ex quibus ortus, sed utrum sit malus: cumque id compererit, dimittit in Tartarum, obsignans, utrum sanabilis vel insanabilis videatur. ille vero illuc trans-

μετ' ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου, ἢ ἄλλου τινὸς, (μάλιστα μὲν, ἔγωγε φημὶ, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου, τὰ αὑτοῦ πράξαντος, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ) ἠγάσθη τε καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός. ἑκάτερος δὲ τούτων ῥάβδον ἔχων δικάζει. ὁ δὲ Μίνως ἐπισκοπῶν κάθηται μόνος, ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὡς φησιν Ὀδυσσεὺς ὁ Ὁμήρου ἰδεῖν αὐτὸν Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι ὡς ἂν δύνωμαι βέλτιστος ὢν, καὶ ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, καθόσον δύναμαι, καὶ δὴ καί σε ἀντιπαρακαλῶ ἐπὶ τούτων τὸν βίον καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι. καὶ ἀνειδίζω σοὶ ὅτι οὐχ οἷόστ' ἔσῃ σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοὶ ἧ καὶ

d.

e.

missus meritas subit poenas. Interdum vero alium intuitus animum vel privati, vel alicuius alterius, qui pie atque integre vixerit, (quod quidem philosophis potissimum contingere arbitror, rem suam agentibus, neque multis se negotiis implicantibus) applaudit huic, & transmittit ad insulas beatorum. Haec eadem Aeacus efficit. uterque vero ipsorum virgam tenet, dum iudicat. Minos autem considerans sedet solus, aureum habens sceptrum, quemadmodum de hoc apud Homerum inquit Ulysses, videlicet se illum vidisse sceptrum aureum tenentem, iuraque mortuis dantem. Ego igitur, o Callicles, ab huiusmodi sermonibus flector, & iam considero qua ratione iudici sanissimum animum ostendere possim. Quamobrem omnes populi spernens honores, veritatemque considerans, conabor revera quam maxime potero bonus vivere, atque mori. Cohortor autem & ceteros omnes, quantum possum. Te quoque ad huiusmodi vitam revoco, atque certamen: quod equidem assero prae aliis certaminibus in hac vita esse homini subeundum.

ἡ κρίσις ἦν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον· ἀλλὰ ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαςὴν
p. τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ, χασ-
527 μήσῃ καὶ ἰλιγγιάσεις οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε, σὺ ἐκεῖ. καί
a. σε ἴσως τυπτήσει τις ἐπὶ κόρβης ἀτιμως, καὶ πάντως προπη-
λακιεῖ. τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθος σοὶ δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ
γραός· καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν. καὶ οὐδέν γ' ἂν θαυμαςὸν ἦν
καταφρονεῖν τούτων, εἴ πη ζητοῦντες εἴχομεν αὐτῶν βελτίω
καὶ ἀληθέςερα εὑρεῖν· νῦν δὲ ὁρᾷς ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς, οἵπερ
σοφώτατοι ἐςὲ τῶν νῦν Ἑλλήνων, σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γορ-
b. γίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι ὡς δεῖ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ τοῦ-
τον, ὅσπερ καὶ ἐκεῖσε φαίνεται συμφέρων. Ἀλλ' ἐν τοσούτοις
λόγοις, τῶν ἄλλων ἐλεγχομένων, μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λό-
γος, ὡς εὐλαβητέον ἐςὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι,
καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον, οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγα-
θὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· ἐὰν δέ τις κατά τι
κακὸς γίγνηται, κολαςέος ἐςί. καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν με-

Quapropter & te obiurgo, qui non poteris tibi ipsi opem ferre, quando de te iudicabitur, instabitque sententia quam modo dicebam: sed cum perveneris ad iudicem Aeginae filium, illeque te apprehensum ducet, oscitabis vacillabisque illic non minus, quam ego hic apud iudices vestros. ibi forsitan percutiet te aliquis turpiter super genam, & contumelia iniuriaque prorsus afficiet. Haec forsitan anilis quaedam fabula tibi videtur, & quae dicta sunt contemnis. Et profecto nihil mirabile foret haec spernere, si quo pacto perquirentes meliora his & veriora invenire possemus. Nunc vero vides, cum tres viri sitis, omnium qui nunc sunt Graecorum sapientissimi, tu scilicet, & Polus, & Gorgias, non posse vos tamen ostendere alia esse ratione vivendum, quam ea quae illuc quoque conducere videtur. Immo vero in tot sermonibus, cum ceteri redarguti fuerint, solus hic remanet firmus: scilicet cavendum esse iniuriam facere magis, quam pati: idque viro prae ceteris omnibus meditandum, non ut bonus quidem videatur, sed ut revera sit bonus publice atque privatim: si quis autem malus

τὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ γίγνεσθαι, καὶ κολαζόμενον διδόναι c.
δίκην, καὶ πᾶσαν κολακείαν καὶ τὴν περὶ ἑαυτὸν καὶ τὴν περὶ
τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους καὶ περὶ πολλοὺς, φευκτέον·
καὶ τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρηστέον ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεὶ, καὶ τῇ ἄλλῃ
πάσῃ πράξει. Ἐμοὶ μὲν οὖν πειθόμενος, ἀκολούθησον ἐνταῦθα
οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, ὡς ὁ λό-
γος σημαίνει. καὶ ἔασον τινὰ σοῦ καταφρονῆσαι, ὡς ἀνοήτου,
καὶ προπηλακίσαι ἐὰν βούληται. καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαρ-
ρῶν πάταξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν. οὐδὲν γὰρ δεινὸν d.
πείσῃ, ἐὰν τῷ ὄντι καλὸς κἀγαθὸς ἀσκῶν ἀρετὴν, κἄπειτα
οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθη-
σόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, ἢ ὁποῖον ἄν τι δοκῇ, τότε βουλευσό-
μεθα, βελτίους ὄντες βουλεύεσθαι ἢ νῦν. αἰσχρὸν γὰρ ἔχον-
τάς γε ὡς νῦν φαινόμεθα ἔχειν, ἔπειτα νεανιεύεσθαι ὡς τι
ὄντας· οἷς οὐδέποτε ταυτὰ δοκεῖ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα,
περὶ τῶν μεγίστων· εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας. ὥσπερ e.

quodam modo fuerit, esse puniendum: idque secundo loco bonum esse, post id quod est esse iustum, videlicet fieri castigatione bonum, poenasque iniustitiae luere: omnem praeterea adulationem circa se ipsum & alios, sive paucos sive multos, fugiendam esse: Rhetorica denique, omnique alio actionis genere, pro iustitia dumtaxat utendum. Quas ob res mihi credens, sequere me illuc: quo cum perveneris, & vivens & mortuus beatus eris, quemadmodum tuus quoque sermo significat. Atque permitte, ut aliquis te contemnat ut stultum, iniuriisque si libet afficiat; neve cures, si ignominiose percutiaris. nihil enim grave patieris, si revera honestus bonusque sis, virtutemque exerceas. Postquam vero sic una exercitati fuerimus, tunc, si tibi operae pretium esse videbitur, ad publica iam nos negotia conferemus, aut ad quodcunque nobis deliberantibus tum, quando melius deliberare poterimus, visum fuerit. Turpe enim est, cum tales simus, quales nunc esse videmur, iactare se verbis quasi aliquid simus: quibus nunquam de rebus eisdem, & quidem maximis, eadem iudicantur: in tantum processimus rudi-

οὖν ἡγεμόνι τῷ λόγῳ χρησώμεθα τῷ νῦν παραφανέντι· ὃς ἡμῖν σημαίνει ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας, καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. τούτῳ οὖν ἑπώμεθα· καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῶμεν, μὴ ἐκείνῳ ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς. ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΓΟΡΓΙΟΥ.

tatis. Hanc igitur rationem, quae nunc nobis innotuit, tanquam ducem ſequamur, oſtendentem nobis, hunc optimum eſſe vivendi modum, ut iuſtitiam ceterasque virtutes colentes, & vivamus, & moriamur. Huic igitur obtemperemus, aliosque ad hanc adhortemur: non autem ad illam, ad quam tu me in ipſa confiſus exhortaris. nullius enim, o Callicles, eſt pretii.

FINIS GORGIAE.

ΙΩΝ

Ι Ω Ν

Η ΠΕΡΙ ΙΛΙΑΔΟΣ
Η ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ
Η ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

Λογικός.

IO

SIVE DE ILIADE
VEL DE POETICO CHARACTERE
SIVE DE POETARUM EXPONENDORUM RATIONE.

Ad orationem ſive rationem ſpectans.

ARGUMENTUM.

non decernet, neque honore afficiet, si virtute praestare visus fuerit? Quid vero, nonne vos Ephesii prisca origine Athenienses estis, Ephesusque nulla civitate est inferior? Sed tu, o Io, siquidem vera praedicas, & scientia arteque potes Homerum laudare, iniuria me afficis: quippe qui professus multa & pulchra Homeri scire, teque ostensurum mihi pollicitus, me nunc decipis, ac permultum abest, ut ostendas: siquidem nec quae sint ista, quorum peritus es, nec qua sis facultate instructus, aperire vis, me diu iam obsecrante: ceterum tanquam Proteus varius varie mutaris, sursum, deorsum, in omnia te vertens, adeo ut postremo me subterfugiens, imperator evaseris, ne mihi ostendas, quanta facultate in Homeri sapientia promulganda sis praeditus. Si enim arte tibi hoc inest, quemadmodum nunc dixi, pollicitusque exponere decipis, certe iniurius es. sin autem cares arte, & sorte quadam divina ab Homero raptus, cum nihil intelligas, multa & pulchra circa poëtam hunc dicis, ut ego de te iudicabam, non facis

θεῖος. ΙΩΝ. Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες. πολὺ γὰρ κάλλιον b.
τὸ θεῖον νομίζεσθαι. ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν τὸ κάλλιον ὑπάρχει
σοι παρ' ἡμῖν, ὦ Ἴων, θεῖον εἶναι καὶ μὴ τεχνικὸν περὶ
Ὁμήρου ἐπαινέτην.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΙΩΝΟΣ.

iniuriam. Elige, utrum mavis iniuſtus homo, an divinus a nobis exiſtimari. *Io.* Longe differt, o Socrates, & multo pulchrius eſt iudicari divinum. *So.* Hoc itaque quod pulchrius eſt, tibi a nobis tribuitur, o Io, te ſcilicet divinum potius quam artificioſum Homeri laudatorem eſſe.

FINIS IONIS.

ΦΙΛΗΒΟΣ

ΦΙΛΗΒΟΣ

ΦΙΛΗΒΟΣ
Η
ΠΕΡΙ ΗΔΟΝΗΣ.
ΗΘΙΚΟΣ.

PHILEBUS
VEL
DE SUMMO BONO.
Ad morum doctrinam pertinens.

ARGUMENTUM.

De ſummo hominis bono ita agit in hac diſputatione Philoſophus, ut duabus rebus propoſitis, Voluptate videlicet atque Sapientia, in quibus homines varie collocant felicitatem, doceat in neutra, per ſe & ſeorſim, ſummum bonum conſiſtere, ſed tertio quodam opus eſſe: cuius communione illae utiles ad felicitatem hominibus eſſe poſſint, quatenus cum illo coniungantur. Tertium autem illud vere & ſumme bonum eſt Deus: quem Plato his nominibus deſignat, cum vocat αὐτοαγαθὸν, αὐτοῦν, αὐταρκες, *&c. Ex huius igitur ſummi abſolutique boni* κοινωνίᾳ *omnes res, quaecunque tandem ſint bonae, bonas & eſſe & dici ait: illiusque communionis quinque gradus deducit: ita tamen, ut in illis bonis rebus, quae in vitam humanam cadant, maximam felicitatis partem tribuat Sapientiae atque intelligentiae: alteram, Voluptati: illarum autem duarum commixtione, Bonum conſtitui doceat. Itaque ſimplex diſputationis ſcopus & theſis eſt, De humana felicitate. quae quidem ita definitur: In rebus humanis per ſe &*

seorsim nullo modo ineſt felicitas, ſed quatenus cum tertio quodam, id eſt, ſummo bono, Deo videlicet, communicant: atque adeo humana felicitas in Voluptatis & Sapientiae mixtione verſatur, quatenus duae illae cum ſummo illo bono communicant. Introductio ad dialogum eiusmodi eſt: Cum multa de ſummo bono ultro citroque Socrates Philebusque contuliſſent, atque eſſet Philebus iam diſputando defeſſus, Protarcho nuper advenienti gratulatus eſt, annuitque ut provinciam in diſputando ſuam ſuſciperet. Protarchus, utpote adoleſcens, ſubito eſt aſſenſus. Ad quem converſus Socrates, dialogum aggreditur, monetque Protarchum, ut diligenter conſideret quam provinciam ſuſcipiat, neque temere ad diſputationem properet.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΦΙΛΗΒΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ, ΦΙΛΗΒΟΣ.

T. 2. p. 11 b. Ὅρα δὴ, Πρώταρχε, τίνα λόγον μέλλεις παρὰ Φιλήβου δέχεσθαι νῦν, καὶ πρὸς τίνα τῶν παρ' ἡμῖν ἀμφισβητεῖν, ἂν μή σοι κατὰ νοῦν ᾖ λεγόμενος. βούλει συγκεφαλαιωσώμεθα ἑκάτερον; ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Φίληβος μὲν τοίνυν ἀγαθὸν εἶναι φησὶ τὸ χαίρειν πᾶσι ζώοις, καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τέρψιν, καὶ ὅσα τοῦ γένους ἐστὶ τούτου σύμφωνα· τὸ δὲ παρ' ἡμῶν ἀμφισβήτημα ἐστὶ, μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν, καὶ τὸ νοεῖν, καὶ μεμνῆσθαι, καὶ τὰ τούτων αὖ ξυγγενῆ,

DIALOGI PERSONAE
SOCRATES, PROTARCHUS, PHILEBUS.

VIDE, o Protarche, quem nunc a Philebo ſermonem accepturus ſis, & contra quem noſtrum potius, ſicubi parum tibi arrideat, pugnaturus. Visne utramque ſententiam in ſummam redigamus? *Pro.* Volo equidem. *So.* Philebus quidem inquit, animantibus omnibus bonum eſſe laetitiam, voluptatem, delectationem, ceteraque huius generis omnia. Noſtra autem adverſus illum diſceptatio eſt, ut non iſta quidem, ſed ſapere,

δόξαν τε ὀρθὴν, καὶ ἀληθεῖς λογισμοὺς, τῆς γε ἡδονῆς ἀμείνω καὶ λῴω γίγνεσθαι ξύμπασιν, ὅσα περ αὐτῶν δυνατὰ μεταλαβεῖν· δυνατοῖς δὲ μετασχεῖν ὠφελιμώτατον ἁπάντων εἶναι, πᾶσι τοῖς οὖσί τε καὶ ἐσομένοις. μῶν οὐχ οὕτω πως λέγομεν, ὦ Φίληβε, ἑκάτεροι; ΦΙ. Πάντων μὲν οὖν μάλιστα, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Δέχῃ δὴ τοῦτον τὸν νῦν διιόμενον, ὦ Πρώταρχε, λόγον; ΠΡΩ. Ἀνάγκη δέχεσθαι. Φίληβος γὰρ ἡμῖν ὃ καλὸς ἀπείρηκε. ΣΩ. Δεῖ δὴ περὶ αὐτῶν τρόπῳ παντὶ τἀληθὲς πῃ περανθῆναι. ΠΡΩ. Δεῖ γὰρ οὖν. ΣΩ. Ἴθι δή, πρὸς τούτοις διομολογησώμεθα καὶ τόδε. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ὡς νῦν αὐτῶν ἑκάτερος ἕξιν ψυχῆς καὶ διάθεσιν ἀποφαίνειν τινὰ ἐπιχειρήσει, τὴν δυναμένην ἀνθρώποις πᾶσι τὸν βίον εὐδαίμονα παρέχειν. ἆρ' οὐχ οὕτω; ΠΡΩ. Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν τὴν τοῦ χαίρειν, ἡμεῖς δ' αὖ τὴν τοῦ φρονεῖν. ΠΡΩ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Τί δ' ἂν ἄλλη τις κρείττων τούτων φανῇ; μῶν οὐκ ἂν μὲν ἡδονῇ μᾶλλον φαίνηται ξυγγενὴς, ἥττωμεθα μὲν ἀμφότεροι τοῦ ταῦτα ἔχοντος βεβαίως βίου,

intelligere, meminisse, & quae hisce cognata, opinio recta, verique rationis discursus, meliora & potiora sint, quam voluptas, omnibus quaecunque horum capacia sunt; eorumque adeptio maxime omnium utilis sit, & praesentibus, & futuris. An non haec utriusque sententia, Philebe, fuit? *Phil.* Et maxime quidem, o Socrates. *So.* An suscipis, o Protarche, eam quae tibi nunc oblata est disputationem? *Pro.* Necesse est, me illam suscipere, quandoquidem Philebus pulcher ille defessus est. *So.* Oportet equidem quid in iis verum sit, omni studio definire. *Pro.* Oportet sane. *So.* Age igitur, praeter haec id insuper asseveremus. *Pro.* Quidnam? *So.* Quod uterque nostrum habitum quendam & affectionem animi, quae cunctis hominibus vitam exhibere beatam possit, demonstrare conetur. nonne? *Pro.* Certe. *So.* Et vos quidem habitum affectionemque laetandi, nos autem sapiendi. *Pro.* Sic est. *So.* Si quis vero habitus praestantior utroque horum videatur, idemque voluptati cognatior sit, ac stabilimentum vitae praestet, nonne utrique

p. κρατεῖ δὲ ὁ τῆς ἡδονῆς τὸν τῆς φρονήσεως; ΠΡΩ. Ναί. ΣΩ.
12 a. Ἂν δέ γε φρονήσει, νικᾷ μὲν φρόνησις τὴν ἡδονήν, ἡ δὲ ἡττᾶται; ταῦθ' οὕτως ὁμολογούμενα φατέ; ἢ πῶς; ΠΡΩ. Ἐμοιγ' οὖν δοκεῖ. ΣΩ. Τί δὲ Φιλήβῳ; τί φῄς; ΦΙ. Ἐμοὶ μὲν παντως νικᾶν ἡδονὴ δοκεῖ καὶ δόξει· σὺ δ', ὦ Πρώταρχε, αὐτὸς γνώσῃ. ΠΡΩ. Παραδοὺς, ὦ Φίληβε, ἡμῖν τὸν λόγον, οὐκ ἂν ἔτι κύριος εἴης τῆς πρὸς Σωκράτη ὁμολογίας, ἢ καὶ
b. τοὐναντίον. ΦΙ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλὰ γὰρ ἀφοσιοῦμαι, καὶ μαρτύρομαι νῦν αὐτὴν τὴν θεόν. ΠΡΩ. Καὶ ἡμεῖς σοι τούτων αὐτῶν συμμάρτυρες ἂν ἥμεν, ὡς ταῦτα ἔλεγες ἃ λέγεις. ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἔξῃς, ὦ Σώκρατες, ὅμως καὶ μετὰ Φιλήβου ἑκόντος, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ, πειρώμεθα περαινειν. ΣΩ. Πειρατέον, ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ, ἣν ὁδὲ Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαι φησὶ, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα, ἡδονὴν εἶναι. ΠΡΩ. Ὀρθότατα. ΣΩ. Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώ-
c. ταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα, οὐκ ἔζι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου. καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφρο-

ſuperabimur nos: voluptas autem ſapientiam ſuperabit? *Pro.* Profecto. *So.* Sin autem ſapientiae ſit is propinquior, vincet utique ſapientia voluptatem, voluptas contra ſuccumbet. Num iſta conceditis, aut quomodo? *Pro.* Mihi quidem concedenda videntur. *So.* Philebo autem quidnam videtur? quid dicis? *Phi.* Mihi ſane voluptas praeſtare videtur, ſemperque videbitur. ipſe autem videris, o Protarche. *Pro.* Cum iam nobis, Philebe, conceſſeris diſputationis officium, haud amplius tibi aſſentiendi Socrati, vel diſſentiendi, poteſtas erit. *Phi.* Vera dicis. ego vero recuſo, deamque nunc teſtificor. *Pro.* Et nos quoque teſtes erimus, te iſta, quae dicis, dixiſſe. Verum nos deinceps, o Socrates, vel volente Philebo, vel quomodocunque vis, abſolvere conemur rem. *So.* Conemur ab ipſa dea exordientes, quam hic Venerem nuncupari quidem, ſed veriſſimum ei nomen eſſe voluptatis, inquit. *Pro.* Recte ſane. *So.* Reverentia vero mihi ſemper erga deorum nomina eſt, non humana quaedam, ſed maximum quemque timorem exſuperans. Et nunc

δίτην, ὅπη ἐκείνῃ φίλον, ταύτην προσαγορεύω· τὴν δὲ ἡδονὴν οἶδα ὡς ἔστι ποικίλον· καὶ, ὅπερ εἶπον, ἀπ' ἐκείνης ἡμᾶς ἀρχομένους ἐνθυμεῖσθαι δεῖ καὶ σκοπεῖν, ἥντινα φύσιν ἔχει ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως ἁπλῶς ἕν τι, μορφὰς δὲ δήπου παντοίας εἴληφε, καί τινα τρόπον ἀνομοίους ἀλλήλαις. ἰδὲ γάρ· ἥδεσθαι μὲν φαμὲν τὸν ἀκολασταίνοντα ἄνθρωπον· ἥδεσθαι δὲ d. καὶ τὸν σωφρονοῦντα, αὐτῷ τῷ σωφρονεῖν· ἥδεσθαι δ' αὖ καὶ τὸν ἀνοηταίνοντα, καὶ ἀνοήτων δοξῶν παὶ ἐλπίδων μεσόν· ἥδεσθαι δ' αὖ καὶ τὸν φρονοῦντα, αὐτῷ τῷ φρονεῖν· καὶ τούτων τῶν ἡδονῶν ἑκατέρας πῶς ἄν τις ὁμοίας ἀλλήλαις εἶναι λέγων, οὐκ ἀνόητος φαίνοιτο ἐνδίκως; ΠΡΩ. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἀπ' ἐναντίων, ὦ Σώκρατες, αὗται πραγμάτων, οὐ μὴν αὐταί γε ἀλλήλαις ἐναντίαι. πῶς γὰρ ἡδονή γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοιότατον ἂν εἴη, τοῦτο αὐτὸ ἑαυτῷ, πάντων χρημάτων; e. ΣΩ. Καὶ γὰρ χρῶμα, ὦ δαιμόνιε, χρώματι κατά γε αὐτὸ τοῦτ' οὐδὲν διοίσει τὸ χρῶμα εἶναι, τὸ πᾶν· τό γε μὴν μέλαν τῷ λευκῷ πάντες γιγνώσκομεν ὡς πρὸς τῷ διάφορον εἶναι, καὶ ἐναντιώτατον ὂν τυγχάνει. καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι

quidem Venerem, quemadmodum ipſi gratum eſt, eam appello: voluptatem vero rem eſſe variam ſcio. Sed ab ea, ut dixi, principium facientes, quam habeat naturam, inveſtigare debemus. Rem unam quidem audimus: formas tamen varias admodum, & invicem quodammodo diſſimiles, habet. Vide enim, delectari dicimus intemperantem hominem: ſed & temperantia temperantem delectari, inſipientem inſipientibus opinionibus, ac vana ſpe plenum: ſed & ſapientia ſapientem. quas quidem voluptates ſi quis ſimiles invicem eſſe dicat, inſipiens merito videatur. *Pro.* Hae quidem, o Socrates, ex contrariis rebus proveniunt, non ſunt tamen ipſae contrariae. Qui enim voluptas voluptati rerum omnium maxime ſimilis non ſit, cum ſit eadem ipſa ſibi? *So.* Enimvero, o beate, neque color a colore, ex eo quod color unusquisque eſt, differt: at vero nigrum albo, praeterquam quod differt, etiam maxime contrarium eſſe novimus omnes. quin etiam figura figurae eadem

κατὰ ταυτὸν γένει μέν ἐσι πᾶν ἓν, τὰ δὲ μέρη τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, τὰ μὲν, ἐναντιώτατα ἀλλήλοις, τὰ δὲ διαφορότητα
P. ἔχοντα μυρίαν που τυγχάνει. καὶ πόλλ' ἕτερα οὕτως ἔχονθ'
13 εὑρήσομεν. ὥστε τούτῳ γε τῷ λόγῳ μὴ πίςευε, τῷ πάντα τὰ
a. ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι. φοβοῦμαι δὲ, μή τινας ἡδονὰς ἡδοναῖς εὑρήσομεν ἐναντίας. ΠΡΩ. Ἴσως. ἀλλὰ τί τοῦθ' ἡμῖν βλάψει τὸν λόγον; ΣΩ. Ὅτι προσαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ὄντα, ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι. λέγεις γὰρ ἀγαθὰ πάντα εἶναι τὰ ἡδέα. τὸ μὲν οὖν μὴ οὐχ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα, λόγος οὐδεὶς
b. ἀμφισβητεῖ. κακὰ δὲ ὄντα αὐτῶν τὰ πολλὰ, καὶ ἀγαθὰ δὲ, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ὅμως πάντα σὺ προσαγορεύεις ἀγαθὰ, αὐτὰ ὁμολογῶν ἀνόμοια εἶναι τῷ λόγῳ, εἴτις σε προσαναγκάζοι. τί οὖν δὴ ταυτὸν ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς ἑνὸν, πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις; ΠΡΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἴει γάρ τινα συγχωρήσεσθαι, θέμενον ἡδονὴν εἶναι τἀγαθὸν, εἶτα ἀνέξεσθαί σου λέγοντος, τὰς μὲν
c. εἶναί τινας ἡδονὰς, ἀγαθὰς, τὰς δέ τινας ἑτέρας αὐτῶν, κα-

genere ipso in universum est: partes autem generis eius, aut in immensum inter se differunt, aut contrariae sunt etiam: ceteraque huiusmodi multa reperiemus. Quamobrem noli huic rationi, quae maxime contraria omnia unum efficit, credere. Vereor enim, ne forte voluptates quasdam inter se contrarias reperiamus. *Pro.* Forte. sed quid hoc rationem nostram laedet? *So.* Id certe laedet, quod tu haec, dissimilia cum sint, alio (sic dicamus) nomine vocas. ais enim, suavia omnia bona esse: suavia vero, quin suavia sint, nulla prohibet ratio. Cum autem ex iis multa mala sint, multa etiam, ut nos quidem dicimus, bona, tu tamen omnia bona vocas, etiam dissimilia invicem confessurus, si quis coëgerit. Quid ergo, in cunctis voluptatibus, tam malis, quam bonis, idemne quiddam communiter invenitur, cuius gratia bonas omnes vocas? *Pro.* Quid ais, o Socrates? an putas, quempiam, cum posuerit voluptatem bonum esse, inde tibi concessurum, ac toleraturum te dicentem quasdam bonas, quasdam malas esse? *So.* Verum-

κάς; ΣΩ. Ἀλλ' οὖν ἀνομοίους γε φήσεις αὐτὰς ἀλλήλαις εἶναι, καί τινας ἐναντίας. ΠΡΩ. Οὔτι, καθόσον γε ἡδοναί. ΣΩ. Πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν φερόμεθα λόγον, ὦ Πρώταρχε. οὐδ' ἄρα ἡδονὴ ἡδονῆς διάφορον, ἀλλὰ πάσας ὁμοίας εἶναι φήσομεν. καὶ τὰ παραδείγματα ἡμᾶς δὴ τὰ νῦν λεχθέντα οὐδὲν τιτρώσκει. πειρασόμεθα δὲ καὶ ἐροῦμεν ἅπερ οἱ πάντων θαυλότατοί τε καὶ περὶ λόγους ἅμα νέοι. ΠΡΩ. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις; ΣΩ. Ὅτι σὲ μιμούμενος ἐγὼ καὶ ἀμυνόμενος ἐὰν τολμῶ λέγειν ὡς τὸ ἀνομοιότατον ἐστὶ τῷ ἀνομοιοτάτῳ πάντων ὁμοιότατον, ἔξω τὰ αὐτά σοι λέγειν· καὶ φανούμεθά γε νεώτεροι τοῦ δέοντος, καὶ ὁ λόγος ἐκπεσὼν ἡμῖν οἰχήσεται. πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουώμεθα· καὶ τάχ' ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας, ἴσως ἄν πως ἀλλήλοις συγχωρήσαιμεν. ΠΡΩ. Λέγε πῶς; ΣΩ. Ἐμὲ θὲς ὑπὸ σοῦ πάλιν ἐρωτώμενον, ὦ Πρώταρχε. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον δή; ΣΩ. Φρόνησίς τε καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς, καὶ πάνθ' ὁπόσα δὴ κατ' ἀρχὰς ἐγὼ θέμενος εἶπον ἀγαθά, διερωτώμενος ὅ, τι ποτέ ἐστιν ταγαθὸν, ἆρ' οὐ ταυτὸν πείσονται τοῦτο ὅπερ ὁ σὸς λόγος; ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Πολλαί τε αἱ

d.

e.

tamen dissimiles esse multas, plerasque etiam inter se contrarias, confiteberis. *Pro.* Haud sane, in quantum voluptates sunt. *So.* Rursus in idem relabimur, o Protarche, dicemusque voluptatem voluptate nihil differre, sed omnes consimiles esse: & exempla in medium paulo ante inducta nihil movebunt: ac instar eorum, qui inepti & rudes disputationum sunt, contendemus. *Pro.* Qui ista dicis? *So.* Quia si ipse te imitans ego, repellensque, dicere non verear, quod dissimillimum omnium dissimillimo simillimum sit, eadem, quae & tu, dicere potero. itaque rudiores, quam par sit, apparebimus: & oratio nobis exciderit, peractaque iam sit. Rursum igitur eam exordiamur. fortasse enim altius progressi, in eandem sententiam concedemus. *Pro.* Dic quomodo? *So.* Pone me vicissim interrogatum abs te, Protarche. *Pro.* Quidnam? *So.* Sapientia, scientia, mens, & quaecunque ego a principio, rogatus quid ipsum bonum sit, bona vocabam, nonne idem, quod & sermo tuus,

ξυνάπασαι ἐπιστῆμαι δόξουσιν εἶναι, καὶ ἀνόμοιοί τινες αὐτῶν ἀλλήλαις. εἰ δὲ καὶ ἐναντίαι πῇ γίγνονται τινὲς, ἆρα ἄξιος
p. ἂν εἴην τοῦ διαλέγεσθαι νῦν, εἰ φοβηθεὶς τοῦτο αὐτὸ, μηδε-
14 μίαν ἂν ἀνόμοιον φαίην ἐπιστήμην ἐπιστήμῃ γίγνεσθαι, κἄπειθ'
a. ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, ὥσπερ μῦθος, ἀπολόμενος οἴχοιτ' αὐτοῖ δὲ σωζοίμεθα ἐπί τινος ἀλογίας. ἀλλ' οὐ μὴν τοῦτο δεῖ γενέσθαι, πλὴν τοῦ σωθῆναι. τό γε μὴν μοὶ ἴσον τοῦ σοῦ τε καὶ ἐμοῦ λόγου ἀρέσκει· πολλαὶ μὲν ἡδοναὶ καὶ ἀνόμοιοι γιγνέσθων, πολλαὶ δὲ ἐπιστῆμαι καὶ διάφοροι. τὴν τοίνυν διαφορό-
b. τητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ, μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον, τολμῶμεν ἂν πῃ ἐλεγχόμενοι μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν τἀγαθὸν δεῖ λέγειν, ἢ φρόνησιν, ἢ τι τρίτον ἄλλο εἶναι· νῦν γὰρ οὐ δήπου πρός γε αὐτὸ τοῦτο ὃ φιλονεικοῦμεν, ὅπως ἃ 'γὼ τίθεμαι, ταῦτ' ἔσχι τὰ νικῶντα, ἢ ταῦθ' ἃ σύ. τῷ δ' ἀληθεστάτῳ δεῖ που συμμαχεῖν ἡμᾶς ἄμφω. ΠΡΩ. Δεῖ γὰρ οὖν. ΣΩ. Τοῦ-
c. τον τοίνυν τὸν λόγον ἔτι μᾶλλον δι' ὁμολογίας βεβαιωσώ-

patientur? *Pro.* Qua ratione? *So.* Cunctae namque scientiae multae videbuntur, earumque nonnullae dissimiles invicem. quod si quae etiam contrariae sint, numquid praesenti disputatione dignus fuero, si hoc ipsum veritus, nullam scientiam scientiae dissimilem dixerim? Sic tandem sermo noster tanquam fabula evanesceret, nos autem ruditate quadam detineremur. at sic fieri minime decet: quin potius salutis ratio habenda est. Mihi igitur & in tua, & in mea oratione ex aequo id placet, ut multae videlicet voluptates ac dissimiles sint, multae praeterea differentesque scientiae. Differentiam itaque mei ac tui boni, o Protarche, minime abscondentes, sed in lucem potius educentes, feramus, si qui examinantes inquirant, voluptatemne an sapientiam, aut tertium praeter ista quiddam bonum vocare fas sit. Nunc enim nequaquam istud contendere debemus, ut quae ipse pono, aut quae tu, vincant: sed ei quod verissimum est, faveamus. *Pro.* Sic oportet. *So.* Hoc idem multo magis mutua confessione stabiliamus. *Pro.*

μεθα. ΠΡΩ. Τὸν ποῖον δή; ΣΩ. Τὸν πᾶσι παρέχοντα ἀνθρώποις πράγματα ἑκοῦσί τε καὶ ἄκουσιν ἐνίοις καὶ ἐνίοτε. ΠΡΩ. Λέγε σαφέστερον. ΣΩ. Τὸν νῦν δὴ παραπεσόντα λέγω, φύσει πως πεφυκότα θαυμαστόν. ἓν γὰρ δὴ τὰ πολλὰ εἶναι, καὶ τὸ ἓν πολλά, θαυμαστὸν λεχθὲν, καὶ ῥᾴδιον ἂν ἀμφισβητῆσαι τῷ τούτων ὁποτερονοῦν τιθεμένῳ. ΠΡΩ. Ἆρ' οὖν λέγεις, ὅταν τὶς ἐμὲ φῇ Πρώταρχον ἕνα γεγονότα φύσει, πολλοὺς εἶναι πάλιν τοὺς ἐμὲ καὶ ἐναντίους ἀλλήλοις μέγαν καὶ σμικρὸν τιθεμένους, καὶ βαρὺν καὶ κοῦφον τὸν αὐτὸν, καὶ ἄλλα μυρία; ΣΩ. Σὺ μὲν, ὦ Πρώταρχε, εἴρηκας τὰ δεδημευμένα τῶν θαυμαζῶν περὶ τὸ ἓν καὶ πολλὰ, συγκεχωρημένα δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑπὸ πάντων ἤδη, μὴ δεῖν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι· παιδαριώδη καὶ ῥᾴδια, καὶ σφόδρα τοῖς λόγοις ἐμπόδια ὑπολαμβανόντων γίγνεσθαι. ἐπεὶ μηδὲ τὰ τοιάδε, ὅταν τὶς ἑκάστου τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη διελὼν τῷ λόγῳ, πάντα ταῦτα τὸ ἓν ἐκεῖνο εἶναι διομολογησάμενος, ἐλέγχῃ καταγελῶν ὅτι τέρατα διηνάγκασαι φάναι τό, τε ἓν ὡς πολλὰ ἐστι καὶ

Quidnam? *So.* Quod omnibus hominibus moleſtum eſt, & volentibus & invitis etiam interdum quibusdam. *Pro.* Dic planius. *So.* Sermonem, qui mox incidet, inquam, natura mirabilem: Multa unum eſſe, & unum multa, mirabile dictu. in quo facile eſt, utramcunque partem defendas, dubium movere. *Pro.* Numquid hoc ais, cum quispiam me verbi cauſa Protarchum unum natura genitum aſſerit, eundem rurſus multos dicat? rurſus qui me & inter ſe contrarios, gravem, levem, magnum, parvum ponant, iidem eundem unumque hominum ponant, & multa huius generis? *So.* Tu quidem, o Protarche, circa unum ac multa, quae mira videri deſierunt, inducis, & quae, ut ita dicam, omnes conſentiunt minime tentanda eſſe, cum puerilia ſint quaedam, & facilia cognitu, ac maxime ſermonibus obſutura, ſi quis admittat: nec mirabilia cenſenda, ſi quis membra alicuius partesque ratione dividens, univerſas eas illud unum eſſe confeſſus, mox refellat, derideatque, quaſi monſtra fateri coactus, unum multa ſcilicet infinitaque eſſe,

ἄπειρα, καὶ τὰ πολλὰ, ὡς ἓν μόνον. ΠΡΩ. Σὺ δὲ δὴ ποῖα
ἕτερα, ὦ Σώκρατες, λέγεις, ἃ μήπω συγκεχωρημένα δεδή-
p. μευται περὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον; ΣΩ. Ὁπόταν, ὦ παῖ,
15 a. τὸ ἓν μὴ τῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων τις τιθῆται,
καθάπερ ἀρτίως ἡμεῖς εἴπομεν. ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ τοιοῦ-
τον ἓν, ὅπερ εἴπομεν νῦν δὴ, συγκεχώρηται, τὸ μὴ δεῖν ἐλέγ-
χειν. ὅταν δέ τις ἕνα ἄνθρωπον ἐπιχειρῇ τιθέσθαι, καὶ βοῦν
ἕνα, καὶ τὸ καλὸν ἕν, καὶ τἀγαθὸν ἕν, περὶ τούτων τῶν
ἑνάδων καὶ τῶν τοιούτων ἡ πολλὴ σπουδὴ, μετὰ διαιρέσεως
ἀμφισβήτησις γίγνεται. ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Πρῶτον μὲν, εἴ
b. τινας δεῖ τοιαύτας εἶναι μονάδας ὑπολαμβάνειν, ἀληθῶς οὔ-
σας. εἶτα πῶς αὖ ταύτας, μίαν ἑκάστην, οὖσαν ἀεὶ τὴν αὐτὴν,
καὶ μήτε γένεσιν μήτε ὄλεθρον προσδεχομένην, ὅμως εἶναι
βεβαιότητα μίαν ταύτην. μετὰ δὲ τοῦτ', ἐν τοῖς γιγνομένοις
αὖ καὶ ἀπείροις εἴτε διεσπασμένην, καὶ πολλὰ γεγονυῖαν δε-
τέον, εἴθ' ὅλην αὐτὴν αὑτῆς χωρίς· ὃ δὴ πάντων ἀδυνατώτα-
τον φαίνοιτ' ἄν, ταυτὸν καὶ ἓν ἅμα ἓν ἑνί τε καὶ πολλοῖς
c. γίγνεσθαι. ταῦτ' ἔστι τὰ περὶ τὰ τοιαῦτα ἓν καὶ πολλά. ἀλλ'

multa vero unum. *Pro.* Tu vero quaenam alia dicis, o Socrates, quae nondum conceſſa circa ſermonem eundem divulgata ſint? *So.* Quando quiſpiam, o puer, ipſum unum nihil ex iis quae oriuntur, & occidunt, ponit, ut paulo ante nos diximus, tunc tale unum haudquaquam refelli debere conceſſum eſt. at cum unum hominem affirmare conatur, bovem unum, pulchrum unum, unumque bonum, tunc ſane in iis eiusmodique unitatibus, anxium ſtudium, ac etiam diviſio ambigua fit. *Pro.* Quo pacto? *So.* Primo quidem, utrum admittendum ſit, eiuscemodi quasdam unitates vere eſſe. Deinde, quomodo quamlibet earum unam ſemper eandemque eſſe putandum, nec generationem, nec interitum ſuſcipientem, ſuaque in unitate firmiſſimam. Poſtremo, numquid in rebus genitis & infinitis quaeque ponenda ſit, ſive diſperſa, multaque ex una iam facta, ſive tota ipſa ab ſe ipſa ſeorſum: quod maxime omnium impoſſibile videatur, unum idemque ſimul in uno multisque fieri.

οὐκ ἐκεῖνα, ὦ Πρώταρχε, ἁπάσης ἀπορίας αἴτια, μὴ καλῶς ἐμολογηθέντα, καὶ εὐπορίας ἂν αὖ καλῶς. ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή που τοῦθ' ἡμᾶς, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ νῦν πρῶτον διαπονήσασθαι. ΣΩ. Ὡς γοῦν ἐγὼ φαίην ἄν. ΠΡΩ. Καὶ πάντας τοίνυν ἡμᾶς ὑπόλαβε συγχωρεῖν σοι τούσδε τὰ τοιαῦτα· Φίληβον δ' ἴσως κράτιστον ἐν τῷ νῦν ἐπερωτῶντα μὴ κινεῖν εὖ κείμενον. ΣΩ. Εἶεν. πόθεν οὖν ἂν τις ταύτης ἄρξηται πολλῆς οὔσης καὶ παντοίας περὶ τὰ ἀμφισβητούμενα μάχης; ἆρ' d. ἐνθένδε; ΠΡΩ. Πόθεν; ΣΩ. Φαμέν ποι ταυτὸν ἓν καὶ πολλὰ ὑπὸ λόγων γιγνόμενα περιτρέχειν πάντη καθ' ἕκαστον τῶν λεγομένων αἰεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν. καὶ τοῦτο οὔτε μὴ παύσηται ποτὲ, οὔτε ἤρξατο νῦν· ἀλλ' ἔστι τὸ τοιοῦτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῶν λόγων αὐτῶν ἀθάνατόν τι καὶ ἀγήρων πάθος ἐν ἡμῖν. ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος ἑκάστοτε τῶν νέων, ἡσθεὶς ὥς τινα σοφίας εὑρηκὼς θησαυρὸν, ὑφ' ἡδονῆς ἐνθουσιᾷ τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον ἄσμενος· τοτὲ μὲν ἐπὶ θάτερα e.

Non illa igitur, o Protarche, ſed iſta ſunt quae circa unum & multa, & male conceſſa, omnis difficultatis defectusque ſunt cauſa: bene autem examinata, facilitatis. *Pro.* Oportet nos, o Socrates, hoc primum in praeſentia diſcutere. *So.* Sic ego quidem iudicarim. *Pro.* Hos igitur omnes concedere haec tibi exiſtima. Forte vero nunc praeſtat, Philebum, quaſi malum, ut dicitur, quod bene iacet, rogando non movere. *So.* Eſto. At unde potiſſimum exordiemur, cum multa & varia in his dubitationibus pugna inſit? hincne? *Pro.* Undenam? *So.* Unum ac multa rationibus idem facta, omnem ubique orationem & quondam & nunc pervagari. quod ut nunquam futurum non eſt, ita nunc primum haud coepit: ſed, ut mihi quidem videtur, in hoc diſputationum genere, Protarche, immortalis quaedam & nunquam ſeneſcens inſita nobis ratio. Eam cum primum adoleſcens aliquis guſtavit, ſecum ipſe congratulatur, quaſi quendam theſaurum ſapientiae nactus, & voluptate plenus exſultat ac furit, omnemque diſputationem libenter tentat, tum quidem in alteram partem reflectens, & in unum com-

κυκλῶν, καὶ συμφύρων εἰς ἕν, τοτὲ δὲ πάλιν ἀνελίττων καὶ διαμερίζων· εἰς ἀπορίαν αὐτὸν μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα καταβάλλων, δεύτερον δ' ἀεὶ τὸν ἐχόμενον, ἄν τε νεώτερος, ἄν τε πρεσβύτερος, ἄν τε ἡλιξ ὢν τυγχάνῃ· φειδόμενος οὔτε
p. πατρὸς, οὔτε μητρὸς, οὔτε ἄλλου τῶν ἀκουόντων οὐδενός·
16 a. ὀλίγου δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων. ἐπεὶ βαρβάρων γε οὐδενὸς ἂν φείσαιτο, εἴπερ ἑρμηνέα μόνον ποθὲν ἔχοι. ΠΡΩ. Ἆρ', ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁρᾷς ἡμῶν τὸ πλῆθος, ὅτι νέοι πάντες ἐσμέν; καὶ οὐ φοβῇ μή σοι μετὰ Φιλήβου ξυνεπιθώμεθα, ἐὰν ἡμᾶς λοιδορῇς; ὅμως δὲ (μανθάνομεν γὰρ ὃ λέγεις) εἴ τις τρόπος ἐστὶ καὶ μηχανὴ, τὴν μὲν τοιαύτην ταραχὴν ἡμῖν ἔξω τοῦ λόγου εὐμενῶς πως ἀπελ-
b. θεῖν, ὁδὸν δέ τινα καλλίω ταύτης ἐπὶ τὸν λόγον ἀνευρεῖν, σύ τε προθυμοῦ τοῦτο, καὶ ἡμεῖς συνακολουθήσομεν εἰς δύναμιν. οὐ γὰρ σμικρὸς ὁ παρὼν λόγος, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν, ὦ παῖδες, ὅς φησιν ὑμᾶς προσαγορεύων Φίληβος, οὐ μήν ἐστι καλλιων ὁδὸς, οὐδ' ἂν γίγνοιτο· ἧς ἐγὼ ἐραστὴς μέν

miscens, tum vero explicans iterum, & in multa distribuens: ubi certe in dubitationem difficultatemque se ipsum primo ac praecipue deiicit: deinde proximum quemque, sive iunior, sive senior, sive aequalis sit: nec patri, nec matri, nec audientium cuiquam parcens; ferme etiam nec aliis animantibus, nedum hominibus, quandoquidem & barbarorum nemini parcat, modo interpretem alicunde nanciscatur. *Pro.* An non vides, o Socrates, qui adstamus, omnes iuvenes nos esse? tum non metuis, ne una cum Philebo, si nos contumelia affeceris, in te impetum faciamus? Verumtamen, (intelligimus enim quod dicis,) si quis modus est, si quod machinamentum, quo perturbatio haec benigne e disputatione reiici, ac via quaedam ad sermonem commodior reperiri possit, & ipse meditare, & nos pro viribus te sequemur. neque enim parva disputatio praesens est, o Socrates. *So.* Non certe, o pueri: sic enim Philebus vos appellavit. nulla tamen est via pulchrior, neque esse potest, quam illa quam semper ego dilexi. At illa me saepe fugiens, desertum

εἰμι ἀεὶ, πολλάκις δέ με ἤδη διαφυγοῦσα, ἔρημον καὶ ἄπορον κατέσησε. ΠΡΩ. Τίς αὕτη; λεγέσθω μόνον. ΣΩ. Ἣν δηλῶσαι μὲν οὐ πάνυ χαλεπὸν, χρῆσθαι δὲ παγχάλεπον. c. πάντα γὰρ, ὅσα τέχνης ἐχόμενα ἂν εὑρεθῇ πώποτε, διὰ ταύτης φανερὰ γέγονε. σκόπει δὲ ἣν λέγω. ΠΡΩ. Λέγε μόνον. ΣΩ. Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις, ὡς γε καταφαίνεται, ἐμοὶ ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα φανωτάτῳ τινὶ πυρί. καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ, κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν, ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι, πέρας δὲ καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων. δεῖν οὖν ἡμᾶς, d. τούτων οὕτω διακεκοσμημένων, αἰεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν. εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν. ἐὰν οὖν καταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἴπως εἰσὶ, σκοπεῖν· εἰ δὲ μὴ, τρεῖς, ἢ τινα ἄλλον ἀριθμόν· καὶ τῶν ἓν ἑκείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως. μέχρι περ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἓν μὴ ὅτι ἓν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρά ἐστι, μόνον ἴδῃ τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. τὴν δὲ

inopemque consilii destituit. *Pro.* Quaenam ista? dic modo. *So.* Quam ostendere haud ita difficile est, persequi vero difficillimum. Quaecunque enim per artem adinventa sunt, hac in lucem hominibus prodierunt via. Animadverte quaeso, quam dico. *Pro.* Dic modo. *So.* Donum profecto deorum ad homines, ut mihi videtur, per Prometheum quendam una cum quodam lucidissimo igne descendit. etenim prisci nobis praestantiores, diisque propinquiores, haec nobis oracula tradiderunt: quod cum ex uno & multis constent universa, quae semper esse dicuntur, terminumque & infinitatem innatam habeant, oportere nos his ita ordinatis, unam semper ideam in uno quolibet generatim ponentes inquirere: eam enim insitam inventuros esse. quam si comprehenderimus, post unam duas, si sint, perscrutari: si minus id pateat, tres, aut alium numerum quaerere: & quodlibet eorum quae sunt unum, rursus eodem pacto dividere, quousque ipsum principio unum, non modo quod unum, multaque & infinita sit, verum etiam quot sit, aliquis

τοῦ ἀπείρου ἰδέαν πρὸς τὸ πλῆθος μὴ προσφέρειν, πρὶν ἄν τις
τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ πάντα κατίδῃ, τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπείρου
c. τε καὶ τοῦ ἑνὸς· τότε δ' ἤδη τὸ ἓν ἕκαστον τῶν πάντων εἰς τὸ
ἄπειρον μεθέντα χαίρειν ἐᾶν. οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, οὕ-
τως ἡμῖν παρέδοσαν σκοπεῖν, καὶ μανθάνειν, καὶ διδάσκειν
ἀλλήλους. οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοὶ ἓν μὲν, ὅπως ἂν τύ-
p. χωσι, καὶ πολλὰ θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι τοῦ δέοντος,
17 μετὰ δὲ τὸ ἓν, ἄπειρα εὐθύς· τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει.
a. οἷς διακεχώρισαι τό, τε διαλεκτικῶς πάλιν καὶ τὸ ἐριστικῶς
ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους. ΠΡΩ. Τὰ μέν
πως, ὦ Σώκρατες, δοκῶ σου μανθάνειν· τὰ δὲ, ἔτι δέομαι
σαφέστερον, ἃ λέγεις, ἀκοῦσαι. ΣΩ. Σαφὲς μὴν, ὦ Πρώταρχε,
ἐστὶν ἐν τοῖς γράμμασιν, ὃ λέγω· καὶ λάμβανε αὐτὸ ἐν τού-
b. τοις, οἵσπερ καὶ πεπαίδευσαι. ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Φωνὴ μὲν ἡμῖν
ἐστί που μία διὰ τοῦ στόματος ἰοῦσα, καὶ ἄπειρος αὖ πλῆθει,
πάντων τε καὶ ἑκάστου. ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Καὶ οὐδὲν ἕτέ-
ρων γε τούτων ἐσμέν πω σοφοὶ, οὔτε ὅτι τὸ ἄπειρον αὐτῆς

noscat: infiniti autem ideam non prius ad multitudinem adhibere, quam quis numerum omnem, inter infinitum & unum medium cadentem, perceperit: tunc demum unum quodlibet omnium in infinitum dimittere, ac valere sinere. Dii ergo, ut diximus, sic nobis investigare, discere, & mutuum docere dederunt. Qui vero nunc exstant ex hominibus sapientes, unum quidem ac multa, utcunque contingit, velocius atque tardius, quam decet, inducunt, & post unum infinita continuo: media vero illos effugiunt. Quibus disputandi mutua inter nos ratio, tum dialectica, tum etiam litigiosa, discreta est. *Pro.* Quae modo dixisti, o Socrates, partim intelligere mihi videor, partim clarius audire desidero. *So.* Perspicue hoc constat in literis, o Protarche, quod diximus. itaque in his quas didicisti, id accipe. *Pro.* Quonam pacto? *So.* Vox, inquam, ex ore nobis erumpens una est: & infinitae rursus voces numero, & cunctorum pariter, & cuiusque. *Pro.* Quidni? *So.* Neutro tamen horum docti efficimur, nec quod eius infinitum, nec iterum, quod

ἴσμεν, οὔτε ὅτι τὸ ἕν· ἀλλ' ὅτι πόσα τέ ἐστι καὶ ὁποῖα, τοῦτ' ἔστι τὸ γραμματικὸν ἕκαστον ποιοῦν ἡμῶν. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τὸν μουσικὸν ὁ τυγχάνει ποιοῦν, τοῦτ' ἔστι ταυτόν. ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Φωνὴ μέν που καὶ τὸ κατ' c.
ἐκείνην τὴν τέχνην ἕστι μία ἐν αὐτῇ. ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Δύο δὲ θῶμεν, βαρὺ καὶ ὀξύ, καὶ τρίτον ὁμότονον. ἢ πῶς; ΠΡΩ. Οὕτως. ΣΩ. Ἀλλ' οὔπω σοφὸς ἂν εἴης τὴν μουσικὴν, εἰδὼς ταῦτα μόνα· μὴ εἰδὼς δὲ, ὡς γ' ἔπος εἰπεῖν, εἰς ταῦτα οὐδενὸς ἄξιος ἔσῃ. ΠΡΩ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩ. Ἀλλ', ὦ φίλε, ἐπειδὰν λάβῃς τὰ διαστήματα ὁπόσα ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς φωνῆς, ὀξύτητός τε πέρι καὶ βαρύτητος, καὶ ὁποῖα, καὶ τοὺς ὅρους τῶν διαστημάτων, καὶ τὰ ἐκ τούτων ὅσα συστήματα γέ- d.
γονεν (ἃ κατιδόντες οἱ πρόσθεν, παρέδοσαν ἡμῖν τοῖς ἑπομένοις ἐκείνοις, καλεῖν αὐτὰ ἁρμονίας, ἔν τε ταῖς κινήσεσιν αὖ τοῦ σώματος ἕτερα τοιαῦτα ἐνόντα πάθη γιγνόμενα· ἃ δὴ δι' ἀριθμῶν μετρηθέντα, δεῖν αὐτὰ φασὶ ῥυθμοὺς καὶ μέτρα ἐπονομάζειν· καὶ ἅμα ἐννοεῖν, ὡς οὕτω δεῖ περὶ παντὸς

eius unum cognoſcimus; ſed quia & quot, & quales ſunt, tenemus. hoc enim unumquemque noſtrum grammaticum reddit. *Pro.* Veriſſima loqueris. *So.* Idem quoque muſicum hominem facit. *Pro.* Qua ratione? *So.* Una quodammodo & in hac arte vox eſt. *Pro.* Quidni? *So.* Duo item ponenda ſunt, grave & acutum, & tertium tonus medius. nonne ita? *Pro.* Ita. *So.* Verumtamen nondum peritus muſices eris, ſi haec ſola cognoveris: & iſta ignorans, ut ita loquar, nullius eris in muſica pretii. *Pro.* Nullius. *So.* Sed poſtquam, o amice, acceperis, quot intervalla vocis numero ſint circa grave atque acutum, & qualia ſint, nec non intervallorum termini, & quotcunque ex his compoſitiones proveniunt. quae maiores noſtri conſpicientes, nobis eorum ſectatoribus, ut huiusmodi quaedam harmonias appellaremus, tradiderunt: in motibus praeterea geſtibusque corporis alia quaedam talia ineſſe monſtrarunt, quae numeris demenſa, rhythmos atque menſuras vocari iuſſere: cogitare praeterea, quod eadem ratione de unoquoque quod

ἑνὸς καὶ πολλῶν σκοπεῖν) ὅταν γὰρ ταῦτά τε λάβῃς οὕτω;
c. τότε ἐγένου σοφός· ὅταν δὲ ἄλλο τῶν ὄντων ὁτιοῦν ταύτῃ σκοπούμενος ἕλῃς, οὕτως ἔμφρων περὶ τοῦτο γέγονας. τὸ δ' ἄπειρόν σε ἑκάζων καὶ ἐν ἑκάζοις πλῆθος, ἄπειρον ἑκάζοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν, καὶ οὐκ ἐλλόγιμον, οὐδ' ἐναρίθμον· ἂτ' οὐκ εἰς ἀριθμὸν οὐδένα ἐν οὐδενὶ πώποτε ἀπιδόντα. ΠΡΩ. Κάλλιζα, ὦ Φίληβε, ἔμοιγε τὰ νῦν λεγόμενα εἰρηκέναι φαίνεται Σωκράτης. ΦΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτά γε αὐτά. ἀλλὰ τί δήποτε πρὸς
p. ἡμᾶς ὁ λόγος οὗτος νῦν εἴρηται; καὶ τί ποτε βουλόμενος;
18 ΣΩ. Ὀρθῶς μέντοι τοῦδ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἠρώτηκε Φί-
a. ληβος. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ ἀποκρίνου γε αὐτῷ. ΣΩ. Δράσω ταῦτα, διελθὼν σμικρὸν ἔτι περὶ αὐτῶν τούτων. ὥσπερ γὰρ ἓν ὁτιοῦν εἴτις ποτὲ λάβοι, τοῦτον, ὡς φαμὲν, οὐκ ἐπ' ἀπείρου δεῖ φύσιν βλέπειν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπί τινα ἀριθμόν· οὕτω καὶ τοὐναντίον, ὅταν τὶς τὸ ἄπειρον ἀναγκασθῇ πρῶτον λαμ-
b. βάνειν, μὴ ἐπὶ τὸ ἓν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινα πλῆθος ἕκαζον ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευτᾷν τε ἐκ πάντων εἰς ἕν. πάλιν δὲ ἐν τοῖς γράμμασι τὸ νῦν λεγόμενον λάβωμεν. ΠΡΩ.

unum & multa eſt, conſiderare debemus. nam quando iſta ſic accipis, ſapiens tunc evadis. cum vero & aliud quidquam ita comprehendis, ſapiens rurſus circa illud efficieris. Infinita autem ſingulorum & in ſingulis multitudo, vagum te incertumque, & rationis ac numeri reddit expertem, utpote in nullum cuiusque terminum reſpicientem. *Pro.* Praeclare haec, o Philebe, Socrates mihi dixiſſe videtur. *Phi.* Mihi quoque. ſed quid ad rem hic ſermo? quidve ſibi vult? *So.* Recte id, o Protarche, Philebus iſte quaeſivit. *Pro.* Prorſus. reſponde igitur. *So.* Faciam quod vultis, ubi de his iisdem paulisper etiam diſputavero. Ut enim ſi quis unum aliquod accipit, is, ut diximus, haud mox in infiniti naturam, ſed aliquem numerum, deſcendere debet: ita viciſſim, ſi quis infinitum primo ſumere cogitur, nequaquam in unum continuo, ſed in numerum quendam, qui multitudinem aliquam habeat, debet intendere, ex omnibusque tandem in unum deſinere. Quod vero nunc dixi-

Πῶς; ΣΩ. Ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτέ τις θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος, ἐν Αἰγύπτῳ, Θεῦθ τινὰ τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν, οὐχ ἓν ὄντα, ἀλλὰ πλείω· καὶ πάλιν ἕτερα, φωνῆς μὲν οὔ, φθόγγου δὲ μετέχοντα τινός· ἀριθμὸν δέ τινα c. καὶ τούτων εἶναι· τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεχήσατο, τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν· τὸ μετὰ τοῦτο διῄρει τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα, μέχρις ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τὰ φωνήεντα, καὶ τὰ μέσα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἕως αὐτῶν ἀριθμὸν λαβὼν, ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ ξύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε. καθορῶν δὲ, ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος, ὡς ὄντα ἕνα, καὶ ταῦτα πάντα ἓν πως ποιοῦντα, μίαν ἐπ' αὐτοῖς d. ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών. ΦΙ. Ταῦτ' ἔτι σαφέστερον ἐκείνων αὐτά τε πρὸς ἄλληλα, ὦ Πρώταρχε, ἔμαθον· τὸ δ' αὐτό μοι τοῦ λόγου νῦν τε καὶ σμικρὸν

mus, rursus in literis coniectari licet. *Pro.* Quomodo? *So.* Postquam infinitam vocem cogitavit, sive Deus aliquis, sive homo divinus, qualis apud Aegyptios Theuth quidam fuisse fertur, qui primas in ipsa vocis infinitate vocales literas consideravit, quae non una, sed plures sunt: rursusque alias, quae non vocis, sed soni participes essent, atque harum numerum certum similiter definivit: tertiam deinde speciem literarum distinxit, earum, quas nunc mutas vocamus: postremo soni expertes mutasque discrevit usque singula quaedam, vocalesque & medias eodem modo; donec earum numero in singulis speciebus, & in universis reperto, elementa vocaret. Cumque videret, neminem nostrum, horum quidquam seorsim perceppturum, nisi universa percepisset, hoc velut vinculum, unum quiddam exsistens, & in unum dispersa redigens, meditatus, quam unam in his esse artem grammaticen animadvertit, eo nomine appellavit. *Phi.* Haec planius, quam superiora, videlicet ipsa invicem comparata, o Protarche, comprehendi. idem tamen & nunc, quod superius, in hac disputatione desidero. *So.*

ἔμπροσθεν ἐλλείπεται. ΣΩ. Μῶν, ὦ Φίληβε, τὸ, τί πρὸς ἕπος αὖ ταῦτ' ἐρεῖ; ΦΙ. Ναί. τοῦτ' ἔστιν ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγώ τε καὶ Πρώταρχος. ΣΩ. Ἦ μὴν ἐπ' αὐτῷ γε ἤδη γεγονότες,
e. ἐζητεῖτε, ὡς φῂς, πάλαι; ΦΙ. Πῶς; ΣΩ. Ἆρ' οὐ περὶ Φρονήσεως ἦν καὶ ἡδονῆς ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος, ὁπότερον αὐτοῖν αἱρετέον; ΦΙ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Καὶ μὴν ἕν γε ἑκάτερον αὐτοῖν εἶναι φαμέν. ΦΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἡμᾶς ὁ πρόσθεν λόγος ἀπαιτεῖ, πῶς ἔστιν ἓν καὶ πολλὰ αὐτῶν ἑκάτερον· καὶ πῶς μὴ ἄπειρα εὐθὺς, ἀλλά τινα
p. ποτὲ ἀριθμὸν ἑκάτερον ἔμπροσθεν κέκτηται, τοῦ ἄπειρα αὖ
19 a. τῶν ἕκαστα γεγονέναι; ΠΡΩ. Οὐκ εἰς φαῦλόν γε ἐρώτημα, ὦ Φίληβε, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον κύκλῳ πως περιαγαγὼν ἡμᾶς ἐμβέβληκε Σωκράτης. καὶ σκόπει δὴ, πότερος ἡμῶν ἀποκρινεῖται τὸ νῦν ἐρωτώμενον. ἴσως δὴ γελοῖον τὸ ἐμὲ τοῦ λόγου διάδοχον, παντελῶς ὑποξάντα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἐρωτηθὲν ἀποκρίνασθαι, σοὶ πάλιν τοῦτο προστάττειν·
b. γελοιότερον δ' οἶμαι πολὺ τὸ μηδέτερον ἡμῶν δύνασθαι. σκό-

Num, o Philebe, requiris, quid videlicet ad ſermonem noſtrum iſta conferant? *Phi.* Id ſcilicet, quod dudum ego & una Protarchus requirebamus. *So.* Numquid hoc aſſecuti, requiritis tamen iampridem, ut inquis? *Phi.* Quonam pacto? *So.* An non de ſapientia & voluptate nobis ab ipſo principio diſceptatio fuit, utrum ex iis intelligendum? *Pro.* Immo. *So.* Etenim unum eſſe utrumque horum diximus. *Pro.* Diximus profecto. *So.* Hoc ipſum prior ſermo requirit, quomodo unum & multa utrumque horum ſit, quove pacto non infinita continuo, ſed certum utrumque horum numerum accipiat prius, quam in infinitum porrigatur. *Pro.* Haud ſane in levem nos quaeſtionem, neſcio quo modo Socrates, o Philebe, circumduxit. Quare age, conſidera uter noſtrum ad praeſentem interrogationem reſpondeat. Forte tamen ridiculum eſt, me, diſputationis totius ſucceſſorem, eo quod reſpondere ad quaeſitum modo nequeam, rurſus hoc ipſum tibi imperare. at ridiculum multo magis eſſet, neutrum noſtrum id poſſe. Meditare itaque, quid agamus.

πει δὴ τί δράσομεν. εἴδη γάρ μοι δοκεῖ νῦν ἐρωτᾶν ἡδονῆς ἡμᾶς Σωκράτης, εἴτ' ἔστιν, εἴτε μή· καὶ ὁπόσα ἐστὶ, καὶ ὁποῖα τῆς τ' αὖ φρονήσεως πέρι κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως. ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις, ὦ παῖ Καλλίου. μὴ γὰρ δυνάμενοι τοῦτο κατὰ παντὸς ἑνὸς καὶ ὁμοίου καὶ ταυτοῦ ὁρᾶν, καὶ τοῦ ἐναντίου, ὡς ὁ παρελθὼν λόγος ἐμήνυσεν, οὐδεὶς εἰς οὐδὲν οὐδενὸς ἂν ἡμῶν οὐδέποτε γένοιτο ἄξιος. ΠΡΩ. Σχεδὸν ἔοικεν οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἔχειν. ἀλλὰ καλὸν μὲν τὸ ξύμπαντα γιγνώσκειν τῷ σώφρονί δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς δοκεῖ, μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὑτόν. τί δή μοι τοῦτο εἴρηται ταυῦν, ἐγώ σοι φράσω. σὺ τήνδε ἡμῖν τὴν συνουσίαν, ὦ Σώκρατες, ἐπέδωκας πᾶσι, καὶ σαυτὸν, πρὸς τὸ διελέσθαι, τί τῶν ἀνθρωπίνων κτημάτων ἄριστον. Φιλήβου γὰρ εἰπόντος ἡδονὴν καὶ τέρψιν καὶ χαρὰν, καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτά ἐστι, σὺ πρὸς αὐτὰ ἀντεῖπες, ὡς οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πολλάκις ἡμᾶς αὐτοὺς ἀναμιμνήσκομεν ἑκόντες· ὀρθῶς δρῶντες, ἵν' ἐν μνήμῃ παρακείμενα ἑκάτερα βασανίζηται. φῂς δ', ὡς ἔοικε, σὺ τὸ προσρηθησό-

Species enim voluptatis a nobis exigere Socrates velle videtur, ſint, necne: quotque praeterea, qualesve ſint: & de ſapientia eadem ſimiliter percontari. *So.* Vera loqueris, o Calliae fili. niſi enim id circa quodlibet unum, ſimile, idem, & contrarium, quemadmodum oratio praecedens oſtendit, obſervare queamus, nullus unquam noſtrum ullius erit ad aliquid pretii. *Pro.* Sic ferme, o Socrates, ſe res habere videtur. ac praeclara quidem res prudenti viro omnia noſſe: ſecunda vero navigatio, proximaque videtur ab eo, ſe ipſum minime latere. quorſum autem iſta nunc dixerim, declarabo. Ipſe nobis, o Socrates, diſputationis huius auctor exſtitiſti, teque ipſum ad inveſtigandum, quid ex humanis rebus optimum ſit, praebuiſti. Nam cum Philebus voluptatem, delectationem, laetitiam, & reliqua huius generis, hominibus optima eſſe aſſereret, tu illi ſtatim contradixiſti, eſſe non ea, ſed illa potius, quae ſaepenumero in memoriam nobis ſponte reducimus, recte agentes, ut in memoriam reducta utraque diſcutiantur. Dicis autem tu, ut

μενον ὀρθῶς, ἄμεινον ἡδονῆς γε ἀγαθὸν εἶναι, νοῦν, ἐπιςήμην, σύνεσιν, τέχνην, καὶ πάντα αὖ τὰ τούτων ξυγγενῆ κτᾶσθαι δεῖ, ἀλλ' οὐχὶ ἐκεῖνα. τούτων δὴ μετ' ἀμφισβητήσεων ἑκατέρων λεχθέντων, ἡμεῖς σοι μετὰ παιδιᾶς ἠπειλήσαμεν, ὡς οὐκ ἀφήσομεν οἰκαδέ σε, πρὶν ἂν τούτων τῶν λόγων πέρας ἱκανὸν γένηταί τι διορισθέντων· σὺ δὲ συνεχώρησας καὶ ἔδωκας εἰς ταῦθ' ἡμῖν σαυτόν. ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔςι. παῦσαι δὴ τὸν τρόπον ἡμῖν ἁπάντων τοῦτον ἐπὶ τὰ νῦν λεγόμενα. ΣΩ. Τίνα λέγεις; ΠΡΩ. Εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλων, καὶ ἀνερωτῶν, ὧν μὴ δυναίμεθ' ἂν ἱκανὴν ἀπόκρισιν ἐν τῷ παρόντι διδόναι σοι. μὴ γὰρ οἰώμεθα τέλος ἡμῖν εἶναι τῶν νῦν, τὴν πάντων ἡμῶν ἀπορίαν· ἀλλ' εἰ δρᾷν τοῦθ' ἡμεῖς ἀδυνατοῦμεν, σοὶ δραξέον. ὑπέσχου γάρ. βουλεύου δὴ πρὸς ταῦτα αὐτὸς, πότερον ἡδονῆς εἴδη σοὶ καὶ ἐπιςήμης διαιρετέον, ἢ καὶ ἑατέον, εἴπη καθ' ἕτερόν τινα τρόπον οἵόστ' εἶ, καὶ βούλει, δηλῶσαί πως ἄλλως τὰ νῦν ἀμφισβητούμενα παρ' ἡμῖν.

videtur, (quod adiiciendum puto recte) praestantius voluptate bonum esse, mentem, scientiam, intelligentiam, & reliqua huiuscemodi, & quod haec capessere potius quam illa debeamus. Quae utraque cum in dubium vocata sint omnia, haec quasi ioco minati sumus, non prius te domum dimissuros, quam huic controversiae idoneus finis imponeretur: tu vero concessisti quidem, teque ipsum ad id exsequendum exposuisti. Nos itaque dicimus, quod pueri solent, Quae recte data sunt, eripi non licet. Omitte igitur illum disputandi modum nunc quidem. *So.* Quem dicis? *Pro.* Quo dubitationum scrupulos iniicis, eaque interrogas, quibus de respondere tibi nunc nemo nostrum idonee saltem potest. neque enim belle finita esse disputatio putanda est, qua perplexos omnes nos reddidisti. atque si minus id nos valemus, tibi agendum est: pollicitus enim es. Hoc igitur tu consulta, utrum voluptatis & sapientiae species distinguendae, an potius dimittendae: an alio quoquam modo queas velisve, quae nunc inter nos controversa sunt, aperire.

ΣΩ. Δεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προσδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμὲ, ἐπεὶ b.
δὴ τοῦτ' οὕτως εἶπες. τὸ γὰρ, εἰ βούλει, ῥηθὲν, λύει πάντα
φόβον ἑκάστων πέρι. πρὸς δὲ αὖ τούτοις μνήμην τινὰ δοκεῖ τις
μοι δεδωκέναι θεῶν ἡμῖν. ΠΡΩ. Πῶς δή; καὶ τίνων; ΣΩ.
Λόγων ποτὲ τινῶν πάλαι ἀκούσας ὄναρ, ἢ καὶ ἐγρηγορὼς,
νῶν ἐννοῶ περί τε ἡδονῆς καὶ φρονήσεως, ὡς οὐδέτερον αὐτοῖν
ἐσὶν ἀγαθὸν, ἀλλ' ἄλλό τι τρίτον· ἕτερον μὲν τούτων, ἄμει-
νον δὲ ἀμφοῖν. καίτοι τοῦτο ἐὰν ἐναργῶς ἡμῖν φανῇ νῦν, c.
ἀπήλλακται μὲν ἡδονὴ τοῦ νικᾶν. τὸ γὰρ ἀγαθὸν, οὐκ ἂν ἔτι
ταυτὸν αὐτῇ γίγνηται. ἢ πῶς; ΠΡΩ. Οὐτω. ΣΩ. Τῶν δέ γε
εἰς τὴν διαίρεσιν εἰδῶν ἡδονῆς οὐδὲν ἔτι προσδεησόμεθα, κατ'
ἐμὴν δόξαν. προϊὼν δ' ἔτι ὁ λόγος σαφέσερον δείξει. ΠΡΩ.
Κάλλισα εἰπὼν, οὕτω καὶ διαπέραινε. ΣΩ. Σμικρὰ ἄττα
τοίνυν ἔμπροσθεν ἔτι διομολογησώμεθα. ΠΡΩ. Τὰ ποῖα;
ΣΩ. Τὴν τἀγαθοῦ μοῖραν πότερον ἀνάγκη τέλεον ἢ μὴ τέ-
λεον εἶναι; ΠΡΩ. Πάντων δήπου τελεώτατον, ὦ Σώκρατες. d.
ΣΩ. Τί δέ; ἱκανὸν τἀγαθόν; ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; καὶ πάν-

So. Nihil igitur metuendum eſt mihi quidem amplius, poſtquam haec tu ita dixiſti. nam ubi Si velis dicitur, omnis qualibet in re formido fugatur: & ad haec deorum aliquis memoriam nobis aliquam ſuppeditaſſe videtur. *Pro.* Quo pacto, & quorum memoriam? *So.* Quos olim ſive ſomnians, ſive vigilans, ſermones audivi, nunc de voluptate & ſapientia cogito, neutram harum eſſe bonum, ſed tertium aliquid, quod aliud eſt ab utraque, & ambabus eſt melius. idque ſi nunc nobis liquido pateat, voluptas a victoria procul aberit: bonum quippe idem, quod illa, nequaquam erit. Sicne? an aliter? *Pro.* Sic utique. *So.* Speciebus itaque voluptatis ad diviſionem haud amplius, ut mea fert opinio, indigebimus: quod in ſequentibus clarius innoteſcet. *Pro.* Praeclare loqueris: perge ſic, obſecro. *So.* Paucula quaedam prius aſſeveremus. *Pro.* Quaenam? *So.* Ipſius boni conditionem videlicet perfectum eſſe, an imperfectum neceſſe ſit. *Pro.* Omnium, o Socrates, perfectiſſimum. *So.* Quid vero, ſufficiensne bonum ipſum eſt? *Pro.*

τῶν γε εἰς τοῦτο διαφέρει τῶν ὄντων. ΣΩ. Τὸ δέ γε μὴν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γιγνῶσκον αὐτὸ, θηρεύει καὶ ἐφίεται βουλόμενον ἑλεῖν, καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει, πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς. ΠΡΩ. Οὐκ ἔστι τούτοις
e. ἀντειπεῖν. ΣΩ. Σκοπῶμεν δὴ καὶ κρίνωμεν τόν τε ἡδονῆς καὶ τὸν φρονήσεως βίον, ἰδόντες χωρίς. ΠΡΩ. Πῶς εἶπες; ΣΩ. Μήτε ἐν τῷ τῆς ἡδονῆς ἐνέστω φρόνησις, μήτε ἐν τῷ τῆς φρονήσεως, ἡδονή. δεῖ γὰρ, εἴπερ πρότερον αὐτῶν ἐς ἀγαθὸν, μηδενὸς μηδὲν ἔτι προσδεῖσθαι. δεόμενον δ' ἂν φανῇ ὁπότερον,
p. οὐκ ἔστι που τοῦτ' ἔτι τὸ ὄντως ἡμῖν ἀγαθόν. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ
21 ἂν; ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν σοὶ πειρώμεθα βασανίζοντες ταῦτα.
a. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἀποκρίνου δή. ΠΡΩ. Λέγε. ΣΩ. Δέξαιο ἂν σὺ, Πρώταρχε, ζῆν τὸν βίον ἅπαντα ἡδόμενος ἡδονὰς τὰς μεγίστας; ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔτι τινὸς ἂν σοι προσδεῖν ἡγοῖο, εἰ τοῦτ' ἔχοις παντελῶς; ΠΡΩ. Οὐ-

Quidni? & in hoc ipſum ab omnibus quae ſunt, differre neceſſe eſt, cunctisque praeſtare. *So.* Hoc quoque de illo maxime, ut arbitror, neceſſarium eſt aſſerere, quod omne cognoſcens id ipſum, venatur & appetit, apprehendere cupiens, atque ipſum in ſe, & alia circa ipſum poſſidere: ceterorumque nihil curat, praeterquam quae una cum bonis perficiuntur. *Pro.* His repugnari non poteſt. *So.* Conſideremus igitur diiudicemusque voluptatis & ſapientiae vitam, ſeorſum inſpicientes. *Pro.* Quo pacto inquis? *So.* Neque in voluptatis vita ſapientia inſit, neque in ſapientiae vita, voluptas. oportet enim, ſi quidem his prius bonum eſt, nullius amplius indigere. ſi vero alterutrius indignum apparet, haud ulterius revera nobis eſt bonum. *Pro.* Non certe. *So.* Num volumus in te ipſo periculum facere? *Pro.* Prorſus. *So.* Reſponde igitur. *Pro.* Dic. *So.* Optaresne, o Protarche, plenam ſummis voluptatibus omnem vitam agere? *Pro.* Quidni optem? *So.* Numquid alio quopiam indigere te ultra putares, quando perfecta harum poſſeſſione fruereris? *Pro.* Nequaquam. *So.* Adverte itaque,

δαιμῶς. ΣΩ. Ὅρα δὴ, τοῦ φρονεῖν καὶ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι τὰ δέοντα, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ, μῶν μηδὲ ὁρᾷν τί; ΠΡΩ. b. Καὶ τί; πάντα γὰρ ἔχοιμ' ἄν που, τὸ χαίρειν ἔχων. ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω ζῶν, ἀεὶ μὲν διὰ βίου ταῖς μεγίσταις ἡδοναῖς χαίροις ἄν; ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; ΣΩ. Νοῦν δέ γε καὶ μνήμην, καὶ ἐπιστήμην, καὶ δόξαν μὴ κεκτημένος; ΠΡΩ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Πρῶτον μὲν τοῦτο αὐτὸ, εἰ χαίρεις, ἢ μὴ χαίρεις, ἀνάγκη δήπου σε ἀγνοεῖν, κενόν γε ὄντα πάσης φρονήσεως. ΠΡΩ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Καὶ μὴν ὡσαύτως μνήμην μὴ κεκτημένον, ἀνάγκη δήπου μηδ' ὅτι ποτε ἔχαιρες μεμνῆσθαι, τῆς τ' ἐν c. τῷ παραχρῆμα ἡδονῆς προσπιπτούσης μνήμην μηδ' ἠντινοῦν ὑπομένειν. δόξαν δ' αὖ μὴ κεκτημένον ἀληθῆ, μὴ δοξάζειν χαίρειν, χαίροντα· λογισμοῦ δὲ ἐρόμενον, μηδὲ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὡς χαιρήσεις δυνατὸν εἶναι λογίζεσθαι. ζῇν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. ἔστι ταῦτα; ἢ παρὰ ταῦτα ἔχομεν ἄλλως πως διανοηθῆναι; ΠΡΩ. Καὶ πῶς; ΣΩ. d. Ἆρ' οὖν αἱρετὸς ἡμῖν βίος ὁ τοιοῦτος; ΠΡΩ. Εἰς ἀφασίαν

num ipsa sapientia indigeres, & intelligentia, & convenienti ratiocinatione, & aliis quaecunque horum cognata: sed neque visu? *Pro.* Et quid? omnia enim haberem, si voluptate fruerer. *So.* Et ita vivens, per omnem vitam praecipuis voluptatibus abundares? *Pro.* Profecto. *So.* Si mente, memoria, scientia, opinione vera penitus careas, primo quidem hoc ipsum, gaudeasne, an non gaudeas, te ignorare necesse est, cum sis omni sapientia vacuus. *Pro.* Necesse. *So.* Et cum memoria sis privatus, haud sane te aliquando delectatum fuisse recordaberis, nec ulla voluptatis repente incidentis restabit memoria: & opinione vera carens, dum laetaberis, laetari te minime opinabere. ratione quoque captus, quod in posterum voluptatem aliquam adepturus sis, ratiocinari non poteris. duces autem non hominis vitam, sed pulmonis cuiusdam, id est, spongiae marinae, aut eorum animalium marinorum, quae conchas habent. Suntne haec vera? an aliter de his sentire licet? *Pro.* Et

παντάπασί με, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε τανῦν. ΣΩ. Μήπω τοίνυν μαλθακιζώμεθα, τὸν δὲ τοῦ νοῦ μεταλαβόντες αὖ βίον ἰδωμεν. ΠΡΩ. Τὸν ποῖον δὴ λέγεις; ΣΩ. Εἴτις δέξαιτ' ἂν αὖ ζῆν ἡμῶν, φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν καὶ ἐπιστήμην καὶ μνήμην πᾶσαν πάντων κεκτημένος, ἡδονῆς δὲ c. μετέχων μήτε μέγα, μήτε σμικρὸν, μηδ' αὖ λύπης, ἀλλὰ τοπαράπαν ἀπαθὴς πάντων τῶν τοιούτων. ΠΡΩ. Οὐδέτερος ὁ βίος, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε τούτων αἱρετός, οὐδ' ἄλλῳ μήποτε, ὡς ἐγῷμαι, φανῇ. ΣΩ. Τί δ' ὁ ξυναμφότερος, ὦ Πρώ- p. ταρχε, ἐξ ἀμφοῖν συμμιχθεὶς, κοινὸς γενόμενος; ΠΡΩ. 22 Ἡδονῆς λέγεις, καὶ νοῦ, καὶ φρονήσεως; ΣΩ. Οὕτω· καὶ τὸν a. τοιοῦτον λέγω ἔγωγε. ΠΡΩ. Πᾶς δήπου τοῦτόν γε αἱρήσεται πρότερον ἢ 'κείνων ὁποτερονοῦν. καὶ πρὸς τούτοις, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ. ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν ὅτι νῦν ἡμῖν ἐστι τὸ ξυμβαῖνον ἐν τοῖς παροῦσι λόγοις; ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ὅτι γε τρεῖς μὲν βίοι προὐτέθησαν· τοῖν δυοῖν δ' οὐδέτερος ἱκανὸς, οὐδὲ αἱ-

quo pacto aliter? *So.* An vita nobis huiusmodi expetenda? *Pro.* Mutum me, o Socrates, praesens sermo reddidit. *So.* Ne defatigemur hic, obsecro: sed iam alteram illam, mentis scilicet vitam, in medium adducentes, ulterius consideremus. *Pro.* Qualem inquis? *So.* Utrum aliquis nostrum vivere sic eligeret, ut sapientiam, mentem, scientiam, memoriam omnem omnium possideret: voluptate vero nulla penitus frueretur, nec rursus afficeretur molestia, sed sine ullo tali affectu viveret? *Pro.* Neutra ex iis, o Socrates, vita, aut mihi, aut alteri, ut arbitror, eligenda videtur. *So.* Quid autem, o Protarche, vita ex ambobus in unum congredientibus mixta, & communis effecta? *Pro.* Ex voluptate ais, sapientiaque, & mente? *So.* Hanc ipsam dico. *Pro.* Unusquisque sane hanc ipsam potius, quam ex superioribus alterutram, eliget: neque unus optabit quidem, alius minime; sed idem omnes pariter expetent. *So.* Videmusne igitur, quid ex praesenti disputatione sequatur? *Pro.* Prorsus quidem, quod tres vitae propositae sunt: ex duabus autem neutra sufficiens, aut optanda, vel hominibus

ρετὸς, οὔτ' ἀνθρώπων οὔτε ζώων οὐδενί. ΣΩ. Μῶν οὖν οὐκ b.
ἤδη τούτων γε πέρι δῆλον, ὡς οὐδέτερος αὐτοῖν εἶχε τἀγα-
θόν; ἦν γὰρ ἂν ἱκανὸς, καὶ τέλεος, καὶ πᾶσι φυτοῖς καὶ
ζώοις αἱρετὸς, οἷσπερ δυνατὸν ἦν οὕτως ἀεὶ διὰ βίου ζῆν. εἰ δέ
τις ἄλλα ἥρειτ' ἡμῶν, παρὰ φύσιν ἂν τὴν τοῦ ἀληθοῦς αἱρε-
ἔχων τὸν νοῦν. ΠΡΩ. Ἀλλ' ἔμαθον, ὃ λέγεις· καὶ πολὺ τὸ διάφορον ὁρῶ. τοὺς μὲν γὰρ σώφρονάς που καὶ ὁ παροιμιαζόμενος ἐπίσχει λόγος, ἑκάστοτε τὸ Μηδὲν ἄγαν παρακελευόμενος, ᾧ πείθονται· τὸ δὲ τῶν ἀφρόνων τε καὶ ὑβριστῶν μέχρι e. μανίας ἡ σφοδρὰ ἡδονὴ κατέχουσα περιβοήτους ἀπεργάζεται. ΣΩ. Καλῶς· καὶ εἴ γε τοῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον, ὡς ἔν τινι πονηρίᾳ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἀρετῇ, μέγισαι μὲν ἡδοναί, μέγισαι δὲ καὶ λῦπαι, γίγνονται. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτων τινὰς προελόμενον, δεῖ σκοπεῖσθαι, τίνα ποτὲ τρόπον ἐχούσας λέγομεν αὐτὰς εἶναι μεγίσας. ΠΡΩ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Σκόπει δὴ τὰς τῶν τοιῶνδε νοση- p. μάτων ἡδονάς, τίνα ποτὲ ἔχουσι τρόπον. ΠΡΩ. Ποίων; ΣΩ. 46 Τὰς τῶν ἀσχημόνων, ἃς οὓς εἴπομεν δυσχερεῖς μισοῦσι παντελῶς. ΠΡΩ. Ποίας; ΣΩ. Οἷον τὰς τῆς ψώρας ἰάσεις, τῷ τρίβειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ἄλλης δεόμενα φαρμάξεως. τοῦτο γὰρ δὴ τὸ πάθος ἡμῖν, ὦ πρὸς θεῶν, τί ποτε φῶμεν ἐγγίγνεσθαι; πότερον ἡδονὴν, ἢ λύπην; ΠΡΩ. Ἔμμικτον

maiores voluptates, quam in temperata vita vides. Dic amabo, animum advertens. *Pro.* Percepi quod dicis, & exceſſum cerno quamplurimum. Temperatos nempe proverbium, Nihil nimis praecipiens, ſemper continet, & huic illi obtemperant. intemperantes autem & petulantes homines voluptatis fervor ad furorem uſque occupans, immoderatis clamoribus exſultare compellit. *So.* Recte loqueris. & ſi verum hoc eſt, patet, in quadam depravatione tum animae, tum corporis, potius quam in virtute, vehementes voluptates, vehementesque cruciatus conſiſtere. *Pro.* Patet certe. *So.* An non aliquas e multis eligere decet, & inveſtigare, qua ratione maximae vocari debeant? *Pro.* Neceſſe eſt. *So.* Adverte itaque talium morborum voluptates, qua ratione ſe habeant. *Pro.* Qualium? *So.* Deformium voluptates, quas illi, quos difficiles & moroſos vocavimus, penitus horrent. *Pro.* Quales inquam? *So.* Velut in ſcabiei medela, quae fricando fit, ceterisque huiusmodi, haud alio pharmaco indigentibus. hoc enim malum, pro dii immor-

τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, ἔοικε γίγνεσθαί τι κακόν. ΣΩ. Οὐ
b. μὲν δὴ Φιλήβου γε ἕνεκα παρεθέμην τὸν λόγον· ἀλλ' ἄνευ τούτων, ὦ Πρώταρχε, τῶν ἡδονῶν, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων, ἂν μὴ κατοφθῶσι, σχεδὸν οὐκ ἄν ποτε δυναίμεθα διακρίνασθαι τὸ νῦν ζητούμενον. ΠΡΩ. Οὐκοῦν ἰτέον ἐπὶ τὰς τούτων συγγενεῖς. ΣΩ. Τὰς ἐν τῇ μίξει κοινωνούσας λέγεις; ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Εἰσὶ τοίνυν μίξεις, αἱ μὲν, κατὰ τὸ σῶμα, ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν· αἱ δ' αὖτῆς τῆς ψυχῆς,
c. ἐν τῇ ψυχῇ. τὰς δ' αὖτῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀνευρήσομεν λύπας ἡδοναῖς μιχθείσας· τοτὲ μὲν ἡδονὰς, τὰ ξυναμφότερα, τοτὲ δὲ λύπας ἐπικαλουμένας. ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Ὁπόταν ἐν τῇ καταζάσει τὶς ἢ τῇ διαφθορᾷ τἀναντία ἅμα πάθη πάσχῃ· ῥιγῶν ποτὲ θέρηται, καὶ θερμαινόμενος ἐνίοτε ψύχηται· ζητῶν, οἶμαι, τὸ μὲν ἔχειν, τοῦ δ' ἀπαλλάττεσθαι· τὸ δὴ λεγόμενον, πικρῷ γλυκὺ μεμιγμένον, μετὰ δυσ-
d. απαλλακτίας παρὸν, ἀγανάκτησιν καὶ ὕςερον ξύσασιν ἀγρίαν ποιεῖ. ΠΡΩ. Καὶ μάλ' ἀληθὲς τὸ νῦν δὴ λεγόμενον. ΣΩ.

tales, voluptatemne, an dolorem potius nuncupabimus? *Pro.* Malum quiddam, o Socrates, mixtum hoc esse videtur. *So.* Haud equidem, vel Philebi gratia, hoc exemplum produxissem: sed nisi hae, o Protarche, voluptates, & quae hasce sequuntur, inspiciantur, nunquam ferme quod quaesitum nunc est, diiudicare valemus. *Pro.* Ergo ad istarum cognatas pergendum est. *So.* Num eas inquis, quae in mixtione communicant? *Pro.* Has ipsas. *So.* Sunt igitur mixtiones, corporis quidem ipsius in corporibus, animae in anima. & dolores animae & corporis voluptatibus mixtos reperiemus: eamque utrorumque commixtionem interdum voluptatem, interdum vero dolorem cognominatam. *Pro.* Quonam pacto? *So.* Ut ecce, cum quis in restitutione, vel corruptione, simul contraria patitur, algens saepe calescit, & calens aliquando refrigescit: quaerens, ut arbitror, id assequi, illud abiicere: dulce, quod dicitur, amaro permixtum, & cum difficultate reiectionis adsistens, molestiam, post ferum congressum facit. *Pro.* Est ma-

Οὐκοῦν αἱ τοιαῦται μίξεις, αἱ μὲν, ἐξ ἴσων εἰσὶ λυπῶν τε καὶ ἡδονῶν, αἱ δ' ἐκ τῶν ἑτέρων πλειόνων. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Λέγε δὴ, τὰς μὲν, ὅταν πλείους λύπαι τῶν ἡδονῶν γίγνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγομένας, νῦν δὴ ταύτας εἶναι, καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν· ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κινήσει μὴ ἐφικνῆταί τις, τὸ δ' ἐπιπολῆς μόνον διαχέῃ. τοτὲ Φέροντες εἰς πῦρ αὐτὰ, καὶ εἰς τοὐναντίον ἀπορίαις μεταβάλλοντες, ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς· τοτὲ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς πρὸς τὰς τῶν ἔξω λύπας, ἡδοναῖς συγκερασθείσας, εἰς ὁπότερ' ἂν ῥέψῃ, παρέσχοντο, τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν, ἢ τὰ διακεκριμένα συγχεῖν, καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρατιθέναι. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὁπόταν αὖ πλείων ἡδονὴ κατὰ τοιαῦτα πάντα ξυμμιχθῇ, τὸ μὲν ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης γαργαλίζει τε καὶ ῥέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὐτῆς ἡδονῆς πολὺ πλέον ἐκκεχυμένον, συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ· καὶ παντοῖα μὲν χρώματα, παντοῖα δὲ σχήματα, παντοῖα

c. p. 47 a.

xime verum quod dicis. *So.* Nonne harum mixtionum quaedam ex aequali utrinque & voluptate & dolore, quaedam ex altero excedente conflantur? *Pro.* Nihil prohibet. *So.* Dic igitur, ex earum numero, quae doloris plus quam delectationis continent, eas esse, quae sequuntur scabiem & titillationes: quando quod intus est, fervet atque glisci t, neque huc perfricando aut exagitando quis attingit, sed quod circa cutem est solum, diffundit. tunc sane illa in ignem ferentes, & nunc huc, nunc illuc consilii inopia revoluti, inaestimabiles saepenumero voluptates pariunt: aliquando contra, interioribus ad exteriorum molestias voluptatibus mixtis, in utram partem declinatio fiat, exhibent: ex eo quod commixta per violentiam diffundant, vel dispersa confundant, simulque voluptatibus dolores admoveant. *Pro.* Vera narras. *So.* Nonne rursus, cum voluptas amplior secundum haec omnia commiscetur, tunc portio doloris immixta titillat, & levem quandam indignationem parit: atque rursus voluptatis ulterior pars infusa, provocat, & inter-

δὲ πνεύματα ἀπεργαζόμενα, πᾶσαν ἔκπληξιν καὶ βοὰς με-
b. τὰ ἀφροσύνης ἐνεργάζεται. ΠΡΩ. Μάλα γε. ΣΩ. Καὶ λέ-
γειν τε, ὦ ἑταῖρε, αὐτόν τε περὶ ἑαυτοῦ ποιεῖ, καὶ ἄλλον, ὡς
ταύταις ταῖς ἡδοναῖς τερπόμενος, οἷον ἀποθνήσκει. καὶ ταύ-
τας γε δὴ παντάπασιν ἀεὶ μεταδιώκει τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ
ἂν ἀκολασότερός τε καὶ ἀφρονέστερος ὢν τυγχάνῃ. καὶ καλεῖ
δὴ μεγίστας ταύτας, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς ὀτιμάλις ἀεὶ ζῶντα,
εὐδαιμονέστατον καταριθμεῖται. ΠΡΩ. Πάντα, ὦ Σώκρατες,
τὰ συμβαίνοντα πρὸς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων εἰς δόξαν διε-
c. πέρανας. ΣΩ. Περί γε τῶν ἡδονῶν, ὦ Πρώταρχε, τῶν ἐν
τοῖς κοινοῖς παθήμασιν αὐτοῦ τοῦ σώματος τῶν ἐπιπολῆς
καὶ ἐντὸς κερασθέντων· περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ, σώματι τἀναν-
τία ξυμβάλλεται, λύπην τε ἅμα πρὸς ἡδονὴν, καὶ ἡδονὴν
πρὸς λύπην, ὥστ' εἰς μίαν ἀμφότερα κρᾶσιν ἰέναι. ταῦτα
ἔμπροσθεν μὲν διήλθομεν, ὡς, ὁπόταν αὖ κενῶται, πληρώ-
σεως ἐπιθυμεῖ· καὶ ἐλπίζων μὲν, χαίρει, κενούμενος δὲ, ἀλ-
d. γεῖ. ταῦτα δὲ τότε μὲν οὐκ ἐμαρτυράμεθα· νῦν δὲ λέγομεν,

dum profilire compellit, & omniformes colores, omnigenas figuras, omnimodos ſpiritus cum omni incitamento, & exclamationes cum inſania parit? *Pro.* Summopere. *So.* Cogit praeterea, o amice, de ſe, tum ipſum, vel tum alium, exclamare, quod his voluptatibus perfuſus propemodum moritur: eoque magis eiuſcemodi voluptates ſectatur quisque, quo intemperantior quis & imprudentior eſt. atque has inſuper ſummas oblectationes praedicat, & eum, qui in eis deliciis vel maxime totam vitam agit, beatiſſimum numerat. *Pro.* Omnia, quae apud multos in exiſtimationem veniunt, o Socrates, collegiſti. *So.* De voluptatibus, o Protarche, quae in communibus corporis paſſionibus extrinſecus intrinſecusve miſcentur, eſt dictum. De iis vero, quae miſcentur in anima, contraria quaedam ad corpus coniiciuntur, voluptatem ſcilicet cum dolore, & dolorem cum voluptate in unam mixtionem concurrere. Et haec in ſuperioribus percurrimus, quod quando quis exinanitur, repletionem cupit, & ſperans gaudet, inanis angitur. Iſta tunc

ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα διαφερομένης ἐν πᾶσι τούτοις πλήθει ἀμηχάνοις οὖσι, μίξις μία λύπης τε καὶ ἡδονῆς ξυμπίπτει γενομένη. ΠΡΩ. Κινδυνεύεις ὀρθότατα λέγειν. ΣΩ. Ἔτι τοίνυν ἡμῖν τῶν μίξεων λύπης τε καὶ ἡδονῆς λοιπὴ μία. ΠΡΩ. Ποία φῄς; ΣΩ. Ἣν αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ πολλάκις λαμβάνειν σύγκρισιν ἔφαμεν. ΠΡΩ. Πῶς οὖν τοῦτ' αὐτὸ λέγομεν; ΣΩ. Ὀργὴν, καὶ φόβον, καὶ πόθον, καὶ θρῆνον, καὶ ἔρωτα, καὶ ζῆλον, καὶ φθόνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἆρ' οὐκ e.
αὐτῆς τῆς ψυχῆς τίθεσαι ταύτας λύπας τινάς; ΠΡΩ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν αὐτὰς ἡδονῶν μεσὰς εὑρήσομεν ἀμηχάνων; ἢ δεόμεθα ὑπομιμνήσκεσθαι τὸ ὅστ' ἐφέγκε, τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς, τὸ πολύφρονά περ χαλεπῆναι, Ὅστε πολὺ γλυ- p.
κίων μέλιτος καταλειβομένοιο, καὶ τὰς ἐν τοῖς θρήνοις καὶ 48
πόθοις ἡδονὰς ἐν λύπαις οὔσας ἀναμεμιγμένας; ΠΡΩ. Οὔκ· a.
ἀλλ' οὕτω ταῦτά γε καὶ οὐκ ἄλλως ἂν ξυμβαίνοι γιγνόμενα. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τάς γε τραγικὰς θεωρήσεις, ὅταν ἅμα χαίροντες κλάωσι, μέμνησαι; ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; ΣΩ. Τὴν δ'

quidem teſtimoniis minime confirmavimus: nunc vero dicimus, quod anima a corpore diſcrepante, in iis omnibus, quorum haud ſatis multitudo comprehenditur, mixtio una doloris & voluptatis emergit. *Pro.* Recte nimium loqui videris. *So.* Una praeterea doloris voluptatisque congreſſio reſtat. *Pro.* Quaenam? *So.* Quam ſaepe ipſam in ſeipſa animam accipere diximus. *Pro.* Qua ratione hoc aſſerimus? *So.* Iram, timorem, deſiderium, lamentationem, amorem, aemulationem, invidiam, & huiusmodi reliqua, an non haec omnia dolores quosdam ipſius animae ponis? *Pro.* Equidem. *So.* Nonne dolores huiusmodi plenos miris quibusdam voluptatibus invenire licet? an forte in memoriam nobis illud reducere oportet: *Quae fecit, excandeſcentia & ira, virum prudentiſſimum ſaevire, multo dulcior melle effuſo:* &, voluptates in lamentationibus atque deſideriis triſtitiae mixtas? *Pro.* Nequaquam: verum ſic haec, nec aliter accidunt. *So.* Quin etiam meminiſti, eos qui tragicis ſpectaculis adſtant, dum delectantur, ſaepe

ἐν ταῖς κωμῳδίαις διάθεσιν ἡμῶν τῆς ψυχῆς, ἆρ' οἶσθ' ὡς ἔχει κἀν τούτοις μίξις λύπης τε καὶ ἡδονῆς; ΠΡΩ. Οὐ πάνυ κατανοῶ. ΣΩ. Παντάπασι γὰρ οὐ ῥᾴδιον, ὦ Πρώταρχε, ἐν
b. τούτῳ ξυννοεῖν τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε πάθος. ΠΡΩ. Οὔκουν, ὡς γ' ἔοικεν ἐμοί. ΣΩ. Λάβωμέν γε μὴν αὐτὸ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ σκοτεινότερόν ἐστιν· ἵνα καὶ ἐν ἄλλοις ῥᾴδιον καταμαθεῖν τις οἵόστ' ᾖ μίξιν λύπης τε καὶ ἡδονῆς. ΠΡΩ. Λέγοις ἄν. ΣΩ. Τὸ τοίνυν δὴ ῥηθὲν ὄνομα Φθόνου, πότερα λύπην τινὰ ψυχῆς θήσεις; ἢ πῶς; ΠΡΩ. Οὕτω. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὁ Φθονῶν γε, ἐπὶ κακοῖς τοῖς τῶν πέλας ἡδόμενος ἀνα-
c. φανήσεται. ΠΡΩ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Κακὸν μὴν ἄγνοια, καὶ ἣν δὴ λέγομεν ἀβελτέραν εἶναι. ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Ἐκ δὴ τούτων ἴδε τὸ γελοῖον ἥντινα φύσιν ἔχει. ΠΡΩ. Λέγε μόνον. ΣΩ. Ἔστι δὴ πονηρία μέν τις, τὸ κεφάλαιον, ἑξεώς τινος ἐπίκλην λεγομένη· τῆς δ' αὖ πάσης πονηρίας ἐστὶ τοὐναντίον πάθος ἔχον ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων. ΠΡΩ. Τὸ Γνῶθι σαυτὸν, λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἔγωγε.

lugere? *Pro.* Memini. *So.* Et in comoediis animi noſtri affectum ad oblectationem ſimul atque moerorem declinare ſenſiſti? *Pro.* Haud ſatis adverti. *So.* Non enim facile eſt, o Protarche, affectum huiusmodi ubique comprehendere. *Pro.* Non certe, ut mihi videtur. *So.* Ipſum igitur tanto magis accipiamus, quanto eſt obſcurior: ut in ceteris facilius quis voluptatis triſtitiaeque concurſum percipere valeat. *Pro.* Dic iam. *So.* Invidiae nomen, paulo ante inductum, utrum dolorem quendam ſignificare cenſes, necne? *Pro.* Cenſeo. *So.* Invidus tamen proximorum adverſis laetari deprehenditur. *Pro.* Vehementer. *So.* Malum quidem ignorantia eſt, &, ut nunc loquimur, ſtoliditas quaedam. *Pro.* Quidni? *So.* Ex his vide, ridiculum illud quam naturam habeat. *Pro.* Dic modo. *So.* Eſt utique ſummatim depravatio quaedam, habitus alicuius cognomento dicta, improbitatis vero univerſae genus quoddam eſt, contra prorſus habens, quam Delphica praecepta docent. *Pro.* Praeceptum hoc inquis, o Socrates, Noſce te ipſum? *So.* Aio,

τοὐναντίον μὴν ἐκείνῳ δηλονότι τὸ μηδαμῇ γιγνώσκειν αὑτὸν, d.
λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γράμματος ἂν εἴη. ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ.
Ὦ Πρώταρχε, πειρῶ δὴ αὐτὸ τοῦτο τριχῇ τέμνειν. ΠΡΩ.
Πῇ φῄς; οὐ γὰρ μὴ δυνατὸς ὦ. ΣΩ. Λέγεις δὴ δεῖν ἐμὲ
τοῦτο διελέσθαι ταυτῃ; ΠΡΩ. Καὶ δέομαί γε, πρὸς τῷ λέ-
γειν. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τῶν ἀγνοούντων αὐτοὺς κατὰ τρία
ἀνάγκη τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν ἕκαστον; ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ.
Πρῶτον μὲν κατὰ χρήματα δοξάζειν εἶναι πλουσιώτερον, ἢ
κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν. ΠΡΩ. Πολλοὶ γοῦν εἰσι τὸ τοιοῦ- e.
τον πάθος ἔχοντες. ΣΩ. Πλείους δέ γε, οἳ μείζους καὶ καλ-
λίους αὑτοὺς δοξάζουσι, καὶ πάντα ὅσα κατὰ τὸ σῶμα, εἶναι
διαφερόντως τῆς οὔσης αὐτῆς ἀληθείας. ΠΡΩ. Πάνυ γε. ΣΩ.
Πολὺ δὲ πλεῖοί γε, οἶμαι, περὶ τὸ τρίτον εἶδος ἐν ταῖς ψυ-
χαῖς τούτων διημαρτήκασιν ἀρετῆς, δοξάζοντες βελτίους
ἑαυτοὺς, οὐκ ὄντες. ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν. ΣΩ. Τῶν ἀρετῶν
δ' ἆρ', οὐ σοφίας πέρι τὸ πλῆθος πάντως ἀντεχόμενον, μεγὸν p.
ἐλπίδων καὶ δοξοσοφίας ἐσὶ καὶ ψευδους; ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ; 49
ΣΩ. Κακὸν μὲν δὴ πᾶν ἂν τις τὸ τοιοῦτον εἰπὼν, ὀρθῶς ἂν a.

Oppositum huic esset, si forte praeciperetur, Nullo modo te ipsum nosce. *Pro.* Esset. *So.* O Protarche, conare nunc id trifariam distribuere. *Pro.* Dic tu. ego enim nequeo. *So.* Ais ergo, me nunc istud dividere oportere? *Pro.* Et obsecro quidem, quod maius est. *So.* Nonne quisque ex iis, qui se ipsos ignorant, secundum tria id necessario patitur? *Pro.* Quomodo? *So.* Primum enim secundum pecunias opulentiorem, quam revera est, aliquando se ipsum existimat. *Pro.* Multi quidem ita decipiuntur. *So.* Plures etiam, qui maiores formosioresque se putant, & quaecunque ad corpus attinent, supra quam revera sunt. *Pro.* Plures profecto. *So.* Longe vero plurimi, quod ad tertiam speciem attinet, qui animi dotes maiores, quam habeant, habere se putant. *Pro.* Et maxime quidem. *So.* Quantum vero ad virtutes animi pertinet, nonne vulgus, sapientiam prorsus sibi vindicans, plenum est contentionibus falsaque sapientiae ipsius opinione? *Pro.* Quidni? *So.* Si quis ergo affectionem il-

εἶποι, πάθος. ΠΡΩ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν ἔτι διαιρετέον, ὦ Πρώταρχε, δίχα· εἰ μέλλομεν τὸν παιδικὸν ἰδόντες φθόνον, ἄτοπον ἡδονῆς καὶ λύπης ὄψεσθαι μίξιν. ΠΡΩ. Πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις; ΣΩ. Ναί. πάντες ὁπόσοι ταύτην
b. τὴν ψευδῆ δόξαν περὶ ἑαυτῶν ἀνοήτως δοξάζουσι, καθάπερ ἁπάντων ἀνθρώπων, καὶ τούτων ἀναγκαιότατον ἔπεσθαι τοῖς μὲν, ῥώμην αὐτῶν καὶ δύναμιν, τοῖς δὲ, οἶμαι, τοὐναντίον. ΠΡΩ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ταυτῃ τοίνυν διελε. καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν εἰσὶ μετ' ἀσθενείας τοιοῦτοι, καὶ ἀδύνατοι, καταγελώμενοι τιμωρεῖσθαι, γελοίους τούτους φάσκων εἶναι, τἀληθῆ φθέγξῃ· τοὺς δὲ δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι, φοβεροὺς καὶ ἰσχυροὺς
c. καὶ ἐχθροὺς προσαγορεύων, ὀρθότατον τοῦτο σαυτῷ λόγον ἀποδώσεις. ἄγνοια γὰρ, ἡ μὲν τῶν ἰσχυρῶν, ἐχθρά τε καὶ αἰσχρὰ (βλαβερὰ γὰρ καὶ τοῖς πέλας, αὐτή τε καὶ ὅσαι εἰκόνες ταύτης εἰσίν) ἡ δ' ἀσθενὴς ἡμῖν τὴν τῶν γελοίων εἴληχε φύσιν. ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις. ἀλλὰ γὰρ ἡ τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν μίξις ἐν τούτοις οὔπω μοὶ καταφανής. ΣΩ.

lam omne malum quiddam vocarit, recte nimirum appellabit. *Pro.* Maxime. *So.* Hoc igitur iterum, o Protarche, bifariam partiendum, si ridiculam invidiam cognoscentes, miram voluptatis & molestiae mixtionem nosse velimus. *Pro.* Quomodo bifariam partiendum? *So.* Ita. Quicunque hanc falsam de se opinionem stulte praesumunt, iis, quemadmodum & omnibus ceteris mortalibus, accidat necesse est, ut quidam eorum robur ac potentiam in iis quae profitentur, habeant, quidam vero nequaquam. *Pro.* Necessarium est. *So.* Hac ergo ratione distingue. quicunque ex iis imbecilles sunt, & derisi, ulciscí iniurias non possunt, merito ridiculi nuncupantur: qui vero possunt, terribiles & robusti & hostiles iure vocantur. Ignorantia enim potentum robustorumque hominum, hostilis atque teterrima res est. haec enim, & quaecunque eius similia, proximis omnibus noxia. sin autem imbecillis ignorantia sit, ridiculorum naturam subit. *Pro.* Recte loqueris. attamen voluptatis dolorisque concursus nondum in iis nobis patuit. *So.* Livoris primum

Τὴν τοίνυν τοῦ φθόνου δύναμιν λάβε πρῶτον. ΠΡΩ. Λέγε μόνον. ΣΩ. Λύπη τὶς ἀδικός ἐσι καὶ ἡδονή; ΠΡΩ. Τοῦτο d. μὲν ἀνάγκη. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῖς τῶν ἐχθρῶν κακοῖς οὔτ' ἄδικον οὔτε φθονερόν ἐσι τὸ χαίρειν; ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Τά γε τῶν φίλων ὁρῶντας ἔσιν ὅτε κακὰ, μὴ λυπεῖσθαι, χαίρειν δὲ ἆρ' οὐκ ἄδικόν ἐσι; ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν εἴπομεν ὅτι κακὸν πᾶσιν; ΠΡΩ. Ὀρθῶς. ΣΩ. Τί οὖν; τῶν φίλων δοξοσοφίαν, καὶ δοξοκαλίαν, καὶ ὅσα νῦν διήλθομεν, ἐν τρισὶ λέγοντες εἶδεσι γίγνεσθαι, e. γελοῖα μὲν, ὁπόσα ἀσθενῆ, μισητὰ δ' ὁπόσα μὴ ἐῤῥωμένα; ἢ μὴ φῶμεν ὅπερ εἶπον ἄρτι, τὴν τῶν φίλων ἕξιν ταύτην ὅταν ἔχῃ τὶς τὴν ἀβλαβῆ τοῖς ἄλλοις, γελοίαν εἶναι; ΠΡΩ. Πάνυ γε. ΣΩ. Κακὸν δὲ οὐχ ὁμολογοῦμεν αὐτὴν, ἄγνοιάν γε οὖσαν; ΠΡΩ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Χαίρομεν δὲ ἢ λυπούμεθα, ὅταν ἐπ' αὐτῇ γελῶμεν; ΠΡΩ. Δῆλον ὅτι χαίρομεν. ΣΩ. P. Ἡδονὴν δὲ ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων κακοῖς, οὐ φθόνον ἔφαμεν 50 a. εἶναι τὸν τοῦτο ἀπεργαζόμενον; ΠΡΩ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Γελῶντας ἄρα ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων γελοίοις, φησὶν ὁ λό-

vim accipe. *Pro.* Dic. *So.* An non triſtitia quaedam laetitiaque iniuſta eſt? *Pro.* Neceſſarium hoc eſt. *So.* Adverſariorum malis laetari nec iniuſtum, nec invidum eſt. *Pro.* Non. *So.* Malis autem amicorum laetari potius, quam triſtari, nonne iniuſtum eſt? *Pro.* Eſt. *So.* Ignorantiam omnibus malam eſſe diximus. *Pro.* Et recte quidem. *So.* Amicorum igitur arrogantiam ſapientiae atque pulchritudinis, & quodcunque paulo ante diximus tribus in ſpeciebus fieri, ridicula quidem cum imbecillia, odioſa vero cum valida: hunc, inquam, amicorum habitum nonne fatemur, cum quis innoxium aliis habet, ridiculum eſſe? *Pro.* Fatemur ſane. *So.* Hunc quoque, cum ignorantia ſit, malum eſſe? *Pro.* Certe. *So.* Laetamurne, an triſtamur, dum haec irridemus? *Pro.* Laetamur plane. *So.* Voluptatem vero in amicorum malis, nonne a livore proficiſci praediximus? *Pro.* Certe. *So.* Nos igitur in amicorum rebus ridiculis ſubridentes, miſcere voluptatem dolori, dum invidiae lae-

γος, κεραννύντας ἡδονὴν φθόνῳ, λύπῃ τὴν ἡδονὴν ξυγκεραννύναι· τὸν γὰρ φθόνον ὡμολογῆσθαι λύπην ψυχῆς ἡμῖν πάλαι· τὸ δὲ γελᾶν, ἡδονήν· ἅμα δὲ γίγνεσθαι τοῦτο ἐν τούτοις
b. τοῖς χρόνοις. ΠΡΩ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Μηνύει δὲ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγῳδίαις, μὴ τοῖς δράμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ, λύπας ἡδονῇς ἅμα κεράννυσθαι, καὶ ἐν ἄλλοις δὴ μυρίοις. ΠΡΩ. Ἀδύνατον μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, εἰ καί τις φιλονεικοῖ πάντη πρὸς τἀναντία. ΣΩ. Ὀργὴν μὴν, καὶ πόθον, καὶ θρῆνον, καὶ φόβον, καὶ ἔρωτα, καὶ ζῆλον, καὶ
c. φθόνον προὐθέμεθα, καὶ ὁπόσα τοιαῦτα, ἐν οἷς ἔφαμεν εὑρήσειν μιγνύμενα τὰ νῦν πολλάκις λεγόμενα. ἦ γάρ; ΠΡΩ. Ναί. ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν ὅτι θρήνου πέρι καὶ φθόνου καὶ ὀργῆς πάντα ἐξὶ τὰ νῦν δὴ διαπεραινθέντα. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν; ΣΩ. Οὐκοῦν πολλὰ ἔτι τὰ λοιπά. ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε. ΣΩ. Διὰ δὴ τί μάλισθ' ὑπολαμβάνεις με δεῖξαί σοι τὴν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ μίξιν; ἆρ' οὐ πίσεως χάριν, ὅτι τὴν

titiam addimus, ratio ista concludit. livorem quippe tristitiam quandam animae iamdudum esse constitit: derisionem vero laetitiam: simulque haec in eo tempore congredi patuit. *Pro.* Vera loqueris. *So.* Ratio igitur nobis haec dictat, nos non modo in lamentationibus, & in tragoediis, neque in fabulis tantum, sed in totius vitae tragoedia atque comoedia, dolores voluptatibus immiscere, & in aliis sexcentis. *Pro.* Impossibile est, ista tibi, o Socrates, non concedere, etiamsi quis alteri parti potissimum adstipularetur. *So.* Iram vero, desiderium, lamentationem, metum, amorem, aemulationem, invidiam, proposuimus, ceteraque huiusmodi: in quibus diximus nos reperturos ea, quae iam saepe repetimus, commixta. an non? *Pro.* Ita. *So.* Num igitur videmus, quod de lamentatione, ira atque invidia, omnia iam sunt nobis confecta? *Pro.* Quidni videamus? *So.* Nonne multa adhuc restant? *Pro.* Sane quam multa. *So.* Ob quam vero potissimum causam mixtum in comoediis affectum declarasse me tibi existimas? nonne fidei gratia? quia in amoribus timori-

γε ἐν τοῖς φόβοις καὶ ἔρωσι καὶ τοῖς ἄλλοις ῥᾴδιον κρᾶσιν d.
ἐπιδεῖξαι; λαβόντα δὲ τοῦτο παρὰ σαυτῷ, ἀφεῖναί με μηκέτι
ἐπ' ἐκεῖνα ἰόντα δεῖν μηκύνειν τοὺς λόγους, ἀλλ' ἁπλῶς λα-
βεῖν τοῦτο, ὅτι καὶ σῶμα ἄνευ ψυχῆς, καὶ ψυχὴ ἄνευ σώ-
ματος, καὶ κοινῇ μετ' ἀλλήλων ἐν τοῖς παθήμασι μεσά ἐσι
συγκεκραμένης ἡδονῆς λύπαις. νῦν οὖν λέγε, πότερα ἀφίης με,
ἢ μέσας ποιήσεις νύκτας. εἰπὼν δὲ σμικρὰ, οἶμαι σοῦ τεύξε-
σθαι μεθεῖναί με. τούτων γὰρ ἁπάντων αὔριον ἐθελήσω σοὶ
λόγον δοῦναι· τανῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ βουλεύομαι ᾗ ἕλλεσθαι, e.
πρὸς τὴν κρίσιν ἣν Φίληβος ἐπιτάττει. ΠΡΩ. Καλῶς εἶπες, ὦ
Σώκρατες· ἀλλ' ὅσα λοιπὰ ἡμῖν διέξελθε, ὅπη σοι φίλον. ΣΩ.
Κατὰ φύσιν τοίνυν, μετὰ τὰς μιχθείσας ἡδονὰς, ὑπὸ δή
τινος ἀναγκης ἐπὶ τὰς ἀμίκτους πορευοίμεθ' ἂν ἐν τῷ μέρει.
ΠΡΩ. Κάλλις' εἶπες. ΣΩ. Ἐγὼ δὴ πειράσομαι μεταβαλὼν p.
σημαίνειν ὑμῖν αὐτάς. τοῖς γὰρ φάσκουσι λυπῶν εἶναι παῦ- 51
λαν πάσας τὰς ἡδονὰς, οὐ πάνυ πως πείθομαι· ἀλλ', ὅπερ a.
εἶπον, μάρτυσι καταχρῶμαι πρὸς τὸ τινὰς ἡδονὰς εἶναι δο-

busque, & aliis huiusmodi, mixtio ipsa facilius ostendi potest. Quae cum ex te ipso intelligas, me dimitte: nec me cogas, ad illa singulatim ordine descendentem, in longum disputationem producere. verum simpliciter id accipito, & animam absque corpore, & absque anima corpus, & mutuum ex utrorumque congressu in omnibus perturbationibus habere voluptatis & doloris concursum. Dic ergo nunc, utrum me dimittes, an ad multam noctem detinebis. reor enim, te, si pauca quaedam dixero, me dimissurum. nam de his omnibus cras me tibi dicturum polliceor. In praesentia vero ad iudicium, quod Philebus instituit, pergere cupio. *Pro.* Praeclare inquis, o Socrates: & idcirco quae restant, utcunque tibi placuerit, enarrato. *So.* Secundum naturam quidem post mixtas voluptates necessitate quadam ad puras immixtasque quodammodo deveniemus. *Pro.* Recte nimium. *So.* Conabor equidem, sed variando, eas nominare. Nam his qui dicunt, voluptates omnes dolorum sedationes esse, haud prorsus assentior. ceterum, ut

κούσας, οὔσας δ' οὐδαμῶς· καὶ μεγάλας ἑτέρας τινὰς ἅμα καὶ πολλὰς φανταζεῖσας, εἶναι δ' αὐτὰς συμπεφυρμένας ὁμοῦ λύπαις τε καὶ ἀναπαύσεσιν ὀδυνῶν τῶν μεγίστων, περί τε
b. σώματος καὶ ψυχῆς ἀπορίας. ΠΡΩ. Ἀληθεῖς δ' αὖ τίνας, ὦ Σώκρατες, ὑπολαμβάνων, ὀρθῶς τίς διανοοῖτ' ἄν; ΣΩ. Τὰς περί τε τὰ καλὰ λεγόμενα χρώματα, καὶ περὶ τὰ σχήματα, καὶ τῶν ὀσμῶν τὰς πλείσας, καὶ τὰς τῶν φθόγγων, καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους ἔχοντα καὶ ἀλύπους, τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας καθαρὰς λυπῶν παραδίδωσι. ΠΡΩ. Πῶς δὴ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, αὖ λέγομεν οὕτω; ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, οὐκ εὐθὺς δῆλά ἐστιν ἃ λέγω, πειρατέον μὴν
c. δηλοῦν. σχημάτων τε γὰρ κάλλους οὐχ ὅπερ ἂν ὑπολάβοιεν οἱ πολλοὶ, πειρῶμαι νῦν λέγειν, οἷον ζώων, ἢ τινων ζωγραφημάτων· ἀλλ' εὐθύ τι λέγω, φησὶν ὁ λόγος, καὶ περιφερὲς, καὶ ἀπὸ τούτων δὴ τά τε τοῖς τόρνοις γιγνόμενα ἐπίπεδά τε καὶ στερεὰ, καὶ τὰ τοῖς κανόσι καὶ γωνίαις· εἴ μου μανθάνεις. ταῦτα γὰρ οὐκ εἶναι πρός τι καλὰ λέγω, καθάπερ ἄλλα,

dixi, iis quasi testibus utor, ostendendo plerasque videri, cum non sint, voluptates: item alias quasdam magnas multasque videri, sed mixtas esse tristitiae, & sedationibus ingentium dolorum, & circa corporis & circa animae defectum. *Pro.* Quas denique voluptates veras, o Socrates, merito censere quis debet? *So.* Eas utique, quae circa decoros colores figurasque, & odores plerosque & sonos consistunt: praeterea quae circa ea sunt, in quibus defectus quidem est, sed qui nec sentitur, nec laedit: impletio vero, quae & suavis est, & sentitur, & tristitia vacat. *Pro.* Qua ratione, o Socrates, haec sic dicimus? *So.* Sunt quae loquor haud statim perspicua: verumtamen explicare conandum. Figurarum enim pulchritudinem, non ut plerique forsitan intelligerent, utputa animalium vel picturarum quarundam, nunc proposui dicere: sed rectum quiddam, & circulare: & ab iis ea, quae tornis fiunt, plana vel solida, & quae canonibus, id est, regulis atque angulis construuntur; si modo haec tenes. Haec siquidem nequaquam ad aliquid aliud respicientia,

ἀλλ' αἰεὶ καλὰ καθ' αὑτὰ πεφυκέναι, καί τινας ἡδονὰς οἰ- d.
κείας ἔχειν, οὐδὲν ταῖς τῶν κινήσεων προσφερεῖς· καὶ χρώ-
ματα δήπου τοῦτον τὸν τύπον ἔχοντα, καλὰ, καὶ ἡδονάς.
ἀλλ' ἆρα μανθάνομεν, ἢ πῶς; ΠΡΩ. Πειρῶμαι μὲν, ὦ Σώ-
κρατες· πειράθητι δὲ καὶ σὺ σαφέστερον ἔτι λέγειν. ΣΩ. Λέγω
δὴ τὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας καὶ λαμπρὰς, τὰς ἕν τι
καθαρὸν ἰείσας μέλος, οὐ πρὸς ἕτερον καλὰς, ἀλλ' αὐτὰς
καθ' αὑτὰς εἶναι, καὶ τούτων ξυμφύτους ἡδονὰς ἑπομένας.
ΠΡΩ. Ἔστι γὰρ οὖν καὶ τοῦτο. ΣΩ. Τὸ δὲ περὶ τὰς ὀσμὰς e.
ἧττον μὲν θεῖον γένος ἡδονῶν· τὸ δὲ μὴ συμμεμίχθαι ἐν αὐ-
ταῖς ἀναγκαίας λύπας, καὶ ὅπη τοῦτο καὶ ἐν ὅτῳ τυγχάνει
γεγονὸς ἡμῖν, τοῦτ' ἐκείνης τίθημι ἀντίστροφον ἅπαν. ἀλλ', εἰ
κατανοεῖς, ταῦτα εἰδὴ δύο λεγομένων ἡδονῶν. ΠΡΩ. Κα-
τανοῶ. ΣΩ. Ἔτι δὴ τοίνυν τούτοις προσθῶμεν τὰς περὶ τὰ p.
μαθήματα ἡδονάς· εἰ ἄρα δοκοῦσιν ἡμῖν αὗται πείνας μὲν μὴ 52
ἔχειν τοῦ μανθάνειν, μηδὲ διὰ μαθημάτων πεινῆν, ἀλγηδόνας a.
ἐξ ἀρχῆς γιγνομένας. ΠΡΩ. Ἀλλ' οὕτω ξυνδοκεῖ. ΣΩ. Τί

quemadmodum cetera, pulchra dico, ſed pulchra ſemper ſuapte natura, voluptates proprias nullo modo motuum delectationibus convenientes habentia. eadem ratione colores item pulchros atque gratos eſſe dico. Sed numquid intelligimus, aut quid eſt? *Pro.* Annitor equidem, o Socrates: verum ipſe quoque lucidius explicare nitere. *So.* Dico praeterea & voces perſpicuas & ſuaves, unamque aliquam puram penitus concinentes melodiam, ad nihil aliud comparatas, ſed natura ſua pulchras eſſe, & innatam afferre voluptatem. *Pro.* Hoc quoque verum eſt. *So.* Genus autem voluptatum, quod odores ſequitur, minus divinum eſt. quod autem ipſis neceſſarii dolores nequaquam miſceantur, & ubi & in quo id ineſſe contingat, cum illis proximis eadem prorſus ratione habere dico. Iamque duas voluptatum ſpecies, ſi modo intelligis, collegimus. *Pro.* Intelligo. *So.* Hic item diſciplinarum voluptates addamus: ſi & iſtae famem diſcendi nequaquam continere videntur, neque propter diſciplinarum aviditatem principio ſtatim

δέ; μαθημάτων πληρωθεισῶν, ἐὰν ὕστερον ἀποβολαὶ διὰ τῆς λήθης γίγνωνται, καθορᾷς τινὰς ἐν αὐταῖς ἀλγηδόνας; ΠΡΩ. Οὔτι φύσει γε· ἀλλ' ἔν τισι λογισμοῖς τοῦ μαθήματος, ὅταν
b. τὶς ςερηθεὶς λυπηθῇ διὰ τὴν χρείαν. ΣΩ. Καὶ μὴν, ὦ μακάριε, νῦν γε ἡμεῖς αὐτὰ καὶ τὰ τῆς φύσεως μόνον παθήματα χωρὶς τοῦ λογισμοῦ διαπεραίνομεν. ΠΡΩ. Ἀληθῆ τοίνυν λέγεις, ὅτι χωρὶς λύπης ἡμῖν λήθη γίγνεται ἑκάστοτε ἐν τοῖς μαθήμασι. ΣΩ. Ταύτας τοίνυν τὰς τῶν μαθημάτων ἡδονὰς, ἀμίκτους τε εἶναι λύπαις ῥητέον, καὶ οὐδαμῶς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν σφόδρα ὀλίγων. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ
c. ῥητέον; ΣΩ. Οὐκοῦν ὅτε μετρίως ἤδη διακεκρίμεθα χωρὶς τάς τε καθαρὰς ἡδονὰς, καὶ τὰς σχεδὸν ἀκαθάρτους ὀρθῶς ἂν λεχθείσας, προσθῶμεν τῷ λόγῳ, ταῖς μὲν σφοδραῖς ἡδοναῖς ἀμετρίαν, ταῖς δὲ μὴ, τοὐναντίον ἐμμετρίαν· καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν αὖ, καὶ πολλάκις καὶ ὀλιγάκις γιγνομένας τοιαύτας, τῆς τοῦ ἀπείρου τέ γ' ἐκείνου καὶ ἧττον καὶ μᾶλλον διά τε σώματος καὶ ψυχῆς φερομένου προσθῶ-
d. μεν αὐταῖς εἶναι γένους· τὰς δὲ μὴ, τῶν ἐμμέτρων. ΠΡΩ.

dolores inferre. *Pro.* Mihi ſic videtur. *So.* Quid vero, ſi quis doctrinis imbutus, earum poſtea per oblivionem iacturam faciat, nonne triſtitiam quandam ſequi vides? *Pro.* Non natura quidem: ſed quadam paſſionis cogitatione, cum quis orbatus propter indigentiam triſtatur. *So.* Atqui, o beate, nos in praeſentia non opinionis, ſed naturae paſſiones tractamus. *Pro.* Verum eſt igitur quod aſſeris, doctrinae oblivionem plurimum absque triſtitia evenire. *So.* Voluptates igitur diſciplinarum, doloris expertes, nec multorum hominum, ſed paucorum admodum eſſe fatendum. *Pro.* Fatendum procul dubio. *So.* Poſtquam igitur voluptates puras, ab his quae recte propemodum ſic dicuntur, impuris ſecrevimus, addenda eſt iam vehementibus voluptatibus immoderatio, remiſſioribus moderatio. easque etiam, quae intenſius, remiſſius, magnum, parvum, raro, crebro ſuſcipiunt, ad infiniti genus, quod per animam corpusque ſecundum magis minusve diſcurrit, referre decet: quae

Ὀρθότατα λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις μετὰ ταῦτα τόδε αὐτῶν διαθετέον. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι τὸ καθαρόν τε καὶ εἰλικρινὲς, ἢ τὸ σφόδρα τε καὶ τὸ πολὺ, καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ ἱκανόν; ΠΡΩ. Τί ποτ' ἄρα, ὦ Σώκρατες, ἐρωτᾷς βουλόμενος; ΣΩ. Μηδὲν, ὦ Πρώταρχε, ἐπιλείπειν ἐλέγχων ἡδονῆς τε καὶ ἐπιστήμης· εἰ τὸ μὲν ἀεὶ αὐτῶν ἑκατέρου, καθαρόν ἐστι, τὸ δ' οὐ καθαρόν· ἵνα καθαρὸν ἑκάτερον ἰὸν εἰς τὴν κρίσιν ἐμοὶ καὶ σοι καὶ ξυνάπασι τοῖσδε, ῥᾴω παρέχῃ τὴν κρίσιν. ΠΡΩ. Ὀρθότατα. ΣΩ. Ἴθι δὴ, περὶ πάντων, ὅσα καθαρὰ γένη λέγομεν, οὕτωσὶ διανοηθῶμεν, προελόμενοι πρῶτον αὐτῶν ἕν τι διασκοπῶμεν. ΠΡΩ. Τί οὖν προελώμεθα; ΣΩ. Τὸ λευκὸν ἐν τοῖς πρώτοις, εἰ βούλει, θεασώμεθα γένος. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Πῶς οὖν αὖ λευκοῦ καὶ τίς καθαρότης ἡμῖν εἴη; πότερα τὸ μέγιστόν τε καὶ πλεῖστον, ἢ τὸ ἀκρατέστατον, ἐν ᾧ χρώματος μηδεμία μοῖρα ἄλλη μηδενὸς

e.

p. 53 a.

vero ista non capiunt, ad commensurati genus potius referendae. *Pro.* Rectissime inquis, o Socrates. *So.* Post haec id insuper circa voluptates instituendum. *Pro.* Quid istud? *So.* Utrum purum ipsum atque sincerum dicendum sit conferre ad veritatem potius, aut vehemens, multum, magnumque, & sufficiens? *Pro.* Quid tibi vis, dum ista rogas, o Socrates? *So.* Nihil, o Protarche, in ipsa disceptatione voluptatis & scientiae praetermittere vellem: siquidem utriusque illorum portio quaedam pura, quaedam impura est: ut utrumque purum in iudicium veniens, & mihi & tibi, & istis denique cunctis ad iudicandum se apertum expeditumque praebeat. *Pro.* Scite. *So.* Age igitur de omnibus, quae genera pura vocamus, in hunc modum cogitemus, unum aliquod ex illis primum in medium inducentes. *Pro.* Quod potissimum eligemus? *So.* Album, si vis, primo genus considerem us. *Pro.* Volo equidem. *So.* Quomodo ita albi, & quae puritas erit? Utrum quod maximum quiddam est ac plurimum? an quod ita sincerum, ut nihil in eo coloris alterius insit? *Pro.* Constat plane, quod praecipue

ἂν εἴη; ΠΡΩ. Δῆλον ὅτι τὸ μάλις' εἰλικρινὲς ὄν. ΣΩ. Ὀρθῶς. ἆρ' οὖν τοῦτο ἀληθέστατον, ὦ Πρώταρχε, καὶ ἅμα δὴ κάλ-
b. λιστον τῶν λευκῶν πάντων θήσομεν, ἀλλ' οὐ τὸ πλεῖστον, οὐδὲ τὸ μέγιστον; ΠΡΩ. Ὀρθότατά γε. ΣΩ. Σμικρὸν ἄρα καθαρὸν λευκὸν, μεμιγμένου πολλοῦ λευκοῦ, λευκότερον ἅμα καὶ κάλλιον καὶ ἀληθέστερον ἐὰν φῶμεν γίγνεσθαι, παντάπασιν ἐροῦμεν ὀρθῶς. ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν. ΣΩ. Τί οὖν; οὐ δήπου πολλῶν δεησόμεθα παραδειγμάτων τοιούτων ἐπὶ τὸν τῆς ἡδονῆς πέρι λόγον· ἀλλ' ἀρκεῖ νοεῖν ἡμῖν αὐτόθεν, ὡς ἄρα καὶ
c. ξύμπασα ἡδονὴ σμικρὰ, μεγάλης, καὶ ὀλίγη πολλῆς καθαρὰ λύπης, ἡδίων καὶ ἀληθεστέρα καὶ καλλίων γίγνοιτ' ἄν. ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν, καὶ τό γε παράδειγμα ἱκανόν. ΣΩ. Τί δὲ τὸ τοιόνδε; ἆρα περὶ ἡδονῆς οὐκ ἀκηκόαμεν, ὡς αἰεὶ γένεσίς ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι τοπαράπαν ἡδονῆς; κομψοὶ γὰρ δή τινες αὖ τοῦτον τὸν λόγον ἐπιχειροῦσι μηνύειν ἡμῖν, οἷς δεῖ χάριν
d. ἔχειν. ΠΡΩ. Τί δή; ΣΩ. Διαπεραινοῦμαί σοι τοῦτ' αὐτὸ ἐπανερωτῶν, ὦ Πρώταρχε φίλε. ΠΡΩ. Λέγε· καὶ ἐρώτα μόνον. ΣΩ. Ἐσὸν δή τινε δύο, τὸ μὲν, αὐτὸ καθ' αὑτὸ, τὸ

sincerum est. *So.* Probe. nonne hoc verissimum, o Protarche, & pulcherrimum alborum omnium affirmabimus, non autem quod plurimum aut maximum? *Pro.* Recte. *So.* Si ergo quod parvum purumque album est, admixto multo albo, albius simul & pulchrius & verius esse dicamus, recte penitus asseremus? *Pro.* Recte procul dubio. *So.* Numquid exemplis huiusmodi pluribus ad iudicandam voluptatem egebimus? an potius hinc nosse sufficiet, quod universa voluptas parva quam magna, pauca quam multa, modo a dolore remota sit, suavior est & verior, ac denique pulchrior? *Pro.* Maxime sane, & exemplum hoc idoneum est. *So.* Quid vero hoc, quod audivimus, voluptatis quidem generationem semper, essentiam vero nunquam exsistere? elegantes enim quidam viri nobis hoc tradere conantur, eisque gratia est habenda. *Pro.* Quid tum? *So.* Visne id interrogando, o amice Protarche, percurram? *Pro.* Dic, & interroga modo. *So.* Sunt igitur duo quaedam;

δὲ, ἀεὶ ἑφιέμενον ἄλλου. ΠΡΩ. Πῶς τοῦτω καὶ τίνε λέγεις; ΣΩ. Τὸ μὲν, σεμνότατον ἀεὶ πεφυκὸς, τὸ δ' ἐλλιπὲς ἐκείνου. ΠΡΩ. Λέγε τὶ σαφέστερον. ΣΩ. Παιδικά που καλὰ καὶ ἀγαθὰ τεθεωρήκαμεν ἅμα καὶ ἐραστὰς ἀνδρείους αὐτῶν. ΠΡΩ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Τούτοις τοίνυν ἐοικότα δυοῖν οὖσι δύ' ἄλλα ζητεῖ, κατὰ πάντα ὅσα λέγομεν εἶναι τὸ τρίτον ἑτέρῳ. ΠΡΩ. e. Λέγε σαφέστερον, ὦ Σώκρατες, ὅ, τι λέγεις. ΣΩ. Οὐδέν τι ποικίλον, ὦ Πρώταρχε· ἀλλ' ὁ λόγος ἐρεσχελεῖ νῶϊν. λέγει δ' ὅτι τὸ μὲν, ἕνεκά του τῶν ὄντων ἕξ' ἀεὶ, τὸ δ' οὗ χάριν ἑκάστοτε τὸ τινὸς ἕνεκα γιγνόμενον ἀεὶ γίγνεται. ΠΡΩ. Μόγις ἔμαθον, διὰ τὸ πολλάκις λεχθῆναι. ΣΩ. Τάχα δ' ἴσως, ὦ παῖ, μᾶλλον μαθησόμεθα προελθόντος τοῦ λόγου. ΠΡΩ. Τί P. γὰρ οὔ; ΣΩ. Δύο δὴ τάδε ἕτερα λάβωμεν. ΠΡΩ. Ποῖα; 54 a. ΣΩ. Ἓν μέν τι, γένεσιν πάντων, τὴν δὲ οὐσίαν, ἕτερον ἕν. ΠΡΩ. Δύο ἀποδέχομαί σου ταῦτα, οὐσίαν καὶ γένεσιν. ΣΩ. Ὀρθότατα. πότερον οὖν τούτων ἕνεκα ποτέρου; τὴν γένεσιν

unum quidem secundum seipsum, alterum semper alius appetens. *Pro.* Qua ratione? & quae ista esse dicis? *So.* Hoc suapte natura summopere venerandum: illud vero deficiens. *Pro.* Exprime clarius. *So.* Vidimus saepenumero pueros pulchros simul & probos, & viros eorum amatores. *Pro.* Vidimus. *So.* Istis ergo duobus exsistentibus, duo quaedam alia consimilia quaere, per omnia quaecunque dicimus alteri tertium esse. *Pro.* Profer obsecro, Socrates, clarius adhuc, quod sentis. *So.* Nihil est hic diversum, o Protarche: sed iocamur. Dicimus autem, quod ex iis quae sunt, aliquid semper est alterius gratia: aliquid vero, cuius gratia semper id, quod alterius gratia fit, efficitur. *Pro.* Vix tandem ob crebram repetitionem percepi. *So.* Forte, o puer, procedente disputatione clarius comprehendemus. *Pro.* Quidni? *So.* Duo haec altera iterum adsumamus. *Pro.* Quaenam? *So.* Alterum quidem omnium generationem, essentiam alterum. *Pro.* Equidem duo haec abs te accipio, essentiam & generationem. *So.* Recte. Utrum autem horum alterius gratia esse dicimus? generationemne essentiae

οὐσίας ἕνεκα φῶμεν, ἢ τὴν οὐσίαν εἶναι γενέσεως ἕνεκα; ΠΡΩ. Τοῦτο ὃ προσαγορεύεται οὐσία, εἰ γενέσεως ἕνεκα τοῦτ' ἔστιν ἅ, πέρ ἐσι, νῦν πυνθάνῃ; ΣΩ. Φαίνομαι. ΠΡΩ.
b. Πρὸς θεῶν ἆρ' ἂν ἐπερωτᾷς με; ΣΩ. Τοιόνδέ τι λέγω, ὦ Πρώταρχε, σοὶ, πότερα πλοίων ναυπηγίαν ἕνεκα φῂς γίγνεσθαι μᾶλλον, ἢ πλοῖα, ναυπηγίας; καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ἐσὶ, λέγω τοῦτ' αὐτὸ, ὦ Πρώταρχε. ΠΡΩ. Τί οὖν οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Οὐδὲν ὅ, τι οὔ. σὺ μέντοι τοῦ λόγου μέτεχε. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Φημὶ δὴ, γενέσεως μὲν ἕνεκα, φάρμακά τε καὶ πάντα ὄργανα,
c. καὶ πᾶσαν ὕλην παρατίθεσθαι πᾶσιν· ἑκάσην δὲ γένεσιν, ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινὸς ἑκάσης ἕνεκα γίγνεσθαι· ξύμπασαν δὲ γένεσιν, οὐσίας ἕνεκα γίγνεσθαι ξυμπάσης. ΠΡΩ. Σαφέσατα μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡδονή γε, εἴπερ γένεσίς ἐσιν, ἕνεκα τινὸς οὐσίας ἐξ ἀνάγκης γίγνοιτ' ἄν. ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Τό γε μὴν οὗ ἕνεκα τὸ ἕνεκά του γιγνόμενον ἀεὶ γίγνοιτ' ἄν, ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ ἐκεῖνό ἐσι· τὸ δὲ τινὸς ἕνεκα γιγνόμενον, εἰς ἄλλην, ὦ ἄριστε, μοῖραν θετέον. ΠΡΩ.

gratia? vel essentiam causa generationis? *Pro.* Hoc, quod appellatur Essentia, an generationis causam dicamus? hoccine est, quod nunc percontaris? *So.* Videor. *Pro.* Sed per deos quid me interrogas? *So.* Eiuscemodi quiddam, o Protarche, interrogo, num fabricatio navium navigii gratia fit? an contra navigium fabricationis navium? & de omnibus, quaecunque talia sunt, idem dico, o Protarche. *Pro.* Cur igitur non ipse, o Socrates, tibi ipsi respondes? *So.* Nihil prohibet. attamen tu quoque simul loquere. *Pro.* Immo. *So.* Generationis gratia inquam, pharmaca, & organa omnia, omnemque materiam omnibus adhiberi: singulas autem generationes singularum essentiarum, universam denique universae essentiae gratia. *Pro.* Perspicue admodum. *So.* Nonne & voluptas, si quidem generatio est, alicuius essentiae gratia necessario fiet? *Pro.* Quidni? *So.* Quod tale est, ut eius gratia fiat, quod semper alterius gratia fit, in boni sorte locatur: quod vero alterius gra-

Ἀναγκαιότατον. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡδονή γε εἴπερ γένεσίς ἐστιν, d.
εἰς ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες, ὀρθῶς
ἥσομεν; ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν (ὅπερ ἀρ-
χόμενος εἶπον τούτου τοῦ λόγου) τῷ μηνύσαντι τῆς ἡδονῆς
πέρι, τὸ γένεσιν μὲν, οὐσίαν δὲ μηδ' ἠντινοῦν αὐτῆς εἶναι,
χάριν δεῖ ἔχειν. δῆλον γὰρ ὅτι οὗτος τῶν φασκόντων ἡδονὴν
ἀγαθὸν εἶναι καταγελᾷ. ΠΡΩ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Καὶ μὴν
αὐτὸς οὗτος ἑκάστοτε καὶ τῶν ἐν ταῖς γενέσεσιν ἀποτελου- e.
μένων καταγελάσεται. ΠΡΩ. Πῶς δὴ καὶ ποίων λέγεις; ΣΩ.
Τῶν ὅσοι ἐξιώμενοι ἢ πείνην, ἢ δίψαν, ἤ τι τῶν τοιούτων, ὅσα
γένεσις ἐξίαται, χαίρουσι διὰ τὴν γένεσιν, ἅτε ἡδονῆς οὔσης
αὐτῆς· καὶ φασὶ ζῆν οὐκ ἂν δέξασθαι, μὴ διψῶντές τε καὶ
πεινῶντες, καὶ τἆλλα, ἅ τις ἂν εἴποι πάντα τὰ ἐπόμενα τοῖς
τοιούτοις παθήμασι μὴ πάσχοντες. ΠΡΩ. Ἐοίκασι γοῦν. ΣΩ. P.
Οὐκοῦν τῷ γίγνεσθαί γε τοὐναντίον ἅπαντες τὸ φθείρεσθαι 55
φαῖμεν ἄν. ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον. ΣΩ. Τὴν δὴ φθορὰν καὶ γέ- a.
νεσιν αἱροῖτ' ἂν ὁ τοῦθ' αἱρούμενος, ἀλλ' οὐ τὸν τρίτον ἐκεῖνον
βίον, τὸν ἐν ᾧ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι, Φρονεῖν δ' ἦν

tia, in aliam ſortem, o vir optime, reducendum videtur. *Pro.* Neceſſarium id omnino. *So.* Quamobrem ſi voluptas generatio eſt, ad aliam quam boni ſortem merito referemus. *Pro.* Merito certe. *So.* Nonne, ut in principio diſputationis huius praedixi, dicenti, voluptatis quidem generationem, eſſentiam vero nullam exſiſtere, habenda gratia eſt? conſtat enim, eos qui voluptatem bonum praedicant, ab hoc derideri. *Pro.* Magnopere. *So.* Quin etiam hic idem eos, qui generationi impenſius ſtudent, ridebit. *Pro.* Quo pacto, & quales ais? *So.* Eos, qui dum famem ſitimque reſtinguunt, vel aliquid aliud ex iis, quae generatio curat ac ſedat, generatione laetantur, quaſi ipſa ſit voluptas: aiuntque, vitam ſe nihil moraturos, niſi ſitiant & eſuriant, atque aliis quae haec ſequuntur, afficiantur. *Pro.* Videntur ſane. *So.* Eius autem quod fieri eſt, contrarium, deſtrui ipſum cuncti fatemur. *Pro.* Neceſſario. *So.* Corruptionem igitur generationemque eligit, quisquis haec expetit: non autem tertium illam

δυνατὸν ὡς οἷόν τε καθαρώτατα. ΠΡΩ. Πολλή τις, ὡς ἔοικεν, ὦ Σώκρατες, ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἐάν τις τὴν ἡδονὴν ὡς ἀγαθὸν ἡμῖν τιθῇται. ΣΩ. Πολλή. ἐπεὶ καὶ τῇδε
b. ἔτι λέγωμεν. ΠΡΩ. Πῇ; ΣΩ. Πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι, μηδὲν ἀγαθὸν εἶναι μηδὲ καλὸν, μήτε ἐν σώμασι, μήτ' ἐν πολλοῖς ἄλλοις, πλὴν ἐν ψυχῇ, καὶ ἐνταῦθα ἡδονὴν μόνον ἀνδρίαν δὲ, ἢ σωφροσύνην, ἢ νοῦν, ἤ τι τῶν ἄλλων ὅσα ἀγαθὰ εἴληχε ψυχὴ, μηδὲν τοιοῦτον εἶναι; πρὸς τούτοις δὲ ἔτι, τὸν μὴ χαίροντα, ἀλγοῦντα δὲ, ἀναγκάζεσθαι φάναι κακὸν εἶναι τότε ὅταν ἀλγῇ, κἂν ᾖ ἄριστος πάντων· καὶ τὸν χαίροντα αὖ, ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, τότε ὅταν χαίρῃ, τοσοῦτον διαφέρειν πρὸς
c. ἀρετήν. ΠΡΩ. Πάντ' ἐστὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ὡς δυνατὸν ἀλογώτατα. ΣΩ. Μὴ τοίνυν ἡδονῆς μέντοι ἐξέτασιν πᾶσαν ἐπιχειρῶμεν ποιήσασθαι, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης οἷον φειδόμενοι σφόδρα φανῶμεν· γενναίως δὲ, εἰπή τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν, ἕως ἄν, τι καθαρώτατον ἐξ αὐτῶν φύσει, τοῦ-

vitam, quam & laetitia & triſtitia vacuam, intelligentiae vero quoad fieri poteſt, puriſſime compotem propoſuimus. *Pro.* A ratione procul, o Socrates, erit, quicunque voluptatem nobis bonum aſſeverabit. *So.* Procul admodum: quandoquidem & hac praeterea ratione id oſtendere licet. *Pro.* Qua? *So.* Cur enim non abſurdum ſit, cum nihil bonum decorumve ſit, ſive in corporibus, ſive in aliis ullis, praeterquam in anima, in ea tamen ſolummodo voluptatem bonum vocare: fortitudinem vero, temperantiam, intelligentiam, ac reliqua, quaecunque bona ſortitus eſt animus, minime? Ac praeterea hominem voluptatis expertem, dolore vero affectum, malum tunc, dum dolet, aſſerere, licet omnium optimus ſit: & eum contra, qui voluptatibus delinitur, quo magis geſtit, eo virtute praeſtantiorem dicere? *Pro.* Haec, o Socrates, omnia ſupra quam dici poſſit, abſurda ſunt. *So.* Ne tamen diſputationem omnem in voluptate conſumamus, mentem vero & ſcientiam praetermittere videamur: age iam, ſi quid ſordidum etiam his adiacet, excutiamus, donec ad puriſſimam eorum naturam tan-

τὸ κατιδόντες, εἰς τὴν κρίσιν χρώμεθα τὴν κοινὴν τοῖς τε τούτων καὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς μέρεσιν ἀληθεστάτοις. ΠΡΩ. Ὀρθῶς. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μὲν, οἶμαι, δημιουργικὸν ἐστι τῆς d. περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης, τὸ δὲ, περὶ παιδείαν, ἢ τροφήν; ἢ πῶς; ΠΡΩ. Οὕτω. ΣΩ. Ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς διανοηθῶμεν πρῶτα, εἰ τὸ μὲν ἐπιστήμης αὐτῶν μᾶλλον ἐχόμενον, τὸ δὲ, ἧττον ἕνι· καὶ δεῖ τὰ μὲν ὡς καθαρώτατα νομίζειν, τὰ δ' ὡς ἀκαθαρτότατα. ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή. ΣΩ. Τὰς τοίνυν ἡγεμονικὰς διαληπτέον ἑκάστων αὐτῶν χωρίς; ΠΡΩ. Ποίας καὶ πῶς; ΣΩ. Οἷον, πασῶν που τεχνῶν ἄν τις e. ἀριθμητικὴν χωρίζῃ, καὶ μετρητικὴν, καὶ στατικὴν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φαῦλον τὸ καταλειπόμενον ἑκάστης ἂν γίγνοιτο. ΠΡΩ. Φαῦλον μέντοι. ΣΩ. Τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἄν, καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾷν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ, ταῖς τῆς στοχαστικῆς προσχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας ἐπονομάζουσι, μελέτῃ καὶ πόνῳ τὴν ῥώμην p. ἀπειργασμένους. ΠΡΩ. Ἀναγκαιότατα λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν 56 μεχὴ μέν που μουσικὴ, πρῶτον τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ a.

dem penetrantes, & ipsam inspicientes, ad iudicandum tum harum, tum voluptatis partibus verissimis, uti possimus. *Pro.* Scite. *So.* Nonne aliud nobis scientiam circa doctrinas, aliud circa educationem vel nutritionem exhibet? *Pro.* Sic est. *So.* In manuariis primum artibus videamus, num artium alia scientia magis, alia minus sit: oporteatque aliam purissimam, aliam impurissimam arbitrari. *Pro.* Decet profecto. *So.* Praecipuae utique ex singulis discernendae. *Pro.* Quales, & quo pacto? *So.* Ut ecce, si quis ab omnibus artibus segregaret numerandi dimetiendique & ponderandi peritiam, vile quiddam esset, quod uniuscuiusque restaret. *Pro.* Vile profecto. *So.* Residuum quippe imaginatione quadam ac sensuum experientia & exercitatione, coniecturisque consequi liceret, quas plerique artes vocant, cura & labore vim suam omnem adeptas. *Pro.* Necessaria prorsus dicis. *So.* An non musica iis plena est? Primo concentum contemperat non mensura, sed diligentiae po-

μέτρῳ, ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ· καὶ ξύμπασα αὐτῆς αὐλητικὴ, τὸ μέτρον ἑκάστης χορδῆς τῷ στοχάζεσθαι φερομένης διηρεύουσα· ὥστε πολὺ μεμιγμένον ἔχειν τὸ μὴ σαφὲς, σμι-
b. κρὸν δὲ τὸ βέβαιον. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Καὶ μὴν ἰατρικήν τε, καὶ γεωργίαν, καὶ κυβερνητικὴν, καὶ στρατηγητικὴν, ὡσαύτως εὑρήσομεν ἐχούσας. ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε. ΣΩ. Τεκτονικὴν δέ γε, οἶμαι, πλείστοις μέτροις τε καὶ ὀργάνοις χρωμένην, τὰ πολλὴν ἀκρίβειαν αὐτῇ πορίζοντα τεχνικωτέραν τῶν πολλῶν ἐπιστημῶν παρέχεται. ΠΡΩ. Πῇ; ΣΩ. Κατά τε ναυπηγίαν καὶ κατ' οἰκοδομίαν, καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις τῆς ξυλουργικῆς. κανόνι γὰρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται, καὶ
c. διαβήτῃ, καὶ στάθμῃ, καὶ τινι προαγωγίῳ κεκομψευμένῳ. ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγεις. ΣΩ. Θῶμεν τοίνυν διχῇ τὰς λεγομένας τέχνας, τὰς μὲν, μουσικῇ ξυνεπομένας, ἐν τοῖς ἔργοις ἐλάττονος ἀκριβείας μετισχούσας, τὰς δὲ τεκτονικῇ, πλείονος. ΠΡΩ. Κείσθω. ΣΩ. Τούτων δὲ ταύτας ἀκριβεστάτας εἶναι τέχνας, ἃς δὴ νῦν πρώτας εἴ-

tius coniectura: tum universa eius pulsandi facultas mensuram chordae cuiusque coniectura motae perquirit. itaque ut obscuritatem plurimam mixtam habet, ita stabilitatem minimam. *Pro.* Verissime. *So.* Quin etiam medicinam, agriculturam, gubernatoriam, militarem, similiter institutas esse reperiemus. *Pro.* Quam maxime. *So.* Architecturam vero mensurae, & instrumenta iam plurima, quibus utitur illa crebro, ut perspicacem maxime, ita supra cetera artificiosam maxime reddunt. *Pro.* Quonam pacto? *So.* In ipsa profecto navium & domorum constructione, multisque aliis ad genus materiae elaborandae quodammodo pertinentibus, utitur amussi regulaque, torno, circino, filo, perpendiculo, instrumento quoque ad dirigenda ligna idoneo. *Pro.* Recte admodum, o Socrates, inquis. *So.* Ponamus igitur eas quae dicuntur artes, in ordine duplici: alias quae musicam quidem in operibus sectantur, perspicaciae minoris participes: alias architecturae pedissequas, aliquanto maioris. *Pro.* Ponamus. *So.* Harum autem omnium perspicacissimas,

τομεν. ΠΡΩ. Ἀριθμητικὴν φαίνῃ μοι λέγειν, καὶ ὅσας μετὰ ταύτης τέχνας ἐφθέγξω νῦν δή. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, ἆρ' οὐ διττὰς αὖ καὶ ταύτας λεκτέον; ἢ πῶς; d.
ΠΡΩ. Ποίας δὴ λέγεις; ΣΩ. Ἀριθμητικὴν πρῶτον. ἆρ' οὐκ ἄλλην μέν τινα, τὴν τῶν πολλῶν, φατέον, ἄλλην δ' αὖ, τὴν τῶν φιλοσοφούντων; ΠΡΩ. Πῇ ποτε διορισάμενος οὖν, ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θείη τὶς ἂν ἀριθμητικήν; ΣΩ. Οὐ σμικρὸς ὅρος, ὦ Πρώταρχε. οἱ μὲν γάρ που μονάδας ἀνίσους καταριθμοῦνται τῶν περὶ ἀριθμόν· οἷον στρατόπεδα δύο, καὶ βοῦς δύο· καὶ δύο τὰ σμικρότατα, ἢ καὶ τὰ πάντων μέγιστα· οἱ δ' e.
οὐκ ἄν ποτε αὐτοῖς συνακολουθήσειαν, εἰ μὴ μονάδα μονάδος ἑκάστης τῶν μορίων μηδεμίαν ἄλλην ἄλλης διαφέρουσαν τὶς θήσει. ΠΡΩ. Καὶ μάλα εὖ λέγεις οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν τευταζόντων, ὥστε λόγον ἔχειν, δύο αὐτὰς εἶναι. ΣΩ. Τί δὲ λογιστικὴ καὶ μετρικὴ κατὰ τεκτονικὴν καὶ κατ' ἐμπορικὴν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν γεωμετρίας τε καὶ λογισμῶν καταμελετωμένων; πότερον ὡς μίαν ἑκατέρα λεκτέον, ἢ P. 57 a.

quas paulo ante primas vocavimus. *Pro.* Numerandi peritiam, & quas cum illa supra iunxisti, innuere nunc mihi videris. *So.* Prorsus. sed num, o Protarche, has iterum duplices affirmare, an aliter debemus? *Pro.* Quas inquis? *So.* Arithmeticam primo, nonne aliam vulgarium, aliam philosophantium? *Pro.* Quanam ratione quis partiens, aliam atque aliam arithmeticam asseret? *So.* Haud exigua discrepantia, o Protarche. Illi enim unitates inaequales eorum quae secundum numerum sunt, dinumerant, velut duos exercitus, boves duos, duo quae minima, duo etiam quae omnium maxima: hi vero nunquam eos sequerentur, nisi quis partium unitatem aliam ab alia unitate nihil discrepantem posuerit. *Pro.* Quam optime loqueris, dum multam infers diversitatem eorum, qui circa numerum versantur: adeo ut decens sit, in duo quaedam dividere. *So.* Quid vero computandi & dimetiendi illa secundum architecturam mercaturamve facultas, itemque illa secundum philosophiam geometria ratiocinatioque diligens, utrum una quaedam, an

δύο τιθῶμεν; ΠΡΩ. Τῇ πρόσθεν ἑπόμενος ἐγωγ' ἂν δύο, κατὰ τὴν ἐμὴν ψῆφον, τιθείην ἑκατέραν τούτων. ΣΩ. Ὀρθῶς· οὗ δ' ἕνεκα ταῦτα προηνεγκάμεθα εἰς τὸ μέσον, ἆρα ἐννοεῖς; ΠΡΩ. Ἴσως. ἀλλά σε βουλοίμην ἂν ἀποφήνασθαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον. ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν ἔμοιγε οὗτος ὁ λόγος οὐχ ἧττον ἢ ὅτε λέγειν αὐτὸν ἠρχόμεθα, ταῖς ἡδοναῖς ζητῶν ἀν-
b. τίσροφον ἐνταῦθα προβεβληκέναι· σκοπῶν ἆρα ἐσί τις ἑτέρας ἄλλη καθαρωτέρα ἐπιστήμης ἐπιστήμη, καθάπερ ἡδονῆς ἡδονή. ΠΡΩ. Καὶ μάλα σαφὲς τοῦτό γε, ὅτι ταῦθ' ἕνεκα τούτων ἐπικεχείρηκε. ΣΩ. Τί οὖν; ἆρ' οὐκ ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπ' ἄλλης ἄλλην τέχνην οὖσαν ἀνευρίσκει σαφεστέραν οὖσαν, καὶ ἀσαφεστέραν ἄλλην ἄλλης; ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἐν τούτοις δὲ, ἆρ' οὐ τινὰ τέχνην ὡς ὁμώνυμον ᾠήθη ξάμενος, εἰς δόξαν καταστήσας ὡς μιᾶς, πάλιν ὡς δυοῖν, ἐπανερωτᾷ
c. τοῦτον αὐτοῖν τὸ σαφὲς καὶ τὸ καθαρόν τε περὶ ταῦτα, πότερον ἡ τῶν φιλοσοφούντων ἢ μὴ φιλοσοφούντων ἀκριβέστερον ἔχει; ΠΡΩ. Καὶ μάλα δοκεῖ μοι τοῦτο διερωτᾶν. ΣΩ. Τίν'

duae potius artes ſunt? *Pro.* Priorem ego reſponſionem ſecutus, mea quidem ſententia, duas eſſe ponerem. *So.* Probe. ſed num intelligis, cuius gratia in medium haec produximus? *Pro.* Forſitan. attamen quod nunc quaeſitum eſt, explanare te velim. *So.* Diſputatio noſtra, quae iamdiu proportionem quandam aequa diviſionis converſione voluptatibus reſpondentem quaerit, videtur mihi nunc non minus, quam ab initio, aſſecuta fuiſſe quod quaerit, dum indagat, num ſit ſcientia quaedam alia ſcientia purior, quemadmodum voluptate voluptas. *Pro.* Conſtat, horum gratia iſta tractata fuiſſe. *So.* Quid autem, nonne in ſuperioribus aliam artem in alia eſſe repertum eſt, clarioremque aliam, & obſcuriorem aliam? *Pro.* Maxime. *So.* In iis autem an non artem quandam ratio velut aequivocam proferens, & quaſi unam innuens, rurſus quaſi duae ſint, inquirit, num perſpicuitas puritasque illarum penes philoſophantes, aut non philoſophantes, exſiſtat? *Pro.* Et maxime quidem id inquirere mihi videtur. *So.* Quale huic reſponſum, o Protar-

οὖν, ὦ Πρώταρχε, αὐτῷ διδῶμεν ἀπόκρισιν; ΠΡΩ. Ὦ Σώκρατες, εἰς θαυμαστὸν διαφορᾶς μέγεθος εἰς σαφήνειαν προεληλύθαμεν ἐπιστημῶν. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀποκρινούμεθα ῥᾷον. ΠΡΩ. Τί μήν; καὶ εἰρήσθω γε, ὅτι πολὺ μὲν αὗται τῶν ἄλλων τεχνῶν διαφέρουσι· τούτων δ' αὐτῶν αἱ περὶ τὴν τῶν ὄντως φιλοσοφούντων ὁρμὴν ἀμήχανον ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ περὶ τὰ μέτρα τε καὶ ἀριθμοὺς διαφέρουσιν. ΣΩ. Ἔξω ταῦτα κατά σε καί σοι δὴ πιστεύοντες, θαρροῦντες ἀποκρινώμεθα τοῖς δεινοῖς περὶ λόγων ὀλκήν. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ὡς εἰσὶ δύο ἀριθμητικαὶ, καὶ ταύταις ἄλλαι δύο τοιαῦται ξυνεπόμεναι συχναὶ, τὴν διδυμότητα ἔχουσαι ταύτην, ὀνόματος ἑνὸς κεκοινωνημέναι. ΠΡΩ. Διδῶμεν τύχῃ ἀγαθῇ τούτοις, οὓς φῂς δεινοὺς εἶναι, ταύτην τὴν ἀπόκρισιν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ταύτας οὖν λέγομεν ἐπιστήμας ἀκριβεῖς μάλιστα εἶναι; ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἀλλ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἀναίνοιτ' ἂν ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις, εἴτινα πρὸ αὐτῆς ἄλλην κρίναιμεν. ΠΡΩ. Τίνα δὲ ταύτην αὖ δεῖ λέγειν; ΣΩ. Δῆλον ὅτι ἣ πᾶσαν τήν γε νῦν λεγομένην γνοίη. τὴν γὰρ περὶ

d.

e.

P. 58 a.

che, reddemus? *Pro.* O Socrates, ad miram scientiarum differentiam declarandam descendimus. *So.* An non responsio facilis? *Pro.* Quidni? asseramus itaque, has artes longo intervallo a ceteris discrepare. ab iis praeterea eorum, qui re vera philosophi sunt, studium mirum in modum sinceritate & veritate circa mensuras numerosque differre. *So.* Sunto igitur ista ex tua sententia: nosque tibi credentes, audacter importunis disputatoribus respondeamus. *Pro.* Quidnam? *So.* Duas arithmeticas esse ac duas metiendi artes, aliasque facultates harum comites plurimas, geminationem habentes huiusmodi, & in nomine uno communicantes. *Pro.* Demus secunda fortuna his, quos importunos vocasti, responsionem hanc, o Socrates. *So.* Has igitur scientias quam maxime sinceras atque supremas asseveramus? *Pro.* Omnino. *So.* Verumtamen, o Protarche, nos differendi facultas ipsa facere non patiatur, si quam aliam ipsi praeferemus. *Pro.* Quam vero hanc dicere decet? *So.* Eam,

τὸ ὂν καὶ τὸ ὄντως, καὶ τὸ κατὰ ταυτὸν ἀεὶ πεφυκὸς, πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας, ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν προσήρτηται, μακρῷ ἀληθεστάτην εἶναι γνῶσιν. σὺ δὲ τί πῶς, ὦ Πρώταρχε, διακρίνοις ἄν; ΠΡΩ. Ἤκουον μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἑκάστοτε Γοργίου πολλάκις, ὡς ἡ τοῦ πείθειν πολὺ διαφέροι πασῶν τεχνῶν. πάντα γὰρ ὑφ' αὑτῇ δοῦλα δι' ἑκόν-
b. των, ἀλλ' οὐ διὰ βίας, ποιοῖτο, καὶ μακρῷ πασῶν ἀρίστη εἴη τῶν τεχνῶν. νῦν δ' οὔτε σοὶ, οὔτε δὴ ἐκείνῳ βουλοίμην ἂν ἐναντία τίθεσθαι. ΣΩ. Τὰ ὅπλα μοι δοκεῖς βουληθεὶς εἰπεῖν, αἰσχυνθεὶς ἀπολιπεῖν. ΠΡΩ. Ἔξω νῦν ταῦτα ταύτῃ, ὅπῃ σοι δοκεῖ. ΣΩ. Ἆρ' οὖν αἴτιος ἐγὼ τοῦ μὴ καλῶς ὑπολαβεῖν σε; ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Οὐκ, ὦ φίλε Πρώταρχε, τοῦτο ἔγωγε ἐζήτουν πω, τίς τέχνη ἢ τίς ἐπιστήμη πασῶν διαφέρει, τῷ μεγίστῃ
c. καὶ ἀρίστῃ καὶ πλεῖστα ὠφελοῦσα ἡμᾶς· ἀλλὰ τίς ποτε τὸ σαφὲς καὶ τὸ ἀκριβὲς καὶ τὸ ἀληθέστατον ἐπισκοπεῖ, κἂν εἰ σμικρὰ καὶ μὴ σμικρὰ ὠνίνασα. τοῦτ' ἔστιν ὃ νῦν δὴ ζητοῦμεν. ἀλλ' ὅρα· οὐδὲ γὰρ ἀπεχθήσῃ Γοργίᾳ, τῇ μὲν ἐκείνου ὑπάρ-

quae omnem modo inductam peritiam noscit. hanc enim, cum circa id quod est, & vere est, & semper eodem modo se habet, versetur, arbitror omnes quibus modo aliquid sanae mentis adsit, longe omnium verissimam cognitionem esse protinus concessuros. Tu vero, o Protarche, quid sentis? *Pro.* Gorgiam saepe audivi, cum diceret, persuadendi facultatem artibus cunctis praecellere: quippe quae constat non vi, sed sponte sibi subiiciat; longeque omnium artium optima sit. Nunc vero nec tibi nec illi adversari velim. *So.* Arma mihi videris dicere voluisse, verum pudore adductus praetermisisse. *Pro.* Sunto haec, ut lubet. *So.* Egone in causa sum, ut minus bene acceperis? *Pro.* Quid? *So.* Non ego, o amice Protarche, quae ars aut scientia omnibus eo antecellat, quod maxima potissimaque & utilissima omnium sit, ex te quaesivi: sed quae perspicuum, sincerum, verissimum contempletur, quamvis parva sit ac minime utilis. hoc profecto est, quod modo quaerimus. At vide. nihil enim Gorgiam offendes, si eius arti utilitatis

χειν τέχνη διδοὺς πρὸς χρείαν τοῖς ἀνθρώποις κρατεῖν· ἣ δ' εἶπον νῦν ἐγὼ πραγματείᾳ, καθάπερ τοῦ λευκοῦ πέρι τότε ἔλεγον, κἂν εἰ σμικρὸν, καθαρὸν δὲ εἴη, τοῦ πολλοῦ καὶ μὴ d. τοιούτου διαφέρειν, τούτῳ γ' αὐτῷ τῷ ἀληθεςάτῳ. καὶ νῦν δὴ σφόδρα διανοηθέντες, καὶ ἱκανῶς διαλογισάμενοι, μήτ' εἴς τινας ὠφελείας ἐπιςημῶν βλέψαντες, μήτέ τινας εὐδοκιμίας, ἀλλ' εἴτις πέφυκε τῆς ψυχῆς ἡμῶν δύναμις ἐρᾶν τε τοῦ ἀληθοῦς, καὶ πάντα ἕνεκα τούτου πράττειν· ταύτην εἴπωμεν, διεξερευνησάμενοι τὸ καθαρὸν νοῦ τε καὶ φρονήσεως, εἰ ταύτην μάλιςα ἐκ τῶν εἰκότων κεκτῆσθαι φαῖμεν ἄν, ἢ τινα ἑτέραν ταύτης κυριωτέραν ἡμῖν ζητητέον. ΠΡΩ. Ἀλλὰ σκο- e. πῶ· καὶ χαλεπὸν, οἶμαι, συγχωρῆσαι, τινὰ ἄλλην ἐπιςήμην ἢ τέχνην τῆς ἀληθείας ἀντέχεσθαι μᾶλλον ἢ ταύτην. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐννοήσας, τὸ τοιόνδε εἴρηκας, ὃ λέγεις νῦν, ὡς αἱ πολλαὶ τέχναι καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πεπόνηνται, πρῶτον μὲν δόξαις χρῶνται, καὶ τὰ περὶ δόξας ζητοῦσι ξυντεταγμένως; p. εἴτε καὶ περὶ φύσεως ἡγεῖταί τις ζητεῖν, οἴσθ' ὅτι τὰ περὶ τὸν 59 a.

laudem praestantiamque concedas, ei vero, quam ipse modo narravi, facultati veritatis praecellentiam tribuas: quemadmodum supra de albo dixeram, quod licet parvum, si tamen purum esset, multo impuroque secundum veritatis excessum praestaret. Et nunc quidem adhibita vehementi meditatione, & satis commoda disputatione confecta, ne respiciamus in ulla disciplinarum vel commendationes vel commoda: sed si qua ex natura sua vis animi veritatis est amans, eiusque gratia cuncta peragit, hanc dicamus, puritate mentis & sapientiae perscrutati, considerandam, a differendine scientia maxime, an ab alia potius hac praestantiore acquiri videatur. *Pro.* Consido equidem, concedoque, difficile inveniri posse aliam vel artem vel scientiam, quae sibi magis vindicet veritatem. *So.* Numquid tale quiddam cogitans, haec modo dixisti? quod videlicet artes multae, & quaecunque circa haec versantur, primo quidem opinionibus utuntur, & quae circa opiniones consistunt, ex instituto perquirunt: sive etiam quae ad naturam

κόσμον τόνδε ὅπη γέγονε, καὶ ὅπη πάσχει τι καὶ ὅπη ποιεῖ, ταῦτα ζητεῖ διὰ βίου; φαῖμεν ἂν ταῦτα; ἢ πῶς; ΠΡΩ. Οὕτω. ΣΩ. Οὐκοῦν οὐ περὶ τὰ ὄντα αἰεὶ, περὶ δὲ τὰ γιγνόμενα καὶ γενησόμενα καὶ γεγονότα ἡμῶν ὁ τοιοῦτος ἀνήρηται τὸν πόνον. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Τούτων οὖν τί σαφὲς
b. ἂν φαῖμεν τῇ ἀκριβεστάτῃ ἀληθείᾳ γίγνεσθαι; ὧν μήτε ἔσχε μηδὲν πώποτε κατὰ ταυτὰ, μήθ' ἕξει, μήτε εἰς τὸ νῦν παρὸν ἔχει; ΠΡΩ. Καὶ πῶς; ΣΩ. Περὶ οὖν τὰ μὴ κεκτημένα βεβαιότητα μηδ' ἡντινοῦν, πῶς ἂν ποτε βέβαιον γίγνοιθ' ἡμῖν καὶ ὁτιοῦν; ΠΡΩ. Οἶμαι μὲν οὐδαμῶς. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα νοῦς, οὐδέ τις ἐπιστήμη περὶ αὐτά ἐστι τὸ ἀληθέστατον ἔχουσα. ΠΡΩ. Οὐκοῦν εἰκός γε. ΣΩ. Τὸν μὲν δὴ σὲ καὶ ἐμὲ καὶ Γοργίαν καὶ Φίληβον χρὴ συχνὰ χαίρειν ἐᾶν, τόδε δὲ διαμαρτύρα-
c. σθαι τῷ λόγῳ. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ὡς ἡ περὶ ἐκεῖνα ἕξις ἡμῖν τό, τε βέβαιον καὶ τὸ καθαρὸν, καὶ ἀληθὲς, καὶ ὃ δὴ λέγομεν εἰλικρινὲς, περὶ τὸ ἀεὶ καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἀμικτότατα ἔχον, ἡ δεύτερος ἐκείνων, ὅτι μάλιστα ἐστὶ ξυγ-

spectant, indaganda quis putet, puta quod quae circa mundum sunt, quomodo videlicet factus sit, quomodo patiatur, quomodo agat, per omnem vitam scrutatur. fatemur haec, an non? *Pro.* Utique. *So.* Nec circa ea, quae semper exsistunt, sed quae sunt, eruntque & fuerunt, hic versatur. *Pro.* Vera loqueris. *So.* Num ex iis, quae nunquam aut in praeterito, aut futuro, aut praesenti eodem modo se habent, aliquid exactissima veritate perspicuum esse dicemus? *Pro.* Non licet. *So.* Etenim in iis, quae nullam prorsus stabilitatem habent, quo pacto nos stabile quidquam assequeremur? *Pro.* Nulla, ut arbitror, ratione. *So.* Neque mens igitur, neque scientia ulla circa ista est, veritatem supremam habens. *Pro.* Consentaneum. *So.* Te igitur, & me, & Gorgiam, atque Philebum, valere sinamus: hoc autem ratione nunc asseramus. *Pro.* Quid istud? *So.* Quod illa nobis facultas firmitatem, puritatem, veritatem, sinceritatem continet, quae circa ea, quae semper eodem modo & simplicissima sunt, studet: aut quod secundo loco quam maxime

γενές· τὰ δ' ἄλλα πάντα δεύτερά τε καὶ ὕστερα λεκτέον. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΣΩ. Τὰ δὴ τῶν ὀνομάτων περὶ τὰ τοιαῦτα κάλλιστα ἆρ' οὐ τοῖς καλλίστοις δικαιότατον ἀπονέμειν; ΠΡΩ. Εἰκός γε. ΣΩ. Οὐκοῦν νοῦς ἐστι καὶ φρόνησις ἃ γ' ἂν τις τιμήσειε μάλιστα ὀνόματα; ΠΡΩ. Ναί. ΣΩ. Ταῦτ' ἄρα ἐν ταῖς περὶ τὸ ὂν ὄντως ἐννοίαις ἐστὶν ἀπηκριβωμένα ὀρθῶς κείμενα καλεῖσθαι. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ μὴν ἄγε εἰς τὴν κρίσιν ἐγὼ τότε παρεσχόμην, οὐκ ἄλλ' ἐστὶν ἢ ταῦτα τὰ ὀνόματα. ΠΡΩ. Τί μήν, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Εἶεν. τὸ μὲν δὴ φρονήσεώς τε καὶ ἡδονῆς πέρι πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν εἴτις φαίη καθαπερεὶ δημιουργοῖς ἡμῖν, ἐξ ὧν ἢ ἐν οἷς δὴ δημιουργεῖν τι παρακεῖσθαι, καλῶς ἂν τῷ λόγῳ ἀπεικάζοι. ΠΡΩ. Καὶ μάλα. ΣΩ. Τὸ δὴ μετὰ ταῦτα ἆρ' οὐ μιγνύναι ἐπιχειρητέον; ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Οὐκοῦν τάδε προειποῦσι καὶ ἀναμνήσασιν ἡμᾶς αὐτοὺς ὀρθότερον ἂν ἔχοι. ΠΡΩ. Τὰ ποῖα; ΣΩ. Ἃ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν. εὖ δ' ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ, δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν. ΠΡΩ. Τί μήν; ΣΩ. Φέρε δὴ πρὸς Διός. οἶμαι

d. e. p. 60 a.

illis proximum. reliqua omnia ſecunda & poſteriora dicenda. *Pro.* Vera nimium. *So.* Atqui illa nomina, quae circa talia quaedam pulcherrima omnium ſunt, an non rebus quoque pulcherrimis aſſignanda? *Pro.* Par eſt. *So.* Mens & ſapientia nomina ſunt omnium pretioſiſſima? *Pro.* Sunt. *So.* Haec igitur intelligentiis eius, quod vere eſt, exactiſſima ratione perfecta atque tributa recte utique accommodantur. *Pro.* Prorſus. *So.* At quae ipſe in iudicium ſupra produxi, non alia ſunt quam haec nomina. *Pro.* Haud alia. *So.* Ceterum ſi quis mixtionem voluptatis & ſapientiae nobis velut opificibus propoſitam dicat, ut quaeramus, ex quibus & in quibus confletur, recte coniiciet, arbitror. *Pro.* Et maxime quidem. *So.* Itaque deinceps miſcere conandum. *Pro.* Conandum plane. *So.* Nonne haec prius dicere, & in memoriam revocare praeſtabit? *Pro.* Quae? *So.* Quae & antea memoravimus. praeclarum nempe proverbium illud, quo dicitur, quae pulchra ſunt, & bis & ter repetenda

γὰρ οὐτωσί πως τὰ τότε λεχθέντα ῥηθῆναι. ΠΡΩ. Πῶς; ΣΩ. Φίληβος φησὶ τὴν ἡδονὴν σκοπὸν ὀρθὸν πᾶσι ζώοις γεγονέναι, καὶ δεῖν πάντας τούτου ἐφίεσθαι· καὶ δὴ καὶ τἀγαθὸν τοῦτ' αὐτὸ εἶναι ξύμπασι, καὶ δύο ὀνόματα, ἀγαθὸν καὶ ἡδύ, ἑνί τινι καὶ φύσει μιᾷ τοῦτο ὀρθῶς τεθὲν ἔχειν. Σωκράτης δὲ
b. πρῶτον μὲν οὐ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ καθάπερ τὰ ὀνόματα, καὶ τότε τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ διάφορον ἀλλήλων φύσιν ἔχειν· μᾶλλον δὲ μετέχον εἶναι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας τὴν φρόνησιν ἢ τὴν ἡδονήν. οὐ ταῦτ' ἐστί τε καὶ ἦν τὰ τότε λεγόμενα, ὦ Πρώταρχε; ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τόδε καὶ τότε καὶ νῦν ἡμῖν ἂν ξυνομολογοῖτο. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Τὴν τἀγαθοῦ διαφέρειν φύσιν τῷδε μᾶλλον τῶν
c. ἄλλων. ΠΡΩ. Τίνι; ΣΩ. Ὧ παρεὶς τοῦτ' αἰεὶ τῶν ζώων διὰ τέλους πάντως καὶ πάντη, μηδενὸς ἑτέρου ποτὲ ἔτι προσδεῖσθαι, τὸ δὲ ἱκανὸν τελεώτατον ἔχειν. οὐχ οὕτως; ΠΡΩ. Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ λόγῳ ἐπειράθημεν χωρὶς ἑκάτερον ἑκατέρου θέντες εἰς τὸν βίον ἑκάσων, ἄμικτον μὲν ἡδο-

esse. *Pro.* Quidni? *So.* Age igitur per Iovem. sic enim existimo superiora dicta fuisse. *Pro.* Quomodo? *So.* Philebus voluptatem inquit finem rectum cunctis animalibus esse, omniaque ad eam intendere oportere, atque id bonum ipsum universis exsistere: praeterea duo haec nomina, bonum & iucundum, eidem naturae congruere. Socrates autem primum id minime esse inquit: utque duo nomina sunt, bonum atque iucundum, duas etiam differentes esse naturas. quin etiam sapientiam magis, quam voluptatem, boni participem esse. Nonne haec, o Protarche, sunt quae dicebantur? *Pro.* Maxime. *So.* Hoc quoque & tunc & in praesentia nonne confitendum erit? *Pro.* Quale? *So.* Ipsius boni naturam hoc praecipue ab aliis discrepare. *Pro.* Quonam? *So.* Quod cui hoc adest ex viventibus semper & omnino & undique, id nullo alio indiget, perfectamque sufficientiam continet. itane? *Pro.* Ita prorsus. *So.* An non ratione ipsa conati sumus, alterum ab altero separantes, voluptatem a sapientia, sapientiam a voluptate, sic ut altera alterius

μὴν Φρονήσει, Φρόνησιν δὲ ἡδονῆς ὡσαύτως μηδὲ τὸ σμικρότατον ἔχουσαν. ΠΡΩ. Ἦν ταῦτα. ΣΩ. Μῶν οὖν ἡμῖν αὐτῶν τότε πότερον ἱκανὸν ἔδοξεν εἶναί τῳ; ΠΡΩ. Καὶ πῶς; ΣΩ. d. Εἰ δέ γε παρηνέχθημέν τι τότε, νῦν ὀστισοῦν ἐπαναλαβὼν ὀρθότερον εἰπάτω· μνήμην, καὶ ἐπιξήμην, καὶ φρόνησιν, καὶ ἀληθῆ δόξαν τῆς αὐτῆς ἰδέας τιθέμενος, καὶ σκοπῶν εἴτις ἄνευ τούτων δέξαιτ' ἂν οἳ καὶ ὁτιοῦν εἶναι ἢ καὶ γίγνεσθαι, μὴ ὅτι δή γε ἡδονὴν, εἴθ' ὡς πλείστην, εἴθ' ὡς σφοδροτάτην· ἢ μήτε ἀληθῶς δοξάζοι χαίρειν, μήτε τοπαράπαν γιγνώσκοι τί ποτε πέπονθε πάθος· μήτ' αὖ μνήμην τοῦ πάθους μηδ' ὁντινοῦν χρό- e. νον ἔχοι. ταῦτα δὲ λέγε καὶ περὶ φρονήσεως, εἴτις ἄνευ πάσης ἡδονῆς καὶ τῆς βραχυτάτης δέξαιτ' ἂν φρόνησιν ἔχειν μᾶλλον, ἢ μετά τινων ἡδονῶν, ἢ πάσας ἡδονὰς χωρὶς φρονήσεως μᾶλλον ἢ μετὰ φρονήσεως αὖ τινος. ΠΡΩ. Οὐκ ἔστιν, ὦ Σώκρατες. ἀλλ' οὐδὲν δεῖ ταῦτά γε πολλάκις ἐπερωτᾶν. ΣΩ. Οὐκοῦν τό γε τέλεον, καὶ πᾶσιν αἱρετὸν, καὶ τὸ παντάπασιν p. ἀγαθὸν, οὐδέτερον ἂν τούτων εἴη. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν; ΣΩ. 61 a.

ne minimum quidem participet, sic in vitam cuiusque respicere? *Pro.* Certe. *So.* Visumne tunc alterutrum ex his sufficiens esse? *Pro.* Et cui videatur? *So.* Quod si quis forte tunc praetervectus est, nunc resumens rectius asseveret: & cum memoriam, scientiam, sapientiam, veram opinionem eiusdem ideae ponat, consideret utrum absque his aliquis, vel se, vel alium aut esse quidquam, aut quidquam fieri exoptet, nedum ut voluptatem seu plurimam, seu vehementissimam, sine iis eligere debeat. Siquidem his privatus neque revera gaudere se opinabitur, neque qua conditione affectus sit, ullo modo noscet, neque affectus ipsius memoriam per tempus aliquod reservabit. Eadem quoque de sapientia dicas: Num quispiam procul ab omni, etiam minima, voluptate sapientiam adipisci, quam cum voluptatibus quibusdam malit: aut voluptates omnes sine sapientia potius, quam cum sapientia quadam? *Pro.* Nullus, o Socrates. verum nihil opus est haec saepius percontari. *So.* Quapropter horum neutrum perfectum, & omnibus expeten-

Τὸ τοίνυν ἀγαθὸν ἤτοι σαφῶς, ἢ καί τινα τύπον αὐτοῦ ληπτέον ἴν', ὅπερ ἐλέγομεν, δευτερεῖα ὅτῳ δώσομεν, ἔχωμεν. ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁδὸν μέν τινα ἐπὶ τἀγαθὸν εἰλήφαμεν. ΠΡΩ. Τίνα; ΣΩ. Καθάπερ εἴτις τινὰ
b ἄνθρωπον ζητῶν, τὴν οἴκησιν πρῶτον ὀρθῶς, ἵνα οἰκεῖ, πύθοιτο αὐτοῦ, μέγα τὶ δήπου πρὸς τὴν εὕρεσιν ἂν ἔχοι τοῦ ζητουμένου. ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Καὶ νῦν δή τις λόγος ἐμήνυσεν ἡμῖν, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς, μὴ ζητεῖν ἐν τῷ ἀμίκτῳ βίῳ τἀγαθὸν, ἀλλ' ἐν τῷ μικτῷ. ΠΡΩ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐλπὶς μὴν πλείων ἐν τῷ μιχθέντι καλῶς τὸ ζητούμενον ἔσεσθαι φανερώτερον, ἢ ἐν τῷ μή; ΠΡΩ. Πολύ γε. ΣΩ. Τοῖς δὴ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχόμενοι κερανυύωμεν, εἴτε Διόνυσος, εἴτε
c Ἥφαιστος, εἴθ' ὅστις θεῶν ταύτην τὴν τιμὴν εἴληχε τῆς συγκράσεως. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ μὴν, καθάπερ ἡμῖν οἰνοχόοις τισὶ παρεσῶσι κρῆναι, μέλιτος μὲν ἂν ἀπεικάζοι τις τὴν τῆς ἡδονῆς, τὴν δὲ τῆς φρονήσεως, νηφαντικὴν καὶ ἄοινον, αὐσηροῦ καὶ ὑγιεινοῦ τινος ὕδατος· ἃς προθυμητέον ὡς κάλ-

dum, ac penitus bonum. *Pro.* Neutrum. *So.* Aut igitur bonum ipſum perſpicue, aut figuram eius aliquam ſumere decet: ut, quemadmodum diximus, cui potiſſimum ſecundae partes tribuendae ſint, videamus. *Pro.* Scite admodum loqueris. *So.* An non ſemitam ad bonum ipſum quandam ingreſſi ſumus? *Pro.* Quam? *So.* Si quis hominem aliquem quaerens, domum quam inhabitat, primum cognorit, adminiculum ſane ad eum inveniendum ingens habebit. *Pro.* Quidni? *So.* Ita & nos praeſens atque ſuperior ratio monuit, ne in ſimplici vita, ſed mixta, bonum ipſum indagaremus. *Pro.* Omnino. *So.* Itaque ſpes certior, in eo quod pulchre mixtum, quam in oppoſito, nos quod quaerimus reperturos. *Pro.* Certior ſane. *So.* Miſceamus igitur, o Protarche, diis ante voventes, ſive Dionyſus, ſive Vulcanus, ſive alius quispiam deorum ſortitus eſt mixtionis officium. *Pro.* Ita prorſus agendum. *So.* Atqui nobis, tanquam vinum miſcentibus quibusdam, fontes adſtant. & melli quidem, voluptatis ſontem comparare quis poteſt: verum ſapientiae fontem, ſo-

λιςα συμμιγνύναι. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Φέρε δὴ πρότερον. ἆρα πᾶσαν ἡδονὴν πάσῃ φρονήσει μιγνύντες, τοῦ καλῶς d.
ἂν μάλιςα ἐπιτύχοιμεν; ΠΡΩ. Ἴσως. ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἀσφαλές. ἦ δὲ ἀκινδυνότερον ἂν μιγνύοιμεν, δόξαν μοὶ δοκῶ τινὰ ἀποφήνασθαι ἄν. ΠΡΩ. Λέγε τίνα. ΣΩ. Ἣν ἡμῖν ἡδονή τε ἀληθῶς, ὡς οἰόμεθα, μᾶλλον ἑτέρας ἄλλη, καὶ δὴ τέχνη τέχνης ἀκριβεξέρα; ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Καὶ ἐπιςήμη δὴ ἐπιςήμης διάφορος· ἡ μὲν, ἐπὶ τὰ γιγνόμενα καὶ ἀπολλύμενα ἀποβλέπουσα, ἡ δὲ, ἐπὶ τὰ μήτε γιγνόμενα, μήτε e.
ἀπολλύμενα, κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ ὡσαύτως ὄντα ἀεί. ταύτην, εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπούμενοι, ἡγησάμεθα ἐκείνης ἀληθεξέραν εἶναι. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ τἀληθέξατα τμήματα ἑκατέρας ἰδοιμεν πρῶτον ξυμμίξαντες, ἆρα ἱκανὰ ταῦτα ξυγκεκραμένα τὸν ἀγαπητότατον βίον ἀπεργασάμενα παρέχειν ἡμῖν; ἢ τινος ἔτι προσδεόμεθα καὶ τῶν μὴ τοιούτων; ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ δρᾷν οὕτω. ΣΩ. P. 62
Ἔχω δή τις ἡμῖν φρονῶν ἄνθρωπος αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, a.

brium & vini expertem, aquae cuipiam acri, atque etiam ſaluberrimae. hos ergo liquores quam pulcherrime in unum confundere ſtudeamus. *Pro.* Studendum certe. *So.* Dic age primum: ſi omnem voluptatem cum omni ſapientia miſceamus, num pulchre iunxerimus? *Pro.* Forſitan. *So.* Verum id minime tutum. quo tamen pacto ſecurius miſceamus, me nunc declaraturum confido. *Pro.* Dic quomodo. *So.* Patuitne in ſuperioribus, aliam voluptatem alia, rurſusque ſcientiam aliam alia ſinceriorem eſſe? *Pro.* Patuit plane. *So.* Scientia quoque a ſcientia differens: & altera quidem circa illa quae oriuntur & occidunt; altera circa ea quae neque fiunt, neque intereunt, ſemperque ſecundum eadem eodem modo ſe habent. Atque hanc, ad veritatem ipſam reſpicientes, illa veriorem eſſe putabamus. *Pro.* Recte admodum. *So.* Si utriuſque portiones veriſſimas invicem primum commiſceamus, numquid iſtarum mixtio ſufficiens erit ad vitam nobis optabiliſſimam exhibendam? aut alio praeterea quodam, & non talibus, egebimus? *Pro.* Mihi quidem videtur ſic

ὅ, τι ἐστὶ, καὶ λόγον ἔχων ἑπόμενον τῷ νοεῖν· καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ὄντων ὡσαύτως διανοούμενος. ΠΡΩ. Ἔχω γὰρ οὖν. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος ἱκανῶς ἐπιστήμης ἕξει, κύκλου μὲν καὶ σφαίρας αὐτῆς τῆς θείας τὸν λόγον ἔχων, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ταύτην σφαῖραν καὶ τοὺς κύκλους τούτους
b. ἀγνοῶν, καὶ χρώμενος ἐν οἰκοδομίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως κανόσι καὶ τοῖς κύκλοις; ΠΡΩ. Γελοίαν διάθεσιν ἡμῶν, ὦ Σώκρατες, ἐν ταῖς θείαις οὖσαν μόνον ἐπιστήμαις λέγομεν. ΣΩ. Πῶς φῄς; ἢ τοῦ ψευδοῦς κανόνος ἅμα καὶ τοῦ κύκλου τὴν οὐ βέβαιον οὐδὲ καθαρὰν τέχνην ἐμβλητέον κοινῇ, καὶ συγκρατέον; ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον γὰρ, εἰ μέλλει τις ἡμῶν καὶ τὴν ὁδὸν ἑκάστοτε ἐξευρήσειν οἰκαδε. ΣΩ. Ἡ καὶ μουσικήν; ἣν
c. ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφαμεν, στοχάσεώς τε καὶ μιμήσεως μεστὴν οὖσαν, καθαρότητος ἐνδεῖν; ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον φαίνεται ἔμοιγε, εἴπέρ γε ἡμῶν ὁ βίος ἔσαι καὶ ὁπωσοῦν ποτὲ βίος. ΣΩ. Βούλει δῆτα, ὥσπερ θυρωρὸς ὑπ' ὄχλου τινὸς ὠθούμενος καὶ βιαζόμενος, ἠττηθεὶς, ἀναπετάσας τὰς θύρας, ἀφῶ πά-

agendum. *So.* Esto igitur nobis vir quidam sapiens, qui norit quid ipsa iustitia sit, rationemque intelligentiae comitem habeat, nec non reliqua cuncta, quaecunque sunt, similiter calleat. *Pro.* Esto sane. *So.* Num hic sufficienti scientia praeditus erit, si circuli & sphaerae ipsius divinae rationem teneat, humanam vero hanc sphaeram & hos circulos prorsus ignoret, dum in architectura similibusque operibus, canonibus, id est, regulis circulisque utetur? *Pro.* Ridicula erit, o Socrates, cognitio nostra, si in divinis dumtaxat versetur. *Pro.* Quid ais? num falsi canonis atque circuli impuram & instabilem artem, in commune inferere & immiscere debemus? *Pro.* Necessarium hoc est, si modo quis nostrum vel viam, quae ducat domum, repertus sit. *So.* An vero & musicam, quam paulo ante diximus coniecturis imitationeque plenam, a puritate procul abesse? *Pro.* Necessarium id quoque: si quidem vita nostra, aliquando vita futura sit. *So.* Vis ergo, ut, tanquam ianitor turba pulsus atque coactus, ego nunc fores pandam, scientiasque omnes

σας τὰς ἐπιστήμας εἰσρεῖν, καὶ μίγνυσθαι ὁμοῦ καθαρᾷ τὴν d.
ἐνδεεστέραν; ΠΡΩ. Οὔκουν ἔγωγε οἶδα, ὦ Σώκρατες, ὅ, τι
τὶς ἂν βλάπτοιτο, πάσας λαβὼν τὰς ἄλλας, ἐπιστήμας ἔχων
τὰς πρώτας. ΣΩ. Μεθίω δὴ τὰς ξυμπάσας ῥεῖν εἰς τὴν
τῆς Ὁμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας ὑποδοχήν.
ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν· μεθεῖνται. ΣΩ. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν
ἡδονῶν πηγὴν ἰτέον. ὡς γὰρ διενοήθημεν αὐτὰς μιγνύναι, τὰ
τῶν ἀληθῶν μόρια πρῶτον οὐκ ἐξεγενήθη ἡμῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ
πᾶσαν ἀγαπᾶν ἐπιστήμην, εἰς ταυτὸν μεθεῖμεν ἀθρόας καὶ e.
πρόσθεν τῶν ἡδονῶν. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΣΩ. Ὥρα
δὴ βουλεύεσθαι νῶϊν καὶ περὶ τῶν ἡδονῶν, πότερα καὶ ταύ-
τας πάσας ἀθρόας ἀφετέον, ἢ καὶ τούτων πρώτας μεθετέον
ἡμῖν ὅσαι ἀληθεῖς. ΠΡΩ. Πολύ γε διαφέρει πρός γε ἀσφά-
λειαν πρώτας τὰς ἀληθεῖς ἀφεῖναι. ΣΩ. Μεθείσθων δή. τί δὲ
μετὰ ταῦτα; ἆρ' οὐκ εἰ μέν τινες ἀναγκαῖαι, καθάπερ ἐκεῖ,
συμμικτέον καὶ ταύτας; ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; τάς γε ἀναγκαίας
δήπουθεν. ΣΩ. Εἰ δέ γε καὶ καθάπερ τὰς τέχνας πάσας

confluere iam & confundi ſinam, cum pura paſſim deteriorem? *Pro.* Haud ſcio, o Socrates, num quis a ſcientiis aliis laedatur, qui primas habet. *So.* Permitto iam, cunctas in Homericae mixtionis velut convallem quandam, eamque valde poëticam, confluere. *Pro.* Fluant. *So.* Rurſus ad voluptatum fontem proficiſcendum videtur. quando enim ipſas miſcere cogitavimus, non quidem inter eas verae quaedam enatae nobis ſunt: ſed propter ſcientiae totius amorem in idem concurrere ſcientias univerſas permiſimus, prius quam voluptates. *Pro.* Vera loqueris. *So.* Eſt igitur tempus, ut de voluptatibus etiam conſultemus, utrum & ipſae contentae omnes, an primae dumtaxat, ac verae ſint admittendae. *Pro.* Permultum ad ſecuritatem intereſt, primas verasque admittere. *So.* Harum ergo commercium admittatur. at quid deinceps? ſi quae neceſſariae ſunt, num, quemadmodum & iſtic, haec quoque in mixtionem ſunt accipiendae? *Pro.* Quid prohibet? neceſſariae nimirum. *So.* Si autem, quemadmodum artes omnes noſſe

p. ἀβλαβές τε καὶ ὠφέλιμον ἦν ἐπίσκεσθαι διὰ βίου, καὶ νῦν δὴ
63 ταυτὰ λέγωμεν περὶ τῶν ἡδονῶν· εἴπερ πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι
a. διὰ βίου, συμφέρον τε ἡμῖν ἐστι καὶ ἀβλαβὲς ἅπασι, πάσας
ξυγκρατέον. ΠΡΩ. Πῶς οὖν δὴ περὶ αὐτῶν τούτων λέγωμεν;
καὶ πῶς ποιῶμεν; ΣΩ. Οὐχ ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, διερωτᾶν
χρὴ, τὰς ἡδονὰς δὲ αὐτὰς καὶ τὰς φρονήσεις, διαπυνθανο-
b. μένους τὸ τοιόνδε ἀλλήλων πέρι. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ὦ
φίλαι (εἴτε ἡδονὰς ὑμᾶς χρὴ προσαγορεύειν, εἴτε ἄλλῳ ὁτῳ-
οῦν ὀνόματι) μῶν οὐκ ἂν δέξαισθε οἰκεῖν μετὰ φρονήσεως
πάσης, ἢ χωρὶς τοῦ φρονεῖν; Οἶμαι μὲν πρὸς ταῦτα τόδ' αὐ-
τὰς ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ὅτι,
καθάπερ ἔμπροσθεν ἐρρήθη, τὸ μόνον καὶ ἔρημον εἰλικρινὲς
εἶναί τι γένος, οὔτε πάνυ τι δυνατὸν, οὔτ' ὠφέλιμον· πάντων
c. γε μὴν ἡγούμεθα γενῶν ἄριστον ἓν ἀνδ' ἑνὸς συνοικεῖν ἡμῖν,
τὸ τοῦ γιγνώσκειν τὰ ἄλλά τε πάντα, καὶ αὖ τὴν αὐτὴν
ἡμῶν, τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην. ΠΡΩ. Καὶ καλῶς γε εἰρή-
κατε τανῦν, φήσομεν. ΣΩ. Ὀρθῶς. πάλιν τοίνυν μετὰ τοῦτο
τὴν φρόνησιν καὶ τὸν νοῦν ἀνερωτητέον, ἆρ' ἡδονῶν τι προσ-

innocuum & utile in vita esse constitit, ita nunc de voluptatibus constet, videlicet quod omnibus frui innoxium & utile sit, forte erunt omnes omnibus immiscendae. quid ad haec? *Pro.* Qua ratione de his loquemur? & quomodo agemus? *So.* Non a nobis, Protarche, tale aliquid, sed ab ipsis voluptatibus & scientiis quaerendum. *Pro.* Quid istud? *So.* O amicae, (sive voluptates, sive alio quodam nomine appellare vos decet,) utrum eligitis cum omni sapientia congredi, an esse seorsum a sapientia? Reor equidem, hoc illas necessario responsuras. *Pro.* Quid? *So.* Quod, quemadmodum in superioribus dictum est, nec possibile neque utile est, genus aliquod purum, seorsum solitariumque esse. omnium vero generum optimum, si unum uni comparetur, nobis fore putamus genus ipsum, quo tum cetera omnia, tum etiam singulae nostrae vires perfectae noscuntur. *Pro.* Et recte quidem respondisse illas, merito confitebimur. *So.* Restat, ut mentem & sapientiam rogemus,

δεῖσθε ἐν τῇ ξυγκράσει; φαῖμεν ἄν· αὖ τὸν νοῦν τε καὶ τὴν φρόνησιν ἀνερωτῶντες, ποιων, φαῖμεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν; ΠΡΩ. Εἰκός. ΣΩ. Ὁ δέ γ' ἡμέτερος λόγος μετὰ τοῦτ' ἐξὶν d. ὁδε· πρὸς ταῖς ἀληθέσιν ἐκείναις ἡδοναῖς, φήσομεν, ἆρ' ἔτι προσδεῖσθ' ὑμῖν τὰς μεγίσας ἡδονὰς ξυνοίκους εἶναι καὶ τὰς σφοδροτάτας; καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; (ἴσως φαῖεν ἂν) αἵ γ' ἐμποδίσματά τε μυρία ἡμῖν ἔχουσι, τὰς ψυχὰς, ἐν αἷς οἰκοῦμεν, ταράττουσαι διὰ μανικὰς ἡδονάς· καὶ γίγνεσθαί τε ἡμᾶς τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐῶσι, τά τε γιγνόμενα ἡμῶν τέκνα, ὡστοπολὺ δι' ἀμέλειαν λήθην ἐμποιοῦσαι, παντάπασι διαe. φθείρουσιν. ἄλλας τε ἡδονὰς, ἀληθεῖς καὶ καθαρὰς, ἃς εἶπες σχεδὸν, οἰκείας ἡμῖν νόμιζε· καὶ πρὸς ταύτας, τὰς μεθ' ὑγιείας καὶ τοῦ σωφρονεῖν, καὶ δὴ καὶ ξυμπάσης ἀρετῆς· ὑπόσαι καθάπερ θεοῦ ὀπαδοὶ γιγνόμεναι, αὐτῇ ξυνακολουθοῦσι πάντη ταύτας μιγνύντας δ' αἰεὶ μετ' ἀφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης κακίας ἑπομένας, πολλή που ἀλογία τῷ νῷ μιγνύναι τὸν βουλόμενον ὁτικαλλίσην ἰδόντα καὶ ἀσασιαστοτάτην

cum ipsa mixtione quodammodo voluptatibus egere dicamus, qualibus praecipue voluptatibus egeant. *Pro.* Merito. *So.* Nostra vero posthac interrogatio talis erit: Utrum praeter illas veras voluptates vobis opus est vehementissimarum maximarumque voluptatum commercio? Forte sic illae respondebunt: Et quo pacto, o Socrates? hae namque impedimenta nobis innumerabilia praebent. animas siquidem, quas incolimus, voluptates furiosae perturbant, nec adolescere nos permittunt, nostrasque progenies ut plurimum per negligentiam oblivione illata omnino corrumpunt. Alias autem voluptates veras ac puras, quas ipse narrasti, ferme nobis domesticas arbitrare: ac praeter istas, illas insuper, quae cum sanitate & temperantia ceterisque virtutibus capiuntur. Has enim, quae virtutis, tanquam deae cuiusdam, pediſſequae sunt, libenter admittimus. quae vero cum dementia, & alia improbitate congrediuntur, eas menti miscere absurdum est, si quisquam pulcherrimam illam cernens concordemque mixtionem atque temperiem, in ea

p. μίξιν καὶ κρᾶσιν, μαθεῖν ἐν ταύτῃ πειρᾶσθαι, τί ποτε ἔν τε
64 a. ἀνθρώπῳ καὶ τῷ παντὶ πέφυκεν ἀγαθόν, καὶ τίνα ἰδέαν αὐτὴν εἶναί ποτε μαντευτέον. ἆρ' οὐκ ἐμφρόνως ταῦτα καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ μνήμης καὶ δόξης ὀρθῆς ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα; ΠΡΩ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἄλλως ἄν ποτε γένοιτο οὐδ' ἂν ἓν. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;
b. ΣΩ. Ὦ μὴ μίξομεν ἀλήθειαν, οὐκ ἄν ποτε τοῦτο ἀληθῶς γίγνοιτο, οὐδ' ἂν γενόμενον εἴη. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν; ΣΩ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' εἴτινος ἔτι προσδεῖ τῇ συγκράσει ταύτῃ, λέγετε σὺ καὶ Φίληβος. ἐμοὶ μὲν γὰρ καθαπερεὶ κόσμος τὶς ἀσώματος ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος, ὁ νοῦν λόγος ἀπειργάσθαι φαίνεται. ΠΡΩ. Καὶ ἐμοὶ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, οὕτω λέγε δεδόχθαι. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ
c. ἀγαθοῦ νῦν ἤδη προθύροις καὶ τῆς οἰκήσεως ἐφεζάναι τῆς τοῦ τοιούτου λέγοντες, ἴσως ὀρθὸν ἂν τινα τρόπον φαῖμεν; ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ. ΣΩ. Τί δῆτα ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἅμα καὶ μάλις' αἴτιον εἶναι δόξειεν ἂν ἡμῖν τοῦ πᾶσι γε-

perdiſcere, quid & in homine & in univerſo ſuapte natura bonum ſit, quaeve ipſius idea exſiſtat, divinare velit. An non ſapienter, & tanquam ſui compotem, mentem haec, & de ſe ipſa, & de memoria rectaque opinione reſpondere dicemus? *Pro.* Omnino quidem. *So.* Atqui & hoc neceſſarium eſt: nec unquam aliter fieri poſſet. *Pro.* Quid iſtud? *So.* Cui veritatem non miſcemus, nunquam id verum aut fieret aut factum eſſet. *Pro.* Quo enim modo? *So.* Nullo. verum ſi quid huic mixtioni ulterius deeſt, dicite tu & Philebus. mihi enim tanquam mundus quidam incorporeus, animato corpori pulchre dominaturus, ſermo hic peractus fuiſſe videtur. *Pro.* Mihi quoque, o Socrates, idem videri ſcito. *So.* Nonne ſi boni ipſius, ac talis quidem veſtibulum aedium nos nuper ingreſſos eſſe dicamus, forſitan recte quodam modo profitebimur? *Pro.* Mihi ſane videtur. *So.* Quid igitur in huiusmodi mixtione pretioſiſſimum, maximeque, cur conſtitutio haec omnibus gratiſſima ſit, nobis

γονέναι προσφιλῆ τὴν τοιαύτην διάθεσιν; τοῦτο γὰρ ἰδόντες, μετὰ τοῦτ' ἐπισκεψώμεθα, εἴθ' ἡδονῇ εἴτε νῷ προσφυές τε καὶ οἰκειότερον ἐν τῷ παντὶ συνέσηκεν. ΠΡΩ. Ὀρθῶς. τοῦτο γὰρ εἰς τὴν κρίσιν ἡμῖν ἐσὶ ξυμφορώτατον. ΣΩ. Καὶ μὴν ξυμπά- d.
σης γε μίξεως οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἡ παντὸς ἀξία γίγνεται ἠτισοῦν ἢ τοπαράπαν οὐδενός. ΠΡΩ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Οὐδείς πω τοῦτο ἀνθρώπων ἀγνοεῖ. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΠΡΩ. Ὅτι μέτρον καὶ τῆς ξυμμέτρου Φύσεως μὴ τυχοῦσα ἠτισοῦν καὶ ὁπωσοῦν ξύγκρασις πᾶσα, ἐξ ἀνάγκης ἀπόλλυσι τά τε κερανυύμενα καὶ πρώτην ἑαυτήν. οὐδὲ γὰρ κρᾶσις, ἀλλά τις ἄκρατος ξυμπεφορημένη ἀληθῶς ἡ τοιαύτη e.
γίγνεται ἑκάστοτε ὄντως τοῖς κεκτημένοις ξυμφορά. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Νῦν δὴ καταπέφευγεν ἡμᾶς ἡ τἀγαθοῦ δύναμις εἰς τὴν τοῦ καλοῦ Φύσιν. μετριότης γὰρ καὶ ξυμμετρία, κάλλος δήπου καὶ ἀρετὴ παντα χοῦ ξυμβαίνει γίγνεσθαι. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ μὴν ἀλήθειάν γε ἔφαμεν αὐτοῖς ἐν τῇ κράσει μεμίχθαι. ΠΡΩ. Πάνυ γε. ΣΩ.

in cauſa eſſe videtur? Si enim id noverimus, mox perpendemus, voluptatine an menti cognatum magis propiusque in univerſo conſiſtat. *Pro.* Scite. id enim ad diſceptationem noſtram maxime conferet. *So.* Atqui nequaquam inventu difficile eſt, quae cauſa ſit, ob quam mixtio quaeque vel plurimi vel minimi facienda ſit. *Pro.* Quo pacto inquis? *So.* Nullus hoc hominum ignorat. *Pro.* Quid hoc tandem? *So.* Quod quaecunque & qualiscunque mixtio expers vel menſurae eſt, vel naturae commenſurati, neceſſario omnia quae mixta ſunt, ſed & ſe ipſam primo perdit. neque enim temperies haec eſt, ſed quaedam intemperata congeſta vere talis ſit plerumque iis, qui re vera eam poſſident, calamitas. *Pro.* Vera loqueris. *So.* Nunc quidem nos ipſius boni potentia, in naturam pulchri ſe transferens, clam fugit. menſura enim commenſuratioque, pulchritudo plane ac virtus ubique ſit. *Pro.* Prorſus. *So.* Quin etiam veritatem diximus ipſis in ea temperie commiſceri. *Pro.* Omnino. *So.* Quod ſi bonum ipſum una idea conſequi non licet,

p. Οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ δυνάμεθα ἰδέᾳ τὸ ἀγαθὸν θηρεῦσαι, σὺν
65 τρισὶ λαβόντες, κάλλει καὶ συμμετρίᾳ καὶ ἀληθείᾳ, λέγω-
a. μεν ὡς τοῦτο οἷον ἓν ὀρθότατ' ἂν αἰτιασαίμεθ' ἄν τῶν ἐν τῇ
ξυμμίξει· καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἀγαθὸν ὄν, τοιαύτην αὐτὴν γε-
γονέναι. ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν. ΣΩ. Ἤδη τοίνυν, ὦ
Πρώταρχε, ἱκανὸς ἡμῖν γένοιτ' ἂν ὁστισοῦν κριτὴς ἡδονῆς τε
πέρι καὶ Φρονήσεως, ὁπότερον αὐτοῖν τοῦ ἀρίστου ξυγγενέστερόν
b. τε καὶ τιμιώτερον ἐν ἀνθρώποις τέ ἐστι καὶ θεοῖς. ΠΡΩ. Δῆλον
μέν· ὅμως δ' αὖ τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν βέλτιον. ΣΩ. Καθ' ἓν
ἕκαστον τοίνυν τῶν τριῶν πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν νοῦν κρίνω-
μεν. δεῖ γὰρ ἰδεῖν, ποτέρῳ μᾶλλον ξυγγενὲς ἕκαστον αὐτῶν ἀπο-
νεμοῦμεν. ΠΡΩ. Κάλλους καὶ ἀληθείας καὶ μετριότητος πέρι
λέγεις; ΣΩ. Ναί. πρῶτον δέ γε ἀληθείας λαβοῦ, ὦ Πρώταρ-
χε· καὶ λαβόμενος, βλέψας εἰς τρία, νοῦν καὶ ἀλήθειαν καὶ
c. ἡδονήν, πολὺν ἐπισχὼν χρόνον, ἀπόκριναι σαυτῷ, πότερον
ἡδονὴ ξυγγενέστερον, ἢ νοῦς, ἀληθείᾳ. ΠΡΩ. Τί δὲ χρόνου δεῖ;
πολὺ γάρ, οἶμαι, διαφέρετον. ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλα-

saltem una cum tribus, pulchritudine, commensuratione, veritate comprehendentes, dicamus id universum velut unum, causam eorum, quae in mixtione sunt, esse, & propter hoc, utputa quod bonum sit, mixtionem fieri talem. *Pro.* Recte nimium. *So.* Unusquisque iam, o Protarche, facile, arbitror, de sapientia & voluptate iudicarit, utra earum optimo isti cognatior, & praestans magis & apud homines & apud Deos esse contingat. *Pro.* Constat quidem: attamen ratione id quoque dicendo percurrere praestabit. *So.* Secundum quodlibet igitur horum trium, de voluptate & sapientia iudicemus. videndum enim, utri unumquodque trium cognatius asseramus. *Pro.* Num de pulchritudine, veritate, mensuraque loqueris? *So.* Certe. Primum igitur veritatem sume, Protarche, cumque sumseris, ad tria iam respice, mentem, veritatem, & voluptatem: & postquam diu mature consideraveris, tibi ipsi responde, utrum voluptas an mens veritati sit propinquior. *Pro.* Quid diuturna meditatione opus est? multum enim, ut arbitror differunt. Vo-

ζονέσατον. ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισαι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν· ὡς, καθάπερ παιδῶν, τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων. νοῦς δὲ ἤτοι ταυτὸν καὶ ἀλήθεια, ἐστὶν, ἢ πάντων ὁμοιότατόν τε καὶ ἀληθέστατον. ΣΩ. d. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο τὴν μετριότητα ὡς οὕτως σκέψαι· πότερον ἡδονὴ Φρονήσεως, ἢ Φρόνησις ἡδονῆς πλείω κέκτηται; ΠΡΩ. Εὐσκεπτόν γε καὶ ταύτην σκέψιν προβέβληκας. οἶμαι γὰρ, ἡδονῆς μὲν καὶ περιχαρείας οὐδὲν τῶν ὄντων πεφυκὸς ἀμετρότερον εὑρεῖν ἄν τινα· νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης ἐμμετρότερον οὐδ' ἂν ἕν ποτε. ΣΩ. Καλῶς εἴρηκας. ὅμως δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον· νοῦς ἡμῖν κάλλους μετείληφε πλεῖον ἢ τὸ τῆς ἡδονῆς e. γένος, ὥστε εἶναι καλλίω νοῦν ἡδονῆς; ἢ τοὐναντίον; ΠΡΩ. Ἆρ' οὖν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν, ὦ Σώκρατες, οὐδεὶς πώποτε οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ αἰσχρὸν οὔτε εἶδεν οὔτε ἐπενόησεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς, οὔτε γιγνόμενον, οὔτε ὄντα, οὔτε ἐσόμενον; ΣΩ. Ὀρθῶς. ΠΡΩ. Ἡδονὰς δέ γέ που, καὶ ταύτας σχεδὸν τὰς

luptas enim maxime omnium temeraria. fertur enim de venereis voluptatibus, quae ingentiſſimae omnium aeſtimantur, quod peierantibus illis, dii prorſus ignoſcunt, quaſi pueri quidam voluptates ſint, nullius intelligentiae compotes. Mens autem aut idem eſt quod veritas, aut omnium certe ſimillima atque veriſſima. *So.* An poſthac menſura illa moderatioque conſideranda reſtat, voluptasne an ſapientia eius ſit capacior? *Pro.* Id quoque, quod nunc infers, exploratu perfacile eſt. Reor equidem, nihil voluptate, eiusque exſultatione immoderatius inveniri poſſe: nihil contra, mente & ſcientia moderatius. *So.* Praeclare. verumtamen tertium quoque reſponde: Mensne pulchritudinis magis eſt particeps, an ipſa voluptas? quidve pulchrius? an mens voluptate, an contra? *Pro.* Mentem quidem & ſapientiam, o Socrates, nemo unquam aut revera, aut falſo, deformem vel vidit, vel aliquo pacto cogitavit, aut fuiſſe unquam, aut eſſe, aut deinde futuram. *So.* Recte. *Pro.* Si quem vero voluptatibus, praeſertim maximis, fruentem advertimus,

μεγίσας, ὅταν ἰδωμεν ἡδόμενον ὀντινοῦν, ἢ τὸ γελοῖον ἐπ'
p. αὐταῖς ἢ τὸ πάντων αἴσχιστον ἑπόμενον ὁρῶντες, αὐτοί τε
06 αἰσχυνόμεθα, καὶ ἀφανίζοντες κρύπτομεν ὀτιμάλιστα, νυκτὶ
a. πάντα τὰ τοιαῦτα διδόντες· ὡς φῶς οὐ δέον ὁρᾶν αὐτά. ΣΩ.
Πάντη δὴ φήσεις, ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων
καὶ παροῦσι φράζων, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον, οὐδ' αὖ
δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πη περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον
καὶ καίριον, καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐ-
διον εἰρῆσθαι φύσιν. ΠΡΩ. Φαίνεται οὖν ἐκ τῶν νῦν λεγο-
b. μένων. ΣΩ. Δεύτερον μὴν περὶ τὸ σύμμετρον καὶ καλὸν καὶ
τὸ τέλεον καὶ ἱκανὸν, καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς ταύτης αὖ
ἐστιν. ΠΡΩ. Ἔοικε γοῦν. ΣΩ. Τὸ τοίνυν τρίτον, ὡς ἡ ἐμὴ
μαντεία, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεῖς, οὐκ ἂν μέγα τι τῆς ἀλη-
θείας παρεξέλθοις. ΠΡΩ. Ἴσως. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τέταρτα,
ἃ τῆς ψυχῆς ἔθεμεν αὐτῆς, ἐπιςήμας τε καὶ τέχνας καὶ δό-
ξας ὀρθὰς λεχθείσας, ταῦτ' εἶναι τὰ πρὸς τοῖς τρισὶ τέταρ-
c. τα; εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ γέ ἐστι μᾶλλον ἢ τῆς ἡδονῆς ξυγγενῆ.
ΠΡΩ. Τάχ' ἄν. ΣΩ. Πέμπτας τοίνυν, ὡς ἡδονὰς ἔθεμεν,

vel quod ridiculae vel quod obſcoenae ſint, ipſi quidem erubeſcimus, atque celamus, noctis tenebris talia committentes, quaſi ſint diurni luminis indigna conſpectu. *So.* Cunctis igitur, o Protarche, & per nuntios & voce praeſenti declarato, quod voluptatis poſſeſſio neque primum eſt, neque ſecundum bonum: ſed primum circa menſuram & moderatum, & opportunum, & quaecunque talia ſempiternam quandam naturam ſortita eſſe putare decet. *Pro.* Apparet utique ex iis, quae modo ſunt dicta. *So.* Secundum deinde circa commenſuratum & pulchrum, perfectum atque ſufficiens, & quotcunque huius generis ſunt. *Pro.* Videtur. *So.* Tertium, ut ipſe vaticinor, ſi mentem ſapientiamque poſueris, haud procul a veritate diſcedes. *Pro.* Forte. *So.* Quarta vero ſunt, quae ipſius animae propria poſuimus, ſcientiae, & artes, opinionesque rectae: quae ideo tribus illis ſtatim ſuccedunt, quia bono ſunt quam voluptas cognatiora. *Pro.* Forſitan. *So.* Quinto loco pone voluptates

ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας, ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας. ΠΡΩ. Ἴσως. ΣΩ. Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς. ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει. τὸ δὴ μετὰ ταῦθ' ἡμῖν οὐδὲν λοι- d.
πὸν, πλὴν ὥσπερ κεφαλὴν ἀποδοῦναι τοῖς εἰρημένοις. ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή. ΣΩ. Ἴθι δὴ, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τὸν αὐτὸν διαμαρτυράμενοι λόγον ἐπεξέλθωμεν. ΠΡΩ. Ποῖον δή; ΣΩ. Φιλήβος τἀγαθὸν ἐτίθετο ἡμῖν ἡδονὴν εἶναι πᾶσαν καὶ παντελῆ. ΠΡΩ. Τὸ τρίτον, ὦ Σώκρατες, ὡς ἔοικας, ἔλεγες ἀρτίως τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναλαβεῖν δεῖν λόγον. ΣΩ. Ναί. τὸ δέ γε μετὰ τοῦτο ἀκούωμεν. ἐγὼ γὰρ δὴ κατιδὼν, ἅπερ νυνὶ διε- e.
λήλυθα, καὶ δυσχεράνας τὸν Φιλήβου λόγον οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλάκις μυρίων, εἶπον, ὡς ἡδονῆς γε νοῦς εἴη ἂν μακρῷ βέλτίον τε καὶ ἄμεινον τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. ΠΡΩ. Ἦν ταῦτα. ΣΩ. Ὑποπτεύων δέ γε καὶ ἄλλα εἶναι πολλὰ, εἶπον, ὡς εἰ φανείη τὸ τούτοιν ἀμφοῖν βέλτιον, ὑπὲρ

eas, quas expertes moleſtiae definimus, quas puras nominabamus animae ipſius ſcientias, ſenſus autem ſequentes. *Pro.* Fortaſſis. *So.* In ſexta vero progenie, inquit Orpheus, cantilenae ornatum finite. Noſtra quoque oratio in ſexto iudicio finiri videtur. unde nihil deinceps nobis aliud reſtat, niſi ut dictis tanquam caput adhibeamus. *Pro.* Decet profecto. *So.* Tertio iam orationem eandem, conſervatorem deum conteſtati, breviter percurramus. *Pro.* Qualem inquis? *So.* Philebus quidem inquit, omnem penitus voluptatem nobis ipſum bonum eſſe. *Pro.* Tertio, o Socrates, quemadmodum videtur, dicebas paulo ante repetendam orationem eſſe. *So.* Hoc ipſum. quod autem poſt hoc ſequitur, audiamus. equidem, quod modo dixi, orationem Philebi aliorumque innumerabilium conſiderans graviterque ferens, mentem longe meliorem potioremque hominum vitae, quam voluptatem, contendi eſſe. *Pro.* Dicta haec ſunt. *So.* Suſpicatus tamen eſſe & alia multa, intuli, quod ſi apparuerit aliquid ambobus hiſce praeſtantius, pro mente ipſa

τῶν δευτερείων νῷ πρὸς ἡδονὴν ξυνδιαμαχοίμην, ἡδονὴ δὲ
p. καὶ δευτερείων ἐρήσοιτο. ΠΡΩ. Εἶπες γὰρ οὖν. ΣΩ. Καὶ
67 μετὰ ταῦτά γε πάντων ἱκανώτατα τούτοιν οὐδέτερον ἱκανὸν
a. ἐφάνη. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα. ΣΩ. Οὐκοῦν παντάπασιν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ νοῦς ἀπήλλακτο καὶ ἡδονή, μήτοι τἀγαθόν γε αὐτὸ μηδ' ἕτερον αὐτοῖν εἶναι ἐρομένων αὐταρκείας, καὶ τῆς τοῦ ἱκανοῦ καὶ τελείου δυνάμεως. ΠΡΩ. Ὀρθότατα. ΣΩ. Φανέντος δέ γε ἄλλου τρίτου κρείττονος τούτοιν ἑκατέρου, μυρίῳ γ' αὖ νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον
b. πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ. ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν πέμπτον, κατὰ τὴν κρίσιν, ἣν νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο, γίγνοιτ' ἂν ἡ τῆς ἡδονῆς δύναμις. ΠΡΩ. Ἔοικε. ΣΩ. Πρῶτον δέ γε οὐκ ἂν οἱ πάντες βόες τε καὶ ἵπποι καὶ τἄλλα ξύμπαντα θηρία φῶσί τῳ τὸ χαίρειν διώκειν· οἷς πιεσύοντες, ὥσπερ μάντεις ὄρνισιν, οἱ πολλοὶ, κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίσας εἶναι· καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον, ἢ τοὺς τῶν ἐν
c.

adverſus voluptatem de ſecunda ſorte pugnarem, voluptasque ſecundis etiam honoribus ſpoliaretur. *Pro.* Haec quoque dixiſti. *So.* Praeterea cum dixiſſem, bonum ipſum eſſe omnium ſufficientiſſimum, neutrum ex iis tamen ſufficiens eſſe conſtitit. *Pro.* Vera narras. *So.* Et cum in ea oratione nec mens nec voluptas ſibi ipſi ſufficientem perfectamque vim habere viderentur, neutram eſſe bonum ipſum apparuit. *Pro.* Recte admodum. *So.* Quin etiam cum tertium quiddam utraque melius eſſe conſtaret, mens utique longo quodam intervallo propinquior potiori ſuperantique ideae, quam voluptas, eluxit. *Pro.* Quidni? *So.* Ergo nonne quintum gradum ex ea ſententia, quam praeſens iudicium protulit, voluptatis potentia ſortiretur? *Pro.* Videtur. *So.* Primum tamen voluptati locum omnes boves darent, & equi, & ferae denique omnes: quibus plurimi fidem, haud ſecus quam augures avibus, habentes, voluptates ad bene vivendum potiſſimas omnium arbitrantur: ferarumque amores, locupletiores teſtes aſſerunt, quam tot

Μούσῃ φιλοσόφῳ μεμαντευμένων ἑκάστοτε λόγων. ΠΡΩ. Ἀληθέστατα, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαί σοι νῦν ἤδη φαμὲν ἅπαντες. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀφίετέ με. ΠΡΩ. Σμικρὸν ἔτι λοιπὸν, ὦ Σώκρατες. οὐ γὰρ δήπου σύ γε ἀπαρεῖς πρότερος ἡμῶν· ὑπομνήσω δέ σε τὰ λειπόμενα.

ΤΕΛΟΣ ΦΙΛΗΒΟΥ.

responsa philosophorum. *Pro.* Verissima, o Socrates, te narrasse cuncti fatemur. *So.* Nonne ergo me iam dimittitis? *Pro.* Exiguum adhuc quiddam restat, o Socrates: neque enim prior tu quidem discedes: ego vero quae restant, in memoriam tibi reducam.

FINIS PHILEBI.

ΜΕΝΩΝ

ΜΕΝΩΝ
Η
ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ.

Πειραστικός.

MENO
SIVE
DE VIRTUTE.

Exploratorius, ſive tentandi cauſa inſtitutus.

ARGUMENTUM.

Quid Virtus ſit, & quomodo nobis adſit, diſſeritur. Virtus eſt affectio ſive habitus animae, quo potentia naturalis eius, quam optime ſuum opus exercet: exercet autem, cum ad finem ſuum dirigitur. Virtutum ſpecies plures ſunt, pro virium animae actuumque diverſitate: nimirum ſapientia, quae ad mentem: ſcientia & prudentia, quae ad rationem: opinio recta ſeu ſagacitas, quae ad phantaſiam: iuſtitia & liberalitas, quae ad voluntatem: fortitudo ac pediſſequae eius, quae ad vim iraſcibilem: continentia & temperantia, quae ad concupiſcibilem referuntur. Hae vero omnes virtutes diverſis quidem rationibus habentur, ſed ita tamen ut nulla ſuccedat, niſi divini numinis efficacia acceſſerit, qua nimirum homines virtute inſtruantur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΜΕΝΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΑΙΣ ΜΕΝΩΝΟΣ, ΑΝΥΤΟΣ.

p. 70 a. Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν, οὔτε μαθητὸν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; ΣΩ. Ὦ Μένων, προτοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, b. νῦν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀρισίππου πολῖται τοῦ Λαρισσαίου. τούτου δὲ ἡμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐρασθὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους (ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίσιππος) καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν, ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀποκρίνεσθαι ἐάν τις τι ἔρηται, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς εἰδό-

DIALOGI PERSONAE

MENO, SOCRATES, PUER MENONIS, ANYTUS.

POTESNE mihi ostendere, Socrates, doceri virtus possit, necne: an exercitatione potius acquiratur? aut num fortasse nec doctrina, nec usu hominibus comparetur: sed ipsa natura, vel alio quopiam modo, hominibus insit? *So.* Hactenus, o Meno, Thessalici homines inter Graecos illustres, tum equestri facultate, tum etiam divitiis, habiti sunt: nunc autem, ut mihi videtur, & sapientiae nomine: ac nihilo etiam minus amici tui Aristippi Larissaei concives. Atque eius quidem rei auctor vobis Gorgias exstitit: qui in urbem vestram profectus, amicos sibi ob sapientiam comparavit cum Thessalicorum, tum maxime Alevadarum primos, ex quibus amicus tuus Aristippus originem ducit. Quamobrem sic vos Gorgias assuefecit, ut intrepide & alto animo interrogantibus respondeatis,

τας· ἅτε καὶ αὐτὸς παρέχων αὐτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων c.
τῷ βουλομένῳ ὅ, τι ἄν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ
ἀποκρινόμενος. ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέσ-
κεν· ὥσπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ
τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι ἡ σοφία. εἰ γοῦν τινα p.
ἐθέλεις οὕτως ἑρεσθαι τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται, 71
καὶ ἐρεῖ, Ὦ ξένε, κινδυνεύω σοὶ δοκεῖν μακάριός τις εἶναι· a.
ἀρετὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν, εἴτ' ὅτῳ τρόπῳ παραγίνεται εἰ-
δέναι· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω, εἴτε διδακτὸν, εἴτε μὴ διδακτὸν,
εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τοπαράπαν ἀρετὴ, τυγ-
χάνω εἰδώς. ἐγὼ οὖν καὶ αὐτὸς, ὦ Μένων, οὕτως ἔχω· συμ-
πένομαι τοῖς πολίταις τούτου τοῦ πράγματος, καὶ ἐμαυτὸν b.
καταμέμφομαι, ὡς οὐκ εἰδὼς περὶ ἀρετῆς τοπαράπαν· ὃ δὲ
μὴ οἶδα τί ἐστι, πῶς ἂν ὁποῖόν γέ τι, εἰδείην; ἢ δοκεῖ σοι οἷόν-
τε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκῃ τοπαράπαν ὅστις ἐστὶ,
τοῦτο εἰδέναι, εἴτε καλὸς, εἴτε πλούσιος, εἴτε καὶ γενναῖος
ἐστιν; εἴτε καὶ τἀναντία τούτων δοκεῖ σοι οἵόντ' εἶναι; MEN.
Οὐκ ἔμοιγε. ἀλλὰ σὺ, ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς οὐδ' ὅ, τι ἀρετή

quemadmodum ſcientes decet: quippe & ipſe concedebat Graecorum cuique, rogare quidquid quiſque vellet, ac nemini non reſpondebat. Nobis vero, o amice Meno, contrarium contigit: ſiquidem ſapientia noſtra quodammodo iam exaruit, atque ex his locis ad vos divertiſſe videtur. Itaque ſi quem noſtrorum hominum hoc pacto perconteris, nemo erit qui non rideat ac dicat: O hoſpes, forte tibi beatus quidam videor, ac noſſe, utrum doctrina, an alia quadam ratione virtus hominibus comparetur. ego vero uſque adeo ab hac cognitione abſum, ut plane nec quid ipſa ſit virtus intelligam. Atqui ipſe quoque, o Meno, ſic affectus ſum: in eadem quippe paupertate animi, qua & concives mei, verſor, ac me ipſum ſaepe accuſo, utpote quid ſit virtus penitus ignorans. Cum vero quid ſit neſciam, quonam pacto qualis ſit norim? Aut tibi fieri poſſe videtur, ut qui nullo modo quis Meno ſit, norit, utrum bonus, dives, generoſus, an contra ſit, norit? *Men.* Mihi qui-

c. ἐστιν οἶσθα; ἀλλὰ ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἰκαδε ἀπαγγέλωμεν; ΣΩ. Μὴ μόνον γε, ὦ ἑταῖρε· ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ πω ἐνέτυχον εἰδότι, ὡς ἐμοὶ δοκῶ. MEN. Τί δέ; Γοργίᾳ οὐκ ἐνέτυχες ὅτε ἐνθάδε ἦν; ΣΩ. Ἔγωγε. MEN. Εἶτα οὐκ ἐδόκει σοι εἰδέναι; ΣΩ. Οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων, ὦ Μένων· ὥστε οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι πῶς μοι τότε ἔδοξεν. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνός τε οἶδε, καὶ σὺ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγεν. ἀνάμνησον οὖν
d. με πῶς ἔλεγεν· εἰ δὲ μὴ βούλει, αὐτὸς εἰπέ. δοκεῖ γὰρ δήπου σοὶ ἅπερ ἐκείνῳ. MEN. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἐκεῖνον μὲν τοίνυν ἐῶμεν, ἐπειδὴ καὶ ἅπερ· σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ, πρὸς θεῶν, Μένων, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι; εἰπὸν, καὶ μὴ φθονήσῃς· ἵνα εὐτυχέστατον ψεῦσμα ἐψευσμένος ὦ, ἂν φανῇς σὺ μὲν εἰδὼς καὶ Γοργίας, ἐγὼ δὲ εἰρηκὼς μηδενὶ πώποτε εἰδότι ἐντετυχηκέ-
2 ναι. MEN. Ἀλλ' οὐ χαλεπὸν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν. πρῶτον
e. μὲν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετὴν, ῥᾴδιον· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετὴ, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττον-

dem nequaquam. At vero ipſe revera, o Socrates, quid ſit virtus ignoras? Iſtane de te domum renuntiabimus? *So.* Non id quaeſo ſolum, Meno, domi dices: verum etiam, quod nullum unquam, ut mihi quidem videtur, hoc ſcientem nactus ſim. *Men.* Nunquamne igitur Gorgiam, cum hic commoraretur, conveniſti? *So.* Equidem. *Men.* An haec ignorare tibi viſus eſt? *So.* Haud ſatis, o Meno, memini: ideoque, quid tum mihi viſum fuerit, in praeſentia referre nequeo. Sed forte & ille novit, & tu quid ille docuerit, tenes. revoca igitur mihi, quae dicebat, in memoriam: aut, ſi minus id placet, tute ipſe declara. nam tibi forſitan cum illo convenit. *Men.* Convenit equidem. *So.* Eum igitur, cum abſit, omittamus. ipſe vero, o Meno, dic, per deos obſecro, quid eſſe virtutem exiſtimes: dic, inquam, nec invideas: ut fortunati cuiuſdam mendacii redarguar; ſi quidem tu & Gorgias id noſſe videamini, ego vero nemini unquam hoc ſcienti occurriſſe dicam. *Men.* At, o Socrates, nequaquam difficile eſt id dicere: & primo quidem, ſi lubet, quae viri ſit virtus. Haec plane eſt, ad civilium rerum

τα, τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς, κακῶς· καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν. εἰ δὲ βούλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖν, σώζουσάν τε τὰ ἔνδον, καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ἄλλη ἑξὶ παιδὸς ἀρετὴ, καὶ θηλείας, καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρός· εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρου· εἰ δὲ βούλει, δούλου. καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσι· ὥστε οὐκ ἀπο- p.
ρία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι ὅ, τι ἐξί. καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν πρά- 72
ξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν, πρὸς ἕκαστον ἔργον ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐξι. ὡσαύτως δὲ, οἶμαι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἡ κακία. ΣΩ. Πολλῆ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν, σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρά σοι κειμένων. ἀτὰρ, ὦ Μένων, κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα τὴν περὶ τὰ σμήνη, εἴ μου ἐρομένου μελίττης πέρι οὐσίας ὅ, τι ποτ' ἐξὶ, b.
πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἔλεγες αὐτὰς εἶναι, τί ἂν ἀπεκρίνω μοι, εἴ σε ἠρόμην, ἆρα τούτῳ φῂς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς

administrationem sufficientem esse, iisque tractandis amicos iuvare, inimicos laedere: nec non diligenter cavere, ne quid ipse tale aliquando patiatur. Quod si ulterius, quae sit mulieris virtus, nosse requiris, neque id arduum erit. est enim mulieris virtus, domum recte gubernare, dum curat domestica, viroque obedit. Alia quoque virtus est pueri, feminaeque, & masculi, & viri iam aetate gravis: nec non liberi, si velis, alia, & alia item, si velis, servi. atque aliae permultae virtutes sunt. quamobrem haud deest, quod de virtute dicamus. Enimvero in unaquaque actione atque aetate, ad unumquodque opus singulis hominibus virtus adest. Totidem praeterea & de vitio, o Socrates, ut arbitror, dici possent. *So.* Non parum mihi videor fortunatus, o Meno, si quidem unam virtutem investigans, examen quoddam virtutum apud te habitantium reperi. Verumtamen, o Meno, si eadem examinis similitudine percontanti mihi, quae sit apis substantia, multiplices earum esse substantias respondisses: ego vero iterum te rogem, Numquid eas multas, & varias, inter seque dis-

εἶναι καὶ διαφερούσας ἀλλήλων τῷ μελίττας εἶναι; ἢ τούτῳ μὲν οὐδὲν διαφέρουσιν, ἄλλῳ δέ τῳ; οἷον, ἢ κάλλει, ἢ μεγέθει, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων; εἰπὲ τί ἂν ἀπεκρίνω, οὕτως ἐρωτηθείς; MEN. Τοῦτ' ἔγωγε, ὅτι οὐδὲν διαφέρουσιν, ἧ μέλιτται εἰσὶν, ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας. ΣΩ. Εἰ οὖν εἶπον μετὰ
c. ταῦτα, τοῦτο τοίνυν μοι αὐτὸ εἰπὲ. ὦ Μένων· ᾧ οὐδὲν διαφέρουσιν, ἀλλὰ ταυτόν εἰσιν ἅπασαι, τί τοῦτο φὴς εἶναι; εἶχες δή που ἄν τι μοὶ εἰπεῖν; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν, κἂν εἰ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταυτὸν ἅπασαι ἔχουσι δι' ὃ εἰσὶν ἀρεταί· εἰς ὃ καλῶς που ἔχει ἀποβλέψαντα τὸν ἀποκρινούμενον τῷ ἐρωτήσαντι, ἐκεῖνο δηλῶσαι ὃ τυγχάνει οὖσα ἀρετή. ἢ οὐ μαν-
d. θάνεις ὅ, τι λέγω; MEN. Δοκῶ γέ μοι μανθάνειν, οὐ μέντοι ὡς βούλομαι γέ πω κατέχω τὸ ἐρωτώμενον. ΣΩ. Πότερον δὲ περὶ ἀρετῆς μόνον σοὶ οὕτω δοκεῖ, ὦ Μένων, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς εἶναι, ἄλλη δὲ γυναικὸς, καὶ τῶν ἄλλων; ἢ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ περὶ μεγέθους, καὶ περὶ ἰσχύος ὡσαύτως; ἄλλη μὲν ἀνδρὸς δοκεῖ σοι εἶναι ὑγίεια, ἄλλη δὲ, γυναικός; ἢ ταυτὸν

rentes eo esse dicis, quo apes sunt: an alio quopiam, veluti pulchritudine, vel magnitudine, aut alio quopiam? quid, inquam, sic interroganti potissimum responderes? *Men.* Quod eo quod apes sunt, minime inter se differunt. *So.* Et si ego post haec rogem, Quid ergo est, o Meno, quo nihil inter se differunt, sed idem sunt cunctae? Habes quod respondeas? *Men.* Habeo profecto. *So.* Eadem itaque ratione virtutes, quanquam multae atque variae sunt, unam tamen speciem quandam in omnibus eandem habent, qua virtutes exfiistunt, in quam respicere decet eum, qui responsurus sit interroganti cuiquam, quid virtus sit. Tenes quid dicam? *Men.* Intelligere videor: nondum tamen, ut vellem, quod quaeris plane comprehendo. *So.* Utrum vero circa virtutem id solum, o Meno, tibi videtur, aliam quidem viri esse, aliam mulieris, & aliam reliquorum: an etiam circa sanitatem, magnitudinemque, & robur eodem modo, ut alia quidem viri sanitas sit, mulieris alia?

παντα χῇ εἶδός ἐστιν, ἐάνπερ ὑγίεια ᾖ, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ, ἐάν τε ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν ᾖ; MEN. Ἡ αὐτή μοι δοκεῖ ὑγίειά τε εἶναι c. καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ μέγεθος καὶ ἰσχύς; ἐάν περ ἰσχυρὰ γυνὴ ᾖ, τῷ αὐτῷ εἴδει καὶ τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ ἰσχυρὰ ἔσται; τὸ γὰρ τῇ αὐτῇ, τοῦτο λέγω, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ ἰσχὺς εἶναι, ᾗ ἰσχὺς, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ᾖ, ἐάν τε ἐν γυναικί. ᾗ δοκεῖ τι σοὶ διαφέρειν; MEN. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Ἡ δὲ ἀρετὴ p. πρὸς τὸ ἀρετὴ εἶναι διοίσει τι, ἐάν τε ἐν παιδὶ ᾖ, ἐάν τε ἐν 73 πρεσβύτῃ, ἐάν τε ἐν γυναικὶ, ἐάν τε ἐν ἀνδρί; MEN. Ἔμοι- a. γέ πως δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, τοῦτο οὐκέτι ὅμοιον εἶναι τοῖς ἄλλοις τούτοις. ΣΩ. Τί δέ; οὐκ ἀνδρὸς μὲν ἀρετὴν ἔλεγες, πόλιν εὖ διοικεῖν, γυναικὸς δὲ, οἰκίαν; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἰόντε εὖ διοικεῖν ἢ πόλιν, ἢ οἰκίαν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, μὴ σωφρόνως καὶ δικαίως διοικοῦντα; MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. b. Οὐκοῦν ἄνπερ δικαίως καὶ σωφρόνως διοικῶσι, δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ διοικήσουσιν; MEN. Ἀνάγκη. ΣΩ. Τῶν αὐτῶν ἄρα ἀμφότεροι δέονται, εἴπερ μέλλουσιν ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ

an potius eadem ubique ſanitatis ſpecies eſt, ſi quidem ſanitas ſit, ſeu viro, ſive mulieri, ſive alteri cuicunque adſit? *Men.* Eadem mihi ſanitas & viri ſimul & mulieris eſſe videtur. *So.* Nonne igitur, ſi quidem robuſta ſit femina, eadem ſpecie roboris robuſta erit? cum enim Eadem dico, nihil differt, qua robur, ut robur ſit, ſeu viro, ſeu mulieri inſit. num tibi differre quidquam videtur? *Men.* Minime. *So.* Ergo & virtus, ut virtus ſit, intereſtne aliquid, iuvenem, an ſenem, an virum, an feminam ornet? *Men.* Mihi quidem, o Socrates, hoc ceterorum ſimile nequaquam eſſe videtur. *So.* Nonne viri virtutem eſſe dixiſti, recte rempublicam gubernare: mulieris vero domum? *Men.* Dixi equidem. *So.* An poteſt quiſquam civitatem, vel domum, aut aliquid aliud recte diſponere, niſi temperate ac iuſte diſponat? *Men.* Non certe. *So.* Nonne ſi temperate iuſteque inſtituunt, temperantia iuſtitiaque inſtituent? *Men.* Neceſſe eſt. *So.* Utrisque igitur tam vir, quam mulier, indiget, ſi boni futuri ſint, temperantia ſcilicet atque

ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ, δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης. MEN. Φαίνονται. ΣΩ. Τί δέ; παῖς καὶ πρεσβύτης, μῶν ἀκόλαστοι ὄντες καὶ ἄδικοι, ἀγαθοὶ ἂν ποτε γένοιντο; MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ.
c. Ἀλλὰ σώφρονες καὶ δίκαιοι; MEN. Ναί. ΣΩ. Πάντες ἄρ' ἄνθρωποι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀγαθοί εἰσι. τῶν αὐτῶν γὰρ τυχόντες, ἀγαθοὶ γίγνονται. MEN. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκ ἂν δή που, εἴγε μὴ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἦν αὐτῶν, τῷ αὐτῷ ἂν τρόπῳ ἀγαθοὶ ἦσαν. MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πάντων ἐστὶ, πειρῶ εἰπεῖν καὶ ἀναμνησθῆναι τί αὐτὸ φησὶ Γοργίας εἶναι, καὶ σὺ μετ' ἐκείνου. MEN. Τί ἄλλό γ' ἢ ἄρχειν οἷόν τ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων; εἴπερ ἓν γέ τι ζητεῖς
d. κατὰ πάντων. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ζητῶ γε. ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἀρετὴ ἡ αὐτὴ, ὦ Μένων; καὶ δούλου, ἄρχειν οἵωτε εἶναι τοῦ δεσπότου; καὶ δοκεῖ σοι ἔτι ἂν δοῦλος εἶναι ὁ ἄρχων; MEN. Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐ γὰρ εἰκὸς, ὦ ἄριστε. ἔτι γὰρ καὶ τόδε σκόπει· ἄρχειν φὴς οἷόντ' εἶναι. οὐ προσθήσομεν αὐτόσε τὸ δικαίως, ἀδίκως δὲ μή; MEN. Οἶμαι ἔγωγε. ἡ γὰρ δικαιοσύνη, ὦ Σώκρατες, ἀρετή ἐστι. ΣΩ. Πό-

iuſtitia. *Men.* Apparet. *So.* Quid vero puer ac ſenex, quatenus intemperati & iniuſti ſunt, num boni fient? *Men.* Nequaquam. *So.* At dum temperati & iuſti? *Men.* Ita. *So.* Univerſi igitur homines eadem ratione boni fiunt. nam eorundem participatione boni ſemper efficiuntur. *Men.* Videtur. *So.* Nunquam eadem ratione boni ſint, ni illorum virtus ſit eadem? *Men.* Nunquam. *So.* Quoniam ergo eadem virtus eſt omnium, conare in memoriam reducere, quidnam hoc eſſe Gorgias dixerit, ac tu una conſenſeris. *Men.* Quidnam aliud, quam praeeſſe hominibus poſſe? ſi quid unum in omnibus exigis. *So.* Requiro equidem. attamen eademne pueri & ſervi virtus erit, o Meno, praeeſſe poſſe domino? ac videtur tibi etiam tum ſervus eſſe, cum imperat? *Men.* Haud certe mihi videtur, o Socrates. *So.* Neque enim iſthuc, optime vir, fas eſſet. Sed hoc rurſus conſidera, utrum dominari poſſe aliquem putas, ſi iuſte praeeſſe dicamus: iniuſte vero, nequa-

τερον ἀρετὴ, ὦ Μένων, ἢ ἀρετή τις; MEN. Πῶς τοῦτο λέ- e.
γεις; ΣΩ. Ὡς περὶ ἄλλου ὁτουοῦν. οἷον, εἰ βούλει, στρογγυλότητος πέρι, εἴποιμ' ἂν ἔγωγε ὅτι σχῆμά τι ἐστίν· οὐχ οὕτως ἁπλῶς ὅτι σχῆμα. διὰ ταῦτα δὲ οὕτως ἂν εἴποιμι, ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα. MEN. Ὀρθῶς γε λέγων σύ. ἐπεὶ καὶ ἐγὼ λέγω οὐ μόνον δικαιοσύνην, ἀλλὰ καὶ ἄλλας εἶναι ἀρετάς. ΣΩ. Τίνας ταύτας εἰπέ· οἷον καὶ ἐγώ σοι εἴποιμι ἂν καὶ P.
ἄλλα σχήματα, εἴγε κελεύοις· καὶ σὺ οὖν ἐμοὶ εἰπὲ ἄλλας 74
ἀρετάς. MEN. Ἡ ἀνδρία τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ ἀρετὴ εἶναι, καὶ σωφροσύνη, καὶ σοφία, καὶ μεγαλοπρέπεια, καὶ ἄλλαι πάμπολλαι. ΣΩ. Πάλιν, ὦ Μένων, ταυτὸν πεπόνθαμεν. πολλὰς αὖ εὑρήκαμεν ἀρετὰς, μίαν ζητοῦντες, ἄλλον τρόπον ἢ νῦν δή· τὴν δὲ μίαν, ἢ διὰ πάντων τούτων ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα ἀνευρεῖν. MEN. Οὐ γὰρ δύναμαί πω, ὦ Σώκρατες, ὡς b.
σὺ ζητεῖς, μίαν ἀρετὴν λαβεῖν κατὰ πάντων, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. ΣΩ. Εἰκότως γε. ἀλλ' ἐγὼ προθυμήσομαι, ἐὰν οἷός 5
τ' ὦ, ἡμᾶς προσβιβάσαι. μανθάνεις γάρ που ὅτι οὑτωσὶ ἔχει

quam. *Men.* Puto equidem. iuſtitia enim virtus eſt. *So.* Utrum virtus, o Meno, an virtus quaedam? *Men.* Quo pacto id ais? *So.* Quemadmodum de quovis alio. ut ecce de rotunditate, figuram quandam eſſe, dicerem, non ſimpliciter figuram. ob eam ſane cauſam ita loquerer, quia aliae quoque figurae praeter rotunditatem ſunt. *Men.* Recte inquis. Atqui & ipſe non iuſtitiam tantum, verum alias quoque virtutes eſſe dico. *So.* At quas dicis alias, explica obſecro. equidem ſi me de aliis figuris interrogaſſes, utique reſpondiſſem: itaque tu quae ſint aliae virtutes, oſtende. *Men.* Fortitudo igitur mihi videtur eſſe virtus, temperantia, ſapientia, magnificentia, ceteraeque permultae. *So.* In idem recidimus. multas rurſum virtutes, dum quaerimus unam, invenimus, ſed alio pacto: unam vero, quae per omnes diffunditur, reperire nequimus. *Men.* Nondum queo, o Socrates, quod quaeris, unam in omnibus virtutem, quemadmodum in ceteris, aſſequi. *So.* Non abs re quidem. at ego, ſi modo potuero, perducere nos co-

περὶ παντός. εἴτις σε ἀνέροιτο τοῦτο ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τί ἐστι σχῆμα, ὦ Μένων; εἰ αὐτῷ εἶπες ὅτι στρογγυλότης, εἴ σοι εἶπεν ἅπερ ἐγὼ, πότερον σχῆμα ἡ στρογγυλότης ἐστὶν, ἢ σχῆμά τι, εἶπες δή που ἂν ὅτι σχῆμά τι; MEN. Πάνυ
c. γε. ΣΩ. Οὐκοῦν διὰ ταῦτα, ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα; MEN. Ναί. ΣΩ. Καὶ εἴ γε προσανηρώτα σὲ ὁποῖα, ἔλεγες ἄν; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Καὶ αὖ εἰ περὶ χρώματος ὡσαύτως ἀνήρετο ὅ, τι ἐστὶ, καὶ εἰπόντος σου ὅτι τὸ λευκὸν, μετὰ ταῦτα ὑπέλαβεν ὁ ἐρωτῶν, πότερον τὸ λευκὸν, χρῶμά ἐστιν, ἢ χρῶμά τι, εἶπες ἂν ὅτι χρῶμά τι, διότι καὶ ἄλλα τυγχάνει ὄντα; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Καὶ εἴ γέ σε ἐκέλευε λέ-
d. γειν ἄλλα χρώματα, ἔλεγες ἂν ἄλλα, ἃ οὐδὲν ἧττον τυγχάνει ὄντα χρώματα τοῦ λευκοῦ; MEN. Ναί. ΣΩ. Εἰ οὖν ὥσπερ ἐγὼ, μετήει τὸν λόγον, καὶ ἔλεγεν ὅτι ἀεὶ εἰς πολλὰ ἀφικνούμεθα· ἀλλὰ μή μοι οὕτως, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ταῦτα ἑνί τινι προσαγορεύεις ὀνόματι, καὶ φὴς οὐδὲν αὐτῶν ὅ, τι οὐ σχῆμα εἶναι, καὶ ταῦτα, ἐναντία ὄντα ἀλλήλοις,

nabor. Videsne sic in cunctis contingere, si quis a te petat idem, quod modo dicebam, quid figura sit, ac tu quod sit rotunditas responderes: & ille tibi, quae & ego, inferret, utrum rotunditas sit figura, an figura quaedam, an non illi diceres, figuram quandam esse? *Men.* Prorsus. *So.* Nonne ob id, quod aliae quoque figurae sunt? *Men.* Ita. *So.* Quod si quales illae sint quaerat, e vestigio respondebis? *Men.* Equidem. *So.* Quin etiam si de colore similiter quid sit quaerat, & tu quod albedo sit dicas: ac ille sic deinde roget, utrum albedo color sit, an color quidam: inferresne colorem quendam ob hoc esse, quod alii quoque colores reperiantur? *Men.* Maxime. *So.* Si iterum colores ceteros referre iusserit, narrabis utique & alios multos, qui nihilo minus, quam albedo, colores sint? *Men.* Narrabo. *So.* Quid si ille sic, ut ego nunc, sermone progrediatur, dicatque, quod in multa semper recidamus, quod ille fieri nequaquam permittat: cumque haec multa uno nomine nuncupes, dicasque omnia figuram esse, inter se contraria sint li-

ἕ, τι ἐστὶ τοῦτο ὃ οὐδὲν ἧττον κατέχει τὸ στρογγύλον ἢ τὸ εὐθύ, ὃ δὴ ὀνομάζεις σχῆμα, καὶ οὐδὲν μᾶλλον φὴς τὸ στρογγύλον σχῆμα εἶναι, ἢ τὸ εὐθύ· ἢ οὐχ οὕτω λέγεις; MEN. e.
Ἔγωγε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὅταν οὕτω λέγῃς, τότε οὐδὲν μᾶλλον φὴς τὸ στρογγύλον εἶναι στρογγύλον, ἢ εὐθύ; οὐδὲ τὸ εὐθὺ, εὐθύ, ἢ στρογγύλον; MEN. Οὐ δήπου, ὦ Σώκρατες.
ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν σχῆμά γε οὐδὲν μᾶλλον φὴς εἶναι τὸ στρογγύλον τοῦ εὐθέος, οὐδὲ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου. MEN. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τί ποτε οὖν τοῦτο οὗ τοῦτο ὄνομά ἐστι τὸ σχῆμα, πειρῶ λέγειν. εἰ οὖν τῷ ἐρωτῶντι οὕτως ἢ περὶ σχήματος ἢ περὶ χρώματος, εἶπες ὅτι ἀλλ' οὐδὲ μανθανω ἐγω- p.
γε ὅ, τι βούλει, ὦ ἄνθρωπε, οὐδὲ οἶδα ὅ, τι λέγεις· ἴσως ἂν 75
ἐθαύμασε, καὶ εἶπεν, οὐ μανθάνεις ὅτι ζητῶ τὸ ἐπὶ πᾶσι a.
τούτοις ταυτόν; ἢ οὐδὲ ἐπὶ τούτοις, ὦ Μένων, ἔχοις ἂν εἰπεῖν, εἴτις ἐρωτῴη τί ἐστιν ἐπὶ τῷ στρογγύλῳ καὶ εὐθεῖ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ δὴ σχήματα καλεῖς, ταυτὸν ἐπὶ πᾶσι; πειρῶ εἰπεῖν, ἵνα καὶ γένηταί σοι μελέτη πρὸς τὴν περὶ τῆς ἀρετῆς ἀπόκρισιν. MEN. Μή· ἀλλὰ σὺ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ. b.

cet: hoc autem, quod non minus rotundum contineat, quam rectum, quam quidem figuram nominas, & nihilo magis rotundum, quam rectum, figuram esse tu dicis. an sic dicis? *Men.* Sic plane. *So.* Cum ita dicas, inquam, numquid rotundum magis rotundum, quam rectum, aut rectum magis rectum, quam rotundum esse dicis? *Men.* Non certe, o Socrates. *So.* Verumtamen asseris rotundum nihil magis figuram esse, quam rectum; neque rectum magis, quam rotundum. *Men.* Vera narras. *So.* Quid igitur sit, cui figura nomen competit, declarare enitere. Si itaque sic percontanti de figura sive colore, te nequaquam intelligere quid ipse velit, respondeas: vehementer admiretur, arbitror, ac dicat, An non intelligis, quod in iis omnibus idem quaero? Non habeas, o Meno, quod dicas, si quis quaerat, quid in rotundo sit ac recto, & ceteris quas figuras appellas, in omnibus idem? Explica quaeso, ut hoc pacto ad disputationem virtutis te pares. *Men.*

ΣΩ. Βούλει σοὶ χαρίσωμαι; ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐθελήσεις οὖν καὶ σὺ ἐμοὶ εἰπεῖν περὶ τῆς ἀρετῆς; ΜΕΝ. Ἐγωγε. ΣΩ. Προθυμητέον τοίνυν. ἄξιον γάρ. ΜΕΝ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Φέρε δὴ, πειρώμεθα σοὶ εἰπεῖν τί ἐςι σχῆμα. σκόπει οὖν εἰ τόδε ἀποδέχῃ αὐτὸ εἶναι. ἔςω γὰρ δὴ ἡμῖν τοῦτο τὸ σχῆμα, ὃ μόνον τῶν ὄντων τυγχάνει χρώματι ἀεὶ ἑπόμενον. c. ἱκανῶς σοι; ἢ ἄλλως πως ζητεῖς; ἐγὼ γὰρ κᾆν οὕτως ἀγαπήσην εἴ μοι ἀρετὴν εἴποις. ΜΕΝ. Ἀλλὰ τοῦτό γε εὔηθες, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Πῶς λέγεις; ΜΕΝ. Ὅτι σχῆμά που ἐςὶ, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὃ ἀεὶ χρόᾳ ἕπεται. ΣΩ. Εἶεν. ΜΕΝ. Εἰ δὲ δὴ τὴν χρόαν τὶς μὴ φαίη εἰδέναι, ἀλλὰ ὡσαύτως ἀπορεῖ ὥσπερ περὶ τοῦ σχήματος, τί ἂν οἴει σοὶ ἀποκεκρίσθαι; ΣΩ. Τἀληθῆ ἔγωγε. καὶ εἰ μέν γε τῶν σοφῶν τις εἴη καὶ ἐριςικῶν τε καὶ ἀγωνιςικῶν, ὁ ἐρόμενος, εἰποιμ' ἂν αὐτῷ, ὅτι d. ἐμοὶ μὲν εἴρηται· εἰ δὲ μὴ ὀρθῶς λέγω, σὸν ἔργον λαμβάνειν λόγον καὶ ἐλέγχειν. εἰ δὲ, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σὺ νυνὶ φίλοι ὄντες, βούλοιντο ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, δεῖ δὴ πραότε-

Nequaquam: ſed ipſe, o Socrates, ediſſere. *So.* Viſne tibi gratificer? *Men.* Omnino. *So.* Vis tu contra virtutis quaeſtionem deinde ſolvere? *Men.* Equidem. *So.* Expediendum iam eſt. decet enim. *Men.* Et maxime quidem. *So.* Age experiamur, quid figura ſit, exprimere. & vide, utrum iſtud admittas. Eſto itaque id nobis figura, quod ſolum ex omnibus ſemper colorem ſequitur. Satiſne tibi hoc eſt, an forte aliud exigis? Ego enim ſat habeam, ſi ita virtutem ipſam mihi oſtendas. *Men.* At iſtud abſurdum quiddam eſt, o Socrates. *So.* Quamobrem? *Men.* Quoniam figura ſecundum rationem tuam eſt, quae ſemper colorem ſequitur. Si ergo colorem quis noſſe negaret, eodem modo quo circa figuram dubitans, quid illi potiſſimum reſponderes? *So.* Vera equidem. nam ſi qui roget, ſapientum illorum & contentioſorum ac litigantium aliquis ſit, reſpondeam utique me dixiſſe. quod ſi minus recte dixi, ad te nunc attinet reſpondere, ac mea dicta refutare. Sin autem, quemadmodum nos ſumus, illi amici ſint,

ρόν πως καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι. ἔξι δὲ ἴσως τὸ διαλεκτικώτερον, μὴ μόνον τἀληθῆ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων ὧν ἂν προσομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος. πειράσομαι δὴ καὶ ἐγώ σοι οὕτως εἰπεῖν. λέγε γάρ μοι τελευτὴν καλεῖς τι, τοιόνδε λέγων οἷον πέρας καὶ ἔσχατον; πάντα e.
ταῦτα, ταυτόν τι λέγω. ἴσως δ' ἂν ἡμῖν Πρόδικος διαφέροιτο. ἀλλὰ σύ γε που καλεῖς πεπεράνθαι τὶ καὶ τετελευτηκέναι; τὸ τοιοῦτον βούλομαι λέγειν, οὐδὲν ποικίλον. MEN. Ἀλλὰ καλῶ· καὶ οἶμαι μανθάνειν ὃ λέγεις. ΣΩ. Τὸ δ' ἐπίπεδον καλεῖς τι, καὶ ἕτερον αὖ, στερεὸν, οἷον ταῦτα τὰ ἐν p.
γεωμετρίαις; MEN. Ἔγωγε καλῶ. ΣΩ. Ἤδη τοίνυν ἂν 76
μανθάνοις μου ἐκ τούτων σχῆμα ὃ λέγω. κατὰ γὰρ παντὸς a.
σχήματος τοῦτο λέγω, εἰς ὃ τὸ στερεὸν περαίνει, τοῦτ' εἶναι σχῆμα· ὅπερ ἂν συλλαβὼν εἴποιμι στερεοῦ πέρας σχῆμα εἶναι. MEN. Τὸ δὲ χρῶμα τί λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὑβριστής γ' εἶ, ὦ Μένων. ἀνδρὶ πρεσβύτῃ πράγματα προστάττεις ἀποκρίνεσθαι· αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλεις ἀναμνησθεὶς εἰπεῖν ὅ, τι b.

velintque tantum disputare, decet profecto mitius, & magis dialectico more respondere. Est autem fortasse dialecticum magis, non modo verum proferre, sed iis illud rationibus approbare, quas & ille, qui rogat, plane se nosse fateatur. Hoc itaque more nunc tecum differendo uti conabor. Dic ergo, num finem appellas terminum quendam, atque extremum? haec enim omnia velut idem profero: forte vero Prodicus iis tanquam differentibus uteretur. Tu autem num dicis terminari aliquid atque finiri? nihil quippe diversum iis verbis intelligo. *Men.* Dico sane: & quod ais, intelligere arbitror. *So.* Et planum aliquid vocas, & solidum aliud, cuiusmodi quae in Geometria tractantur? *Men.* Voco equidem. *So.* Iam igitur, quid figuram esse dicam, ex iis percipies. in omni quippe figura id affero, figuram esse id, in quod solidum desinit: atque ut summatim dicam, figuram appello solidi terminum. *Men.* Colorem vero quid vocas, o Socrates? *So.* Haud aequum facis, o Meno. homini iam seni onus imponis respondendi

ποτὲ λέγει Γοργίας ἀρετὴν εἶναι. MEN. Ἀλλ' ἐπειδάν μοι σὺ τοῦτ' εἴπῃς, ὦ Σώκρατες, ἐρῶ σοι. ΣΩ. Κἂν κατακεκαλυμμένος τὶς γνοίη, ὦ Μένων, διαλεγομένου σου, ὅτι καλὸς εἶ, καὶ ἐρασταί σοι ἔτι εἰσί. MEN. Τί δή; ΣΩ. Ὅτι οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τρυφῶντες, ἅτε τυραννεύοντες, ἕως ἂν ἐν ὥρᾳ ὦσι. καὶ ἅμα
e. ἐμοῦ ἴσως κατέγνωκας, ὅτι εἰμὶ ἥττων τῶν καλῶν. χαριοῦμαι οὖν σοι καὶ ἀποκρινοῦμαι. MEN. Πάνυ μὲν οὖν χάρισαι. ΣΩ. Βούλει οὖν σοι κατὰ Γοργίαν ἀποκρίνωμαι, ἢ ἂν σὺ μάλιστα ἀκολουθήσαις; MEN. Βουλομαι. πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν λέγετε ἀπορροάς τινας τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα; MEN. Σφόδρα γε. ΣΩ. Καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀπορροαὶ πορεύονται; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ τῶν ἀπορροῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ,
d. ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι; MEN. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὄψιν καλεῖς τι; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐκ τούτων δὴ σύνες ὅ, τι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. ἔστι γὰρ χρόα, ἀπορροὴ

tibi: ipse autem memor quid Gorgias virtutem esse dixerit, definire minime vis. *Men.* At postquam tu mihi hoc declaraveris, o Socrates, tibi illud referam. *So.* Etiam absconditus hic aliquis, & loquentem tantummodo te audiens, intelligat, pulchrum esse te, & amatoribus non carentem. *Men.* Quid ita? *So.* Quod nihil quam continuo in sermone imperitas, quod facere delicati isti, & formae fiducia adhuc tyrannidem exercentes, solent. simul ita de me statuis forsitan, inferiorem elegantibus illis esse. Gratificabor itaque tibi, & respondebo. *Men.* Gratificare, obsecro. *So.* Visne tibi secundum Gorgiam respondeam? sic maxime assentieris? *Men.* Quidni velim? *So.* Nonne defluxus quidam secundum Empedoclem a rebus manare dicuntur? *Men.* Et maxime quidem. *So.* Ac pori, id est, meatus, in quos & per quos etiam defluxus huiusmodi manant? *Men.* Omnino. *So.* Ex defluxibus autem quosdam poris quibusdam congruere, quosdam minores, aut maiores esse. *Men.* Sic est. *So.* Numquid & visum aliquid vocas? *Men.* Voco.

σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός. MEN. Ἄριστα μοὶ δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ταύτην τὴν ἀπόκρισιν εἰρηκέναι. ΣΩ. Ἴσως γάρ σοι κατὰ συνήθειαν εἴρηται. καὶ ἅμα, οἶμαι, ἐννοεῖς ὅ τι ἔχοις ἂν ἐξ αὐτῆς εἰπεῖν, καὶ φωνὴν, ὅ ἐστι, καὶ ὀσμὴν, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων. MEN. Πάνυ μὲν e.
οὖν. ΣΩ. Τραγικὴ γάρ ἐστιν, ὦ Μένων, ἡ ἀπόκρισις. ὥστε ἀρέσκει σοὶ μᾶλλον ἢ ἡ περὶ τοῦ σχήματος. MEN. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὦ παῖ Ἀλεξιδήμου, ὡς ἐγὼ ἐμαυτὸν πείθω· ἀλλ' ἐκείνη βελτίων. οἶμαι δὲ οὐδ' ἂν σοι δόξαι, εἰ μὴ, ὥσπερ χθὲς ἔλεγες, ἀναγκαῖόν σοι ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ περιμείναις τε καὶ μυηθείης. MEN. Ἀλλὰ περιμένοιμ' ἄν, ὦ Σώκρατες, εἴ μοι πολλὰ τοιαῦτα λέγοις. p.
ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω, καὶ σοῦ ἕνεκα 77
καὶ ἐμαυτοῦ, λέγων τοιαῦτα· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι πολλὰ τοιαῦτα λέγειν. ἀλλ' ἴθι δὴ πειρῶ καὶ σὺ ἐμοὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδοῦναι, κατὰ ὅλου εἰπὼν ἀρετῆς πέρι, ὅ, τι ἐστί· καὶ παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνὸς (ὅπερ φασὶ τοὺς συντρί-

So. Ex iis iam quid velim, ut ait Pindarus, accipe. Eſt enim color defluxus quidam figurarum, viſui congruens, atque ſenſibilis. *Men.* Optime mihi, o Socrates, reſpondiſſe videris. *So.* Forte quia quae ſolitus es audire, nunc reſponſum eſt tibi, & ſimul advertis, quod ex hac reſponſione facile etiam definire queas, quid vox, quid odor ſit, ceteraque huiuſmodi plurima. *Men.* Prorſus. *So.* Atqui tragica, o Meno, iſta reſponſio eſt: ideoque tibi magis, quam figurae definitio, placet. *Men.* Mihi vero. *So.* At mihi quidem, o Alexidemi fili, minime perſuadeo: eſt enim illa altera melior: ac, puto, neque tibi iſta placebit, niſi forſan, quod heri dicebas, abeundum tibi eſt ad myſteria: ſed mane, atque hic myſteriis initiare. *Men.* Manerem, o Socrates, ſi huiuſmodi multa dicere. *So.* Nihil utique praetermittam, quin talia quaedam & tui ſimul, & mei gratia, dicam. vereor tamen, ne minus poſſim huiuſmodi plurima dicere. Ceterum iam ad promiſſa ſervanda nobis accingere, ac in commune, quid virtus ſit, ex-

βοντάς τι ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες) ἀλλὰ ἐάσας ὅλην καὶ ὑγιῆ,
b. εἰπὲ τί ἐστιν ἀρετή. τὰ δέ γε παραδείγματα παρ' ἐμοῦ εἴληφας. MEN. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Σώκρατες, ἀρετὴ εἶναι, καθάπερ ὁ ποιητὴς λέγει, χαίρειν τε καλοῖσι καὶ δύνασθαι. καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω ἀρετὴν, ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν, δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι. ΣΩ. Ἆρα λέγεις τὸν τῶν καλῶν ἐπιθυμοῦντα, ἀγαθῶν ἐπιθυμητὴν εἶναι; MEN. Μάλιστά γε. ΣΩ. Ἆρα ὡς ὄντων τινῶν οἱ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, ἑτέρων
c. δὲ οἱ τῶν ἀγαθῶν; οὐ πάντες, ὦ ἄριστε, δοκοῦσί σοι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμεῖν; MEN. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀλλά τινες τῶν κακῶν; MEN. Ναί. ΣΩ. Οἰόμενοι τὰ κακὰ ἀγαθὰ εἶναι, λέγεις, ἢ καὶ γιγνώσκοντες ὅτι κακά ἐστιν, ὅμως ἐπιθυμοῦσιν αὐτῶν; MEN. Ἀμφότερα ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Ἡ γὰρ δοκεῖ τις σοὶ, ὦ Μένων, γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι κακά ἐστιν, ὅμως ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; MEN. Μάλιστα. ΣΩ. Τί ἐπιθυμεῖν λέγεις; ἢ γενέσθαι αὐτῷ; MEN. Γενέσθαι. τί γὰρ ἄλλο; ΣΩ.
d. Πότερον ἡγούμενος τὰ κακὰ ὠφελεῖν ἐκεῖνον ᾧ ἂν γένηται,

prime: nec, ut feciſti hactenus, unum in multa diſcerpas, quod iaci in eos ſolet, qui idem ubique inculcant: ſed integram atque ſanam relinque, & dic tandem quid virtus ſit. exempla vero a me accepiſti. *Men.* Videtur itaque mihi, o Socrates, virtus eſſe, ut poëta inquit, Gaudere honeſtis, ac poſſe. Atque ego id ipſum virtutem voco, honeſta quidem appetere, eaque conſequi poſſe. *So.* Num honeſta cupientem, bona cupere dicis? *Men.* Omnino. *So.* Numquid ita loqueris, quaſi ſint nonnulli, qui bona cupiant: quidam vero, qui mala? *Men.* Immo. *So.* Non omnes igitur, o optime vir, bona tibi appetere videntur? *Men.* Mihi nequaquam. *So.* Quidam itaque mala? *Men.* Ita. *So.* An ita dicis, quaſi quae mala ſint, bona eſſe opinentur: aut etiam noſcentes quod mala ſint, nihilominus illa cupiunt? *Men.* Utrumque aio. *So.* An cenſes aliquem cognoſcentem mala, quod mala ſint, illa tamen appetere? *Men.* Arbitror. *So.* Quid autem exoptare hunc dicis? num, haec ſibi adeſſe? *Men.* Adeſſe ſane. nam quid aliud optet? *So.*

ἢ γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι βλάπτει ᾧ ἂν παρῇ; ΜΕΝ. Εἰσὶ μὲν οἳ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ γιγνώσκοντες ὅτι βλάπτει. ΣΩ. Ἦ καὶ δοκοῦσί σοι γιγνώσκειν τὰ κακὰ ὅτι κακά ἐστιν, οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν; ΜΕΝ. Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τοῦτό γε. ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ ἐκείνων ἃ ᾠοντο ἀγαθὰ εἶναι. ἔστι δὲ ταῦτά γε κακά. ὥστε οἱ e. ἀγνοοῦντες αὐτὰ, καὶ οἰόμενοι ἀγαθὰ εἶναι, δηλονότι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν. ἢ οὔ; ΜΕΝ. Κινδυνεύουσιν οὗτοί γε. ΣΩ. Τί δέ; οἱ τῶν κακῶν μὲν ἐπιθυμοῦντες, ὡς φῂς σὺ, ἡγούμενοι δὲ τὰ κακὰ βλάπτειν ἐκεῖνον ᾧ ἂν γίγνηται, γιγνώσκουσι δή που ὅτι βλαβήσονται ὑπ' αὐτῶν; ΜΕΝ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Ἀλλὰ τοὺς βλαπτομένους οὗτοι οὐκ οἴονται ἀθλίους P. εἶναι καθόσον βλάπτονται; ΜΕΝ. Καὶ τοῦτο ἀνάγκη. ΣΩ. 78 a. Τοὺς δὲ ἀθλίους, οὐ κακοδαίμονας; ΜΕΝ. Οἶμαι ἔγωγε. ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅστις βούλεται ἄθλιος καὶ κακοδαίμων εἶναι; ΜΕΝ. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκ ἄρα βούλεται,

Utrum qui mala desiderat, mala esse cognoscens, prodesse cum adsint, existimat? an unumquodque potius sua praesentia laedere? *Men.* Sunt certe, qui mala prodesse putent: nec desunt, qui obesse cognoscant. *So.* Videnturne tibi mala nosse quod mala sint, qui mala prodesse cuiquam opinantur? *Men.* Haud sane id mihi videtur. *So.* Ex his igitur patet, eos non appetere mala, qui illa minime norint, sed illa potius, quae bona esse putarint, cum tamen mala sint. quapropter ignorantes illa, bonaque existimantes, perspicuum est bona potius exoptare. an non? *Men.* Sic isti se habere videntur. *So.* At vero qui mala quidem affectant, ut ipse inquis, eaque cuicunque accidunt, obesse censent: noruntne quod illorum praesentia laedentur? *Men.* Necessario sequitur. *So.* Quid vero laesos homines, nonne isti miseros esse, quatenus laesi sunt, opinantur? *Men.* Hoc quoque necessarium. *So.* Miseros autem nonne infelices? *Men.* Reor equidem. *So.* Estne aliquis, qui miser & infelix esse velit? *Men.* Non videtur. *So.* Nemo

ὦ Μένων, τὰ κακὰ οὐδείς· εἴπερ μὴ βούλεται τοιοῦτος εἶναι. τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἄθλιον εἶναι, ἢ ἐπιθυμεῖν τῶν κακῶν καὶ
b. κτᾶσθαι; MEN. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν, ὦ Σώκρατες· καὶ οὐδεὶς βούλεται τὰ κακά. ΣΩ. Οὐκοῦν νῦν δὴ ἔλεγες ὅτι ἐστὶν ἡ ἀρετὴ βούλεσθαί τε τἀγαθὰ καὶ δύνασθαι; MEN. Εἶπον γάρ. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτου λεχθέντος, τὸ μὲν βούλεσθαι πᾶσιν ὑπάρχει· καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου βελτίων; MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι εἴπερ ἐστὶ βελτίων ἄλλος ἄλλου, κατὰ τὸ δύνασθαι ἂν εἴη ἀμείνων. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Τοῦτ' ἔσιν ἄρα, ὡς ἔοικε, κατὰ τὸν
c. σὸν λόγον ἀρετὴ, δύναμις τοῦ πορίζεσθαι τἀγαθά. MEN. Παντάπασι μοὶ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχειν ὡς σὺ νῦν ὑπολαμβάνεις. ΣΩ. Ἴδωμεν δὴ καὶ τοῦτο εἰ ἀληθὲς λέγεις. ἴσως γὰρ ἂν εὖ λέγοις. τὸ τἀγαθὰ φὴς οἵδντ' εἶναι πορίζεσθαι, ἀρετὴν εἶναι; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἀγαθὰ δὲ καλεῖς οὐχὶ οἷον ὑγίειάν τε καὶ πλοῦτον; καὶ χρυσίον λέγω καὶ ἀργύριον κτᾶσθαι, καὶ τιμὰς ἐν πόλει καὶ ἀρχάς; μὴ ἄλλ' ἄτ-

igitur mala vult, si quidem talis esse minime velit. nam quid aliud est esse miserum, quam cupere mala, in eaque incurrere? *Men.* Vera loqui videris, o Socrates: nemo enim vult mala. *So.* Nonne paulo ante dixisti, virtutem esse, bona velle ac posse? *Men.* Dixi equidem. *So.* An non ex eo, quod dictum est, voluntas quidem ipsa omnibus adest, atque hac ratione alius alio melior non est? *Men.* Apparet. *So.* Ergo siquidem est alius alio melior, nec id secundum voluntatem, sequitur, ut secundum potentiam sit melior. *Men.* Sequitur. *So.* Secundum igitur rationem tuam, hoc est virtus, bonorum comparandorum potestas. *Men.* Sic prorsus se habere videtur, ut nunc accipis. *So.* Animadvertamus itaque, utrum id vere asseras, necne. forte enim bene loqueris. Dic igitur, bona adipisci posse, virtutem esse dicis? *Men.* Isthuc ipsum. *So.* Bona vero nonne haec vocas, ceu sanitatem, divitias, aurumque & argentum plurimum possidere, honoribus praeterea & magistratibus in republica fungi? num alia quaedam

τα λέγεις τἀγαθὰ ἢ τὰ τοιαῦτα; MEN. Οὔκ· ἀλλὰ πάντα
λέγω τὰ τοιαῦτα. ΣΩ. Εἶεν. χρυσίον δὲ δὴ καὶ ἀργύριον d.
πορίζεσθαι, ἀρετή ἐστιν, ὡς φησι Μένων, ὁ τοῦ μεγάλου βα-
σιλέως πατρικὸς ξένος. πότερον προστίθης τι τούτῳ τῷ πόρῳ,
ὦ Μένων, τὸ δικαίως καὶ ὁσίως; ἢ οὐδέν σοι διαφέρει; ἀλλὰ
κἂν ἀδίκως τὶς αὐτὰ πορίζηται, ὁμοίως σὺ αὐτὰ ἀρετὴν κα-
λεῖς; MEN. Οὐ δή που, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ κακίαν. ΣΩ.
Πάντως δήπου δεῖ ἄρα, ὡς ἔοικε, τούτῳ τῷ πόρῳ δικαιο-
σύνην, ἢ σωφροσύνην, ἢ ὁσιότητα προσεῖναι, ἢ ἄλλό τι μόριον
ἀρετῆς· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔσαι ἀρετὴ, καίπερ ἐκπορίζουσα τἀγα- e.
θά. MEN. Πῶς γὰρ ἄνευ τούτων ἀρετὴ γένοιτ' ἄν; ΣΩ.
Τὸ δὲ μὴ ἐκπορίζειν χρυσίον καὶ ἀργύριον, ὅταν μὴ δίκαιον
ᾖ, μήτε αὐτῷ, μήτε ἄλλῳ, οὐκ ἀρετὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπο-
ρία; MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα μᾶλλον ὁ πόρος τῶν
τοιούτων ἀγαθῶν, ἢ ἡ ἀπορία, ἀρετὴ ἂν εἴη· ἀλλὰ, ὡς ἔοικεν,
ὃ μὲν ἂν μετὰ δικαιοσύνης γίγνηται, ἀρετὴ ἔσαι· ὃ δ' ἂν
ἄνευ πάντων τῶν τοιούτων, κακία. MEN. Δοκεῖ μοι ἀναγ- p.
79
a.

praeter ista bona nuncupas? *Men.* Nequaquam, sed omnia bona huiusmodi esse dico. *So.* Eia, aurum atque argentum acquirere virtus est, ut inquit Meno, magni regis patrius hospes. Utrum vero addis huic lucro, o Meno, iuste ac sancte lucrari? an nihil interest, sed etsi iniuste quis ista possidet, nihilominus quaestum huiusmodi virtutem vocas? *Men.* Nequaquam, o Socrates, sed vitium. *So.* Omnino igitur, ut videtur, huic acquisitioni, iustitiae, vel temperantiae, vel sanctitatis, aut alterius virtutis praesentia opus est: alioquin virtus minime erit, quamvis bona sibi vindicet. *Men.* Qui enim sine iis virtus exsistat? *So.* At non suppeditare aurum & argentum, quando minime iustum sit, aut sibi, aut alteri, neque etiam virtus est haec egestas? *Men.* Videtur. *So.* Nihilo magis igitur horum bonorum copia virtus erit, quam inopia. Verum, ut videtur, quodcunque cum iustitia fit, virtus est: quod autem absque illa eiusque similibus, pravitas. *Men.* Videtur mihi necessarium esse quod dicis. *So.* Nonne unum-

καῖον εἶναι ὡς λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτων ἕκαστον ὀλίγον πρότερον μόριον ἀρετῆς ἔφαμεν εἶναι τὴν δικαιοσύνην, καὶ σωφροσύνην, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα; MEN. Ναί. ΣΩ. Εἶτα, ὦ Μένων, παίζεις πρός με. MEN. Τί δή, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὅτι ἐμοῦ ἄρτι δεηθέντος σοῦ μὴ καταγνύναι μηδὲ κερματίζειν τὴν ἀρετήν, καὶ δόντος παραδείγματα καθ' ἃ δέοι ἀποκρίνεσθαι, τούτου μὲν ἠμέλησας, λέγεις δέ μοι
b. ὅτι ἀρετή ἐστιν οἵδντ' εἶναι τἀγαθὰ πορίζεσθαι μετὰ δικαιοσύνης· τοῦτο δὲ φῂς μόριον ἀρετῆς εἶναι. MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν συμβαίνει, ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ μορίου ἀρετῆς πράττειν ὅ, τι ἂν πράττοις, τοῦτο ἀρετὴν εἶναι. τὴν γὰρ δικαιοσύνην μόριον φῂς ἀρετῆς εἶναι, καὶ ἕκαστα τούτων. MEN. Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγω; ΣΩ. Ὅτι ἐμοῦ δεηθέντος ὅλην εἰπεῖν τὴν ἀρετήν, αὐτὴν μὲν πολλοῦ δεῖ σ' εἰπεῖν ὅ, τι ἐστί· πᾶσαν δὲ φῂς πρᾶξιν ἀρετὴν εἶναι, ἐάνπερ μετὰ
c. μορίου ἀρετῆς πράττηται. ὥσπερ εἰρηκὼς ὅ, τι ἀρετή ἐστι τὸ ὅλον, καὶ ἤδη γνωσομένου ἐμοῦ, καὶ ἐὰν σὺ κατακερματίζῃς αὐτὴν κατὰ μόρια. δεῖ οὖν σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἐμοὶ δο-

quodque horum paulo ante virtutis partem esse diximus, iustitiam, & temperantiam, ceteraque huiusmodi? *Men.* Diximus plane. *So.* Siccine, o Meno, me deludis? *Men.* Quorsum haec, o Socrates? *So.* Quoniam cum te orassem, ne amplius virtutem conscinderes, neve discerperes, & exempla respondendi dedissem, hoc neglecto virtutem esse dicis, bona cum iustitia comparare posse: iustitiam vero virtutis partem esse confessus es. *Men.* Sic est. *So.* Nonne efficitur ex iis, quae iam concessisti, virtutem esse, agere cum parte virtutis, quidquid agitur? Iustitiam enim & huiusmodi singula virtutis particulas confiteris. *Men.* Quid tum? *So.* Quia cum rogassem, ut totam ipsam virtutem ostenderes, quid ipsa sit, nullo modo explicuisti: omnem vero actionem, quaecunque cum parte virtutis fit, virtutem esse dixisti: quasi quid tota virtus sit, dixeris, atque ipse intelligere tum queam, si abs te in particulas dividatur. Eadem igitur quaestio rursus, o Meno, tibi subo-

κεῖ, τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως, ὦ φίλε Μένων, τί ἐστιν ἀρετή. ἢ μετὰ μορίου ἀρετῆς πᾶσα πρᾶξις, ἀρετὴ ἂν εἴη; τοῦτο γάρ ἐστι λέγειν, ὅταν λέγῃ τὶς ὅτι πᾶσα ἡ μετὰ δικαιοσύνης πρᾶξις, ἀρετή ἐστιν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι πάλιν δεῖσθαι τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως; ἀλλ' οἴει τινὰ εἰδέναι μόριον ἀρετῆς ὅ, τι ἐστὶν, αὐτὴν μὴ εἰδότα; MEN. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Εἰ γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτ' ἐγώ σοι ἄρτι ἀπεκρινάμην περὶ τοῦ σχήματος, ἀπεβάλλομέν που τὴν τοιαύτην ἀπόκρισιν, τὴν διὰ τῶν ἔτι ζητουμένων καὶ μήπω ὡμολογημένων ἐπιχειροῦσαν ἀποκρίνεσθαι. MEN. Καὶ ὀρθῶς γε ἀπεβάλλομεν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Μὴ τοίνυν, ὦ ἄριστε, μηδὲ σὺ ἔτι ζητουμένης ἀρετῆς ὅλης ὅ, τι ἐστὶ, οἷον διὰ τῶν ταύτης μορίων ἀποκρινόμενος δηλώσειν αὐτὴν ὁτῳοῦν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τούτῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ λέγων· ἀλλὰ πάλιν τῆς αὐτῆς δεήσεσθαι ἐρωτήσεως. τίνος ὄντος ἀρετῆς λέγεις ἃ λέγεις; ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν; MEN. Ἔμοιγε δοκεῖς ὀρθῶς λέγειν. ΣΩ. Ἀπόκριναι τοίνυν πάλιν ἐξ ἀρχῆς, τί φὴς ἀρετὴν εἶναι καὶ σὺ καὶ ὁ ἑταῖρός σου. MEN. Ὦ Σώκρατες, ἤκουον μὲν ἔγωγε πρὶν καὶ συγγενέσθαι σοὶ, ὅτι

ritur, quid virtus ſit: ſi quidem omnis actio cum virtutis parte ſit virtus. Id namque tunc dicitur, cum omnis actio cum iuſtitia virtus eſſe definitur. an non eadem iterum quaeſtione opus eſſe vides? num putas, quempiam virtutis partem aliquam noſſe, qui totius naturam minime norit? *Men.* Non videtur. *So.* Si enim memineris quae in ſuperioribus de figura tibi reſpondi, reiecimus utique reſponſionem illam, quae per ea fit, quibus ulteriori probatione opus eſt, necdum rata habentur. *Men.* Et merito quidem reiecimus. *So.* Neque tu igitur, o vir optime, cum quaeritur, quid ipſa in univerſum ac tota ſit virtus, partes reſpondens, eam quaerentibus patefacias, neque aliud quidquam eodem modo reſpondens: ſed rurſus eadem interrogatione opus erit, quidnam virtus ſit, de qua dicis ea, quae dicis. Num aliquid tibi dicere videor? *Men.* Mihi quidem probe loqui videris. *So.* Reſponde itaque iterum a principio, quid eſſe virtutem & tu & amicus ille tuus aſſeri-

p. σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός τε ἀπορεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς
80 ἀπορεῖν· καὶ νῦν, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖς, γοητεύεις με καὶ φαρ-
a. μάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις, ὥστε μεστὸν ἀπορίας γε-
γονέναι. καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς, εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι,
ἐμβριότατος εἶναι τό, τε εἶδος καὶ τἄλλα, ταύτῃ τῇ πλατείᾳ
νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ· καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ
ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν
τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν. ἀληθῶς γὰρ ἔγωγε καὶ τὴν ψυχὴν
b. καὶ τὸ σῶμα ναρκῶ, καὶ οὐκ ἔχω ὅ, τι ἀποκρίνωμαί σοι.
καίτοι μυριάκις γε περὶ ἀρετῆς παμπόλλους λόγους εἴρηκα
καὶ πρὸς πολλοὺς, καὶ πάνυ εὖ, ὥσγε ἐμαυτῷ ἐδόκουν· νῦν
δὲ οὐδ' ὅ, τι ἐστὶ, τοπαράπαν ἔχω εἰπεῖν. καὶ μοι δοκεῖς εὖ
βουλεύεσθαι, οὐκ ἐκπλέων ἐνθένδε, οὐδ' ἀποδημῶν. εἰ γὰρ
ξένος ἐν ἄλλῃ πόλει τοιαῦτα ποιεῖς, τάχ' ἂν ὡς γόης ἀπαχ-
θείης. ΣΩ. Πανοῦργος εἶ, ὦ Μένων, καὶ ὀλίγου ἐξηπάτη-

tis? *Men.* Audieram equidem, o Socrates, antequam te alloquerer, morem esse tuum nihil aliud quam dubitare, & aliis scrupulos dubitationum iniicere. & nunc quidem, ut mihi videris, me praestigiis, & veneficiis incantationibusque perturbas, adeo ut ambiguitatis sim plenus. Ac mihi videris omnino, si tamen te iocando mordere aliquantulum decet, quam simillimus esse tum forma, tum ceteris omnibus, latissimo illi pisci marino, qui Torpedo dicitur. ille siquidem hominem sibi propinquantem tangentemque stupidum reddit. Tu quoque nunc tale aliquid feciisse videris, ut me stupefacias. revera enim & animum simul & os stupidum habeo, haesitoque, nec quid tibi respondeam, invenio, quanquam decies & millies iam de virtute & multa & adversus quam plurimos, ut mihi visus sum, quam optime disputavi. at in praesentia nec etiam quid ipsa sit virtus, proferre ullo pacto valeo. Itaque caute tibi consuluisse te censeo, quod nunquam alio peregrinaris. nam si advena in aliena urbe haec ageres, utpote praestigiator quidam atque veneficus supplicio forsitan afficereris. *So.* Callidus es, o Meno, ac me propemodum nunc decepi-

σας με. MEN. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Γιγνώσκω οὗ ἕνεκα μὲ εἴκασας. MEN. Τίνος δὴ οἴει; ΣΩ. Ἵνα σε ἀν- c.
τεικάσω. ἐγὼ δὲ τόδε οἶδα περὶ πάντων τῶν καλῶν, ὅτι χαί-
ρουσιν εἰκαζόμενοι. λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς. καλαὶ γὰρ, οἶμαι,
τῶν καλῶν καὶ αἱ εἰκόνες. ἀλλ' οὐκ ἀντεικάσομαί σε. ἐγὼ δὲ
εἰ μὲν ἡ νάρκη αὐτὴ ναρκῶσα, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖ
ναρκᾶν, ἔοικα αὐτῇ· εἰ δὲ μὴ, οὔ. οὐ γὰρ εὐπορῶν αὐτὸς,
τοὺς ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν· ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον αὐτὸς ἀπο-
ρῶν, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν. καὶ νῦν περὶ ἀρετῆς, d.
ὅ ἐστιν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα· σὺ μέντοι ἴσως πρότερον μὲν ἠδει-
σθα πρὶν ἐμοῦ ἅψασθαι, νῦν μέντοι ὁμοίως εἰ οὐκ εἰδότι.
ἐμοῦ δὲ ἔθελω μετὰ σοῦ σκέψασθαι καὶ συζητῆσαι ὅ, τι ποτέ
ἐστι. MEN. Καὶ τίνα τρόπον ζητήσεις, ὦ Σώκρατες, τοῦτο,
ὃ μὴ οἶσθα τοπαράπαν ὅ, τι ἐστί; ποῖον γὰρ ὧν οὐκ οἶσθα
προθέμενος, ζητήσεις; ἢ, εἰ καὶ ὁτιμάλιστα ἐντύχοις αὐτῷ,
πῶς εἴσῃ ὅ, τι τοῦτό ἐστιν ὃ σὺ οὐκ ἠδεισθα; ΣΩ. Μανθάνω

sti. *Men.* Quamobrem, o Socrates? *So.* Video enim iam, quam ob cauſam hac imagine me depingas. *Men.* Quid fuiſſe cauſae arbitraris? *So.* Ut ipſe quoque te contra depingam. viri enim honeſto habitu praediti cum effinguntur, delectari ſolent: illud quippe conducit. honeſtorum enim honeſtae ſunt & imagines. at ego perſonam tuam minime effingam. Equidem ſi piſcis ille ſtupidus ipſe alios reddit ſtupidos, ei ſum perſimilis: ſecus autem minime. neque enim expeditus ipſe, ceteros titubare compello: ſed maxime omnium dubitans ego, dubitare alios quoque facio. Etenim in praeſentia quid virtus ſit, haud certe novi. tu tamen forte, priusquam mihi occurreres, noveras: nunc vero ignoranti mihi ſimilis evaſiſti. verumtamen una tecum rem diſcutere hanc inſtitui, quidve ſit virtus inveſtigare. *Men.* At quo tramite id inveſtigabis, o Socrates, quod quidem omnino quid ſit ignoras? quale enim tibi proponens, id quod ignoras inquireres? aut etiamſi in illud incidas, quonam ſigno id quod ignoraveras, eſſe illud agnoſces? *So.* Intelligo quid velis, o Meno. At tu animadver-

c. οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων. ὁρᾷς τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις; ὡς οὐκ ἄρα ἐστὶ ζητεῖν ἀνθρώπῳ οὔτε ὃ οἶδεν, οὔτε ὃ μὴ οἶδεν. οὔτε γὰρ ἂν γε ὃ οἶδε ζητοῖ· (οἶδε γάρ· καὶ οὐδὲν δεῖ τῷγε τοιούτῳ ζητήσεως) οὔτε ὃ μὴ οἶδεν. οὐδὲ γὰρ οἶδεν
p. ὅ, τι ζητήσει. Οὔκουν καλῶς σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὁ λόγος οὗ-
81 τος, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε. MEN. Ἔχεις λέγειν
a. ὅπη; ΣΩ. Ἔγωγε. ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα. MEN. Τίνα λόγον λεγόντων; ΣΩ. Ἀληθῆ, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ καλόν. MEN. Τίνα τοῦτον; καὶ τίνες οἱ λέγοντες; ΣΩ. Οἱ μὲν λέγοντες εἰσὶ τῶν ἱερέων τε καὶ τῶν ἱερειῶν, ὅσοις μεμέληκε περὶ ὧν μεταχειρίζονται, λόγον οἵοις τ' εἶναι διδόναι. λέγει δὲ καὶ Πίνδα-
b. ρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν, ὅσοι θεῖοί εἰσιν. ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει, εἴ σοι δοκοῦσιν ἀληθῆ λέγειν. φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον· καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾷν (ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι) τοτὲ δὲ πάλιν γίγνεσθαι· ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέποτε. δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς

tisne, quam litigiosam argumentationem in medium adduxisti? quod videlicet homo, neque quod novit, neque quod ignorat, potest inquirere. Nam si noscit, nulla inquisitione opus est. Sed neque quod nescit, investigabit: non enim novit quid quaerat. *Men.* Nonne recte induci, o Socrates, hanc rationem existimas? *So.* Nequaquam. *Men.* Potesne dicere, cur tibi non placeat? *So.* Possum. id enim a viris & mulieribus divinarum rerum peritis quandoque percepi. *Men.* Quis istorum fermo? *So.* Verus, ut mihi videtur, atque praeclarus. *Men.* Quis, inquam, iste? & quinam testantur? *So.* Qui hoc asserunt, sancti viri sunt, ac sanctae etiam mulieres, quibuscunque cura exstitit, ut eorum quae profitentur rationem reddere possent. Tradit praeterea Pindarus, & ceteri, quicunque poëtarum divini sunt, talia quaedam: quae adverte, quaeso, num vera tibi videantur. Ferunt enim, hominis animum immortalem esse: eumque tum decedere, quod quidem mori vocant: tum iterum redire: interire vero nunquam. quam ob causam vitam

ἐσιώτατα διαβιῶναι τὸν βίον. οἵσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξεται, εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν. ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει c.
κραιπνοὶ, σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται. ἅτε οὖν ἡ ψυχὴ ἀθάνατός τε οὖσα καὶ πολλάκις γεγονυῖα, καὶ ἑωρακυῖα καὶ τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ἅιδου, καὶ πάντα χρήματα, οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ μεμάθηκεν. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ ἄλλων οἵόντε εἶναι αὐτὴν ἀναμνησθῆναι ἅγε καὶ πρότερον ἠρίσατο. ἅτε γὰρ τῆς φύσεως ἁπάσης συγγενοῦς οὔσης, καὶ μεμαθηκυίας τῆς ψυχῆς ἅπαντα, οὐδὲν d.
κωλύει ἓν μόνον ἀναμνησθέντα (ὃ δὴ μάθησιν καλοῦσιν ἄνθρωποι,) τἆλλα πάντα αὐτὸν ἀνευρεῖν, ἐάν τις ἀνδρεῖος ᾖ, καὶ μὴ ἀποκάμῃ ζητῶν. τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν, ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν. οὔκουν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ τῷ ἐριστικῷ λόγῳ. οὗτος μὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε· καὶ ἔστι τοις μαλακοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡδὺς ἀκοῦσαι· ὅδε δὲ ἐργαστικούς

quam ſanctiſſime agere monent. Quicunque enim antiquae miſeriae poenas Proſerpinae iam dederunt, iis illa ad ſupernum ſolem nono anno rurſus animam reddit, quouſque in reges, gloria, ſagacitate, ſapientiaque praeſtantes evadant. reliquum autem tempus ſancti heroës inter homines vocantur. Cum ergo animus immortalis ſit, ac ſaepius in hanc vitam redierit, videritque perſaepe & quae in hac, & quae in alia vita ſunt, omniaque perceperit: nihil utique reſtat, quin ipſe didicerit. quam ob rem nihil mirum eſt, ſi eorum, quae ad virtutem & ad alia pertinent, reminiſci poſſit, quippe cum olim illa cognoverit. Cum enim tota natura cognata ſit ac ſibimet conſona, & animus cuncta didicerit, nihil prohibet hominem, unius cuiuſdam reminiſcentem, quam diſciplinam vocant, reliqua omnia recuperare, ſi quis adeo conſtans ſit, ut quaerendo minime fatigetur. quaerere igitur ac diſcere, reminiſcentia eſt. Quapropter litigioſae illi argumentationi nequaquam credere decet. pigros enim nos quodammodo redderet. atque

c. τε καὶ ζητητικοὺς ποιεῖ. ᾧ ἐγὼ πιστεύων ἀληθῆ εἶναι, ἐθέλω μετὰ σοῦ ζητεῖν ἀρετὴν ὅ, τι ἐστί. MEN. Ναί, ὦ Σώκρατες. ἀλλ' ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν, ἀνάμνησίς ἐστιν; ἔχεις με τοῦτο διδάξαι ὡς οὕτως ἔχει; ΣΩ. Καὶ ἄρτι εἶπον, ὦ Μένων, ὅτι πανοῦργος εἶ, καὶ νῦν ἐρωτᾷς εἰ ἔχω σε διδάξαι· ὃς οὐ φημὶ διδαχὴν
p. εἶναι, ἀλλ' ἀνάμνησιν· ἵνα δὴ εὐθὺς φαίνωμαι αὐτὸς ἐμαυτῷ
82 τἀναντία λέγων. MEN. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, οὐ
a. πρὸς τοῦτο βλέψας εἶπον, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἔθους. ἀλλ' εἰπὲ μοι ἔχεις ἐνδείξασθαι ὅτι ἔχει ὥσπερ λέγεις, ἔνδειξαι. ΣΩ. Ἀλλ' ἔστι μὲν οὐ ῥᾴδιον, ὅμως δὲ ἐθέλω προθυμηθῆναι, σοῦ ἕνεκα. ἀλλά μοι προσκάλεσον τῶν πολλῶν ἀκολούθων τουτωνὶ τῶν σαυτοῦ ἕνα, ὁντινα βούλει· ἵνα ἐν τουτωῒ σοὶ ἐπιδείξωμαι.
b. MEN. Πάνυ γε· δεῦρο πρόσελθε. ΣΩ. Ἕλλην μέν ἐστι, καὶ ἑλληνίζει; MEN. Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής. ΣΩ. Πρόσεχε δὴ τὸν νοῦν, ὁπότερ' ἄν σοι φαίνηται, ἢ ἀναμιμνησκό-

adeo ea mollioribus hominibus mirifice placet. Ratio autem noſtra ſolertes rerum inveſtigatores efficit: qua ipſe utpote vera fretus, una tecum quid ſit virtus perſcrutari deſidero. *Men.* Immo, o Socrates. itane vero abſolute id aſſeris, nos minime diſcere: quam vero diſciplinam vocamus, eam reminiſcentiam eſſe? poteſne hoc ita eſſe me docere? *So.* In ſuperiobus quoque, o Meno, te callidum eſſe dixi, & nunc rogas utrum docere te poſſim, cum ante nullam eſſe diſciplinam, ſed reminiſcentiam, aſſeruerim: ut e veſtigio mihi ipſi repugnare videar. *Men.* Per Iovem, o Socrates, non hoc inſtituebam, ſed conſuetudine potius quadam ita locutus ſum. quod ſi qua ratione illud mihi oſtendere potes, oſtende obſecro. *So.* Haudquaquam facile eſt: tui tamen gratia conabor. Verum huc ad me unum aliquem, quem voles, ex multis qui te ſequuntur, accerſe, ut in eo demonſtrationem hanc experiamur. *Men.* Libenter. heus tu, huc ades. *So.* Graecuſne eſt, & Graece loquitur? *Men.* Et Graecus eſt, & in domo mea genitus atque educatus. *So.* Attende igitur, num illi in memoriam reducam, an

μενος, ἢ μανθάνων παρ' ἐμοῦ. ΜΕΝ. Ἀλλὰ προσέξω. ΣΩ. 12
Εἰπὲ δή μοι, ὦ παῖ, γιγνώσκεις τετράγωνον χωρίον ὅτι
τοιοῦτόν ἐστι; ΠΑΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἔξιν οὖν τετράγωνον χω-
ρίον, ἴσας ἔχον τὰς γραμμὰς ταύτας πάσας, τέτταρας οὔ- c.
σας; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐ καὶ ταυτασὶ τὰς διὰ μέσου
ἔξιν ἴσας ἔχον; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν τοιοῦτον χω-
ρίον καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Εἰ οὖν
εἴη αὕτη ἡ πλευρὰ δυοῖν ποδοῖν, καὶ αὕτη δυοῖν· πόσων ἂν εἴη
ποδῶν τὸ ὅλον; ὧδε δὲ σκόπει· εἰ ἐν ταύτῃ, δυοῖν ποδοῖν, ταύ-
τῃ δὲ, ἑνὸς ποδὸς μόνον, ἄλλοτι ἄπαξ ἦν ἂν δυοῖν ποδοῖν τὸ
χωρίον; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Ἐπειδὴ δὲ δυοῖν ποδοῖν καὶ ταύτῃ, d.
ἄλλό τι ἢ δὶς δυοῖν γίγνεται; ΠΑΙ. Γίγνεται. ΣΩ. Δυοῖν
ἄρα δὶς γίγνεται ποδῶν. ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πόσοι οὖν εἰσὶν οἱ
δὶς δύο πόδες, λογισάμενος εἰπέ. ΠΑΙ. Τέτταρες, ὦ Σώκρα-
τες. ΣΩ. Οὐκοῦν γένοιτ' ἂν τούτου τοῦ χωρίου ἕτερον διπλά-
σιον, τοιοῦτον δέ; ἴσας ἔχον πάσας τὰς γραμμὰς ὥσπερ τοῦ-
το; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πόσων οὖν ἕξαι ποδῶν; ΠΑΙ. Ὀκτώ.
ΣΩ. Φέρε δὴ, πειρῶ μοι εἰπεῖν πηλίκη τις ἕξαι ἐκείνου ἡ γραμ-

doceam. *Men.* Attendam certe. *So.* Dic age, o puer, cognoscisne hoc tale spatium quadrangulum esse? *Pu.* Equidem. *So.* Habetne quadrangulus has omnes quatuor lineas aequales? *Pu.* Habet. *So.* An non & istas quae per medium protrahuntur, aequales habet? *Pu.* Et istas. *So.* Nonne & maior & minor esse potest? *Pu.* Potest. *So.* Si ergo sit hoc latus duorum pedum, & istud quoque duorum, quot pedum totum ipsum erit? Sic autem considera. Si latus hoc duorum esset pedum, illud vero unius, essetne plus quam semel duorum pedum hoc spatium? *Pu.* Semel. *So.* Quoniam vero alterum quoque latus duorum pedum est, num aliud quam bis duorum pedum fit? *Pu.* Isthuc ipsum. *So.* Duorum ergo bis pedum efficitur. *Pu.* Ita. *So.* Quotnam sunt bis duo pedes? computa. *Pu.* Quatuor. *So.* An non fieri potest spatium aliud ad hoc duplum, habens similiter omnes aequales lineas, quemadmodum istud habere vides? *Pu.* Prorsus. *So.* Quot pedum erit? *Pu.* Octo.

c. μὴ ἐκάζῃ. ἡ μὲν γάρ τοῦδε, δυοῖν ποδοῖν· τί δὲ ἡ ἐκείνου τοῦ διπλασίου; ΠΑΙ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι διπλασία. ΣΩ. Ὁρᾷς, ὦ Μένων, ὡς ἐγὼ τούτων οὐδὲν διδάσκω, ἀλλ' ἐρωτῶ πάντα; καὶ νῦν οὗτος οἴεται εἰδέναι ὁποία ἐξίν, ἀφ' ἧς τὸ ὀκτάπουν χωρίον γενήσεται. ἢ οὐ δοκεῖ σοι; MEN. Ἔμοιγε. ΣΩ. Οἶδεν οὖν; MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οἴεται δέ γε, ἀπὸ τῆς διπλασίας; MEN. Ναί. ΣΩ. Θεῶ δὴ αὐτὸν ἀναμιμνησκόμενον ἐφεξῆς, ὡς δεῖ ἀναμιμνήσκεσθαι. σὺ δέ μοι λέγε, ἀπὸ τῆς διπλασίας γραμμῆς φὴς τὸ διπλάσιον χωρίον
p. γίγνεσθαι; τοιόνδε λέγω· μὴ ταύτῃ μὲν, μακρὸν, τῇ δὲ,
§3 βραχύ· ἀλλὰ ἴσον πανταχῇ ἔχω, ὥσπερ τουτί· διπλάσιον δὲ
a. τούτου, ὀκτάπουν. ἀλλὰ ὅρα εἰ ἔτι σοὶ ἀπὸ τῆς διπλασίας δοκεῖ ἔσεσθαι. ΠΑΙ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Οὐκοῦν διπλασία αὕτη ταύτης γίγνεται, ἂν ἑτέραν τοσαύτην προσθῶμεν ἐνθένδε; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἀπὸ ταύτης δὴ, φῂς, ἔσαι τὸ ὀκτάπουν χωρίον, ἂν τέτταρες τοσαῦται γένωνται; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ.
b. Ἀναγραψώμεθα δὴ ἀπ' αὐτῆς ἴσας τέτταρας. ἄλλό τι ἢ

So. Age, iam conare mihi dicere, qualis eſt quaelibet illius linea: huius ſiquidem duorum pedum. linea vero illius dupli, qualis? *Pu.* Patet, o Socrates, eſſe duplam. *So.* Cernis, o Meno, me nihil ex his docere, ſed ſingula potius interrogare? & nunc iſte noſſe ſe putat, qualis ea ſit, a qua ſpatium octo pedum conficietur. An non tibi videtur? *Men.* Mihi quidem. *So.* Novit igitur? *Men.* Minime. *So.* Putat autem a dupla? *Men.* Ita. *So.* Aſpice deinceps hunc per ordinem, ut oportet, reminiſcentem. Tu autem dic, amabo, a dupla linea duplum ſpatium naſci fateris? tale profecto dico, quod non hac longum, illa breve; ſed aequale undique, quemadmodum iſtud: duplum vero iſtius, octo pedum. ſed inſpice, an tibi adhuc a dupla fieri videatur. *Pu.* Mihi plane. *So.* Nonne huius dupla haec fit, ſi aliam aequalem huic adiiciamus? *Pu.* Prorſus. *So.* Ab hac fore dicis octo pedum ſpatium, ſiquidem quatuor huic aequales efficiantur? *Pu.* Aio. *So.* Deſcribamus iterum igitur ab hac aequales quatuor: aliudne, quam quod octo pe-

τουτὶ ἂν εἴη ὃ φὴς τὸ ὀκτάπουν εἶναι; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν αὐτῷ ἐστι ταυτὶ τέτταρα, ὧν ἕκαστον ἴσον τούτῳ ἐστὶ τῷ τετράποδι; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πόσον οὖν γίνεται; οὐ τετράκις τοσοῦτον; ΠΑΙ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Διπλάσιον οὖν ἐστι τὸ τετράκις τοσοῦτον; ΠΑΙ. Οὐ μὰ Δια. ΣΩ. Ἀλλὰ ποσαπλάσιον; ΠΑΙ. Τετραπλάσιον. ΣΩ. Ἀπὸ τῆς διπλασίας ἄρα, ὦ παῖ, οὐ διπλάσιον, ἀλλὰ τετραπλάσιον γίγνεται χωρίον. c. ΠΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τεττάρων γὰρ τετράκις, ἐστὶν ἑκκαίδεκα. οὐχί; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Ὀκτάπουν δ' ἀπὸ ποίας γραμμῆς; οὐχὶ ἀπὸ μὲν ταύτης τετραπλάσιον; ΠΑΙ. Φημί. ΣΩ. Τέταρτον δὲ ἀπὸ τῆς ἡμίσεως ταυτησὶ τουτί; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Εἶεν. τὸ δὲ ὀκτάπουν, οὗ τοῦδε μὲν διπλάσιόν ἐστι, τούτου δὲ, ἥμισυ; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκ ἀπὸ μὲν μείζονος ἔσται ἢ τοσαύτης γραμμῆς, ἀπὸ ἐλάττονος δὲ ἢ τοσησ- d. δί; ἢ οὔ; ΠΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω. ΣΩ. Καλῶς. τὸ γάρ σοι δοκοῦν, τοῦτο ἀποκρίνου· καί μοι λέγε· οὐχ ἥδε μὲν, δυοῖν ποδοῖν ἦν, ἡ δὲ, τεττάρων; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Δεῖ ἄρα τὴν τοῦ ὀκτάποδος χωρίου γραμμὴν μείζω μὲν εἶναι τῆσδε τῆς

dum vocas, ſuborietur? *Pu.* Hoc ipſum. *So.* Nonne in ipſo ſunt haec quatuor, quorum quodlibet illi quadrupedali aequale eſt? *Pu.* Certe. *So.* Quantum itaque fit? an non quater tantum? *Pu.* Quidni? *So.* Num duplum eſt id, quod quater tantum? *Pu.* Non per Iovem. *So.* At quotuplum? *Pu.* Quadruplum. *So.* A dupla ergo, o Puer, non duplum, ſed quadruplum ſpatium procreatur. *Pu.* Vera loqueris. *So.* Quater enim quatuor ſex & decem complent. nonne? *Pu.* Sic eſt. *So.* Octo pedum autem ſpatium a qua linea? nonne ab hac quadruplum? *Pu.* Fateor. *So.* Quartum vero hoc ab hac dimidia? *Pu.* Ita. *So.* Age igitur, octo pedum nonne huius duplum eſt, illius vero dimidium? *Pu.* Immo. *So.* An non erit ergo a maiori linea quam hac tanta, & a minori quam illa tanta? *Pu.* Mihi quidem videtur. *So.* Sic utique recte loqueris. quod enim tibi videtur, id reſponde: ac mihi dicas, haecne duorum pedum, illa quatuor? *Pu.* Ita. *So.* Oportet itaque

δίποδος, ἐλάττω δὲ τῆς τετράποδος. ΠΑΙ. Δεῖ. ΣΩ. Πειρῶ δὴ λέγειν πηλίκην τινὰ φῂς αὐτὴν εἶναι. ΠΑΙ. Τρίποδα. ΣΩ.
c. Οὐκοῦν ἄνπερ τρίπους ᾖ, τὸ ἥμισυ ταύτης προσληψόμεθα, καὶ ἔσαι τρίπους; δύο μὲν γὰρ, οἵδε· ὁ δὲ, εἷς. καὶ ἐνθένδε ὡσαύτως. δύο μὲν, οἵδε· ὁ δὲ, εἷς. καὶ γίγνεται τοῦτο τὸ χωρίον ὃ φῄς. ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἂν ᾖ τῇδε, τριῶν, καὶ τῇδε τριῶν, τὸ ὅλον χωρίον, τριῶν τρὶς ποδῶν γίγνεται; ΠΑΙ. Φαίνεται. ΣΩ. Τρεῖς δὲ τρὶς πόσοι εἰσὶ πόδες; ΠΑΙ. Ἐννέα. ΣΩ. Ἔδει δὲ τὸ διπλάσιον πόσων εἶναι ποδῶν; ΠΑΙ. Ὀκτώ. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα ἀπὸ τῆς τρίποδός πω τὸ ὀκτάπουν χωρίον γίγνεται. ΠΑΙ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλ' ἀπὸ ποίας πειρῶ
p. ἡμῖν εἰπεῖν ἀκριβῶς· καὶ εἰ μὴ βούλει ἀριθμεῖν, ἀλλὰ δεῖξον
84 ἀπὸ ποίας. ΠΑΙ. Ἀλλὰ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε
a. οὐκ οἶδα. ΣΩ. Ἐννοεῖς αὖ, ὦ Μένων, οὗ ἐξιν ἤδη βαδίζων ὅδε τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι; ὅτι τὸ μὲν πρῶτον, ᾔδει μὲν οὐ ἴστις ἐξὶν ἡ τοῦ ὀκτάποδος χωρίου γραμμὴ, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πω οἶδεν· ἀλλ' οὖν ᾤετο ταύτην τότε εἰδέναι, καὶ θαρραλέως

octo pedum ſpatii lineam maiorem eſſe linea ſpatii bipedalis, minorem vero quadrupedalis linea. *Pu.* Oportet. *So.* Annitere, ut nobis qualis ſit dicas. *Pu.* Tripedalis. *So.* Nonne ſi tripedalis eſt, dimidium huius aſſumemus, eritque tripedalis? duo quidem hi, ille autem unus: & illinc eodem modo, duo quidem iſti, iſte autem unus: fitque hoc quod ais ſpatium. *Pu.* Ita. *So.* Nonne ſi hac trium eſt, & illa trium, totum utique ſpatium ter trium pedum conficitur? *Pu.* Apparet. *So.* Ter vero tres, quot pedes ſunt? *Pu.* Novem. *So.* Duplum autem quot pedum eſſe ſupra oportuit? *Pu.* Octo. *So.* Non ergo a tripedali ſpatium octo pedum exoritur. *Pu.* Non profecto. *So.* A quali igitur conare nobis liquido exprimere: quod niſi numerare velis, ſaltem a quali demonſtra. *Pu.* Per Iovem, o Socrates, haud novi. *So.* Advertis iterum, o Meno, quo ſit reminiſcendo iam progreſſus? Nam ab ipſo principio diſputandi nequaquam noverat, quae ſit octo pedum ſpatii linea, quemadmodum nec in praeſentia novit: verum tunc ſe noſſe

ἀπεκρίνετο, ὡς εἰδὼς, καὶ οὐχ ἡγεῖτο ἀπορεῖν· νῦν δὲ ἡγεῖται ἀπορεῖν ἤδη, καὶ ὥσπερ οὐκ οἶδεν, οὐδ' οἴεται εἰδέναι. MEN. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν νῦν βέλτιον ἔχει περὶ b. τὸ πρᾶγμα ὃ οὐκ ἤδει; MEN. Καὶ τοῦτο μοὶ δοκεῖ. ΣΩ. Ἀπορεῖν οὖν αὐτὸν ποιήσαντες, καὶ ναρκᾶν ὥσπερ ἡ νάρκη, μῶν τι ἐβλάψαμεν; MEN. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ ΣΩ. Προὔργου γοῦν τι πεποιήκαμεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τὸ ἐξευρεῖν ὅπη ἔχει. νῦν μὲν γὰρ καὶ ζητήσειεν ἂν ἡδέως, οὐκ εἰδώς· τότε δὲ ῥᾳδίως ἂν καὶ πρὸς πολλοὺς καὶ πολλάκις ᾤετ' ἂν εὖ λέγειν περὶ τοῦ διπλασίου χωρίου, ὡς δεῖ διπλασίαν τὴν γραμ- c. μὴν ἔχειν μήκει. MEN. Ἔοικεν. ΣΩ. Οἴει οὖν ἂν αὐτὸν πρότερον ἐπιχειρῆσαι ζητεῖν ἢ μανθάνειν τοῦτο ὃ ᾤετο εἰδέναι, οὐκ εἰδὼς, πρὶν εἰς ἀπορίαν κατέπεσεν, ἡγησάμενος μὴ εἰδέναι, καὶ ἐπόθησε τὸ εἰδέναι; MEN. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ὤνητο ἄρα ναρκήσας. MEN. Δοκεῖ μοι. ΣΩ. Σκέψαι δὴ ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας, ὅτι καὶ ἀνευρήσει ζητῶν

illam opinabatur, & audacter nimium, quasi sciens, respondebat, nec deesse sibi quidquam putabat: nunc autem egere se iam existimat, &, ut ignorat, sic se ignorare fatetur. *Men.* Vera dicis. *So.* Nonne rectius nunc ad id, quod ignorabat, affectus est? *Men.* Hoc quoque arbitror. *So.* Cum ergo ambigere ipsum compulerim, & piscis illius more stupidum fecerim, num aliquid obfui? *Men.* Non, ut mihi videtur. *So.* Operae pretium itaque, ut videtur, fecimus ad veritatem inveniendam. Nunc enim, utpote ignorantiae suae conscius, libenter & sponte perquireret: at tunc sine controversia, & saepe, & adversus quam plurimos, loqui se recte arbitrabatur, dum spatium duplum, duplam longitudine lineam habere oportere profiteretur. *Men.* Videtur. *So.* Num censes, ipsum unquam dedisse operam, ut id vel inveniret, vel disceret, quod cum ignoraret, nosse rebatur, priusquam in hanc ambiguitatem incideret, qua & suam ignorantiam deprehendit, & scientiam appetere coepit? *Men.* Nequaquam, o Socrates. *So.* Profuit igitur sibi stupor eiusmodi. *Men.* Videtur. *So.* Considera ita-

d. μετ' ἐμοῦ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐρωτῶντος ἐμοῦ καὶ μὴ διδάσκοντος. φύλαττε δὲ ἄν που εὕρῃς με διδάσκοντα καὶ διεξιόντα αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ τὰς τούτου δόξας ἀνερωτῶντα. λέγε γάρ μοι σύ. οὐ τὸ μὲν τετράπουν τοῦτο ἡμῖν ἔστι χωρίον; μανθάνεις; ΠΑΙ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἕτερον δὲ αὐτῷ προσθεῖμεν ἂν τουτὶ ἴσον; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Καὶ τρίτον τόδε ἴσον ἑκατέρῳ τούτων; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν προσαναπληρωσαίμεθ' ἂν τὸ ἐν τῇ γωνίᾳ τόδε. ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἀλλ' ὁτιοῦν γένοιτ'
e. ἂν τέτταρα ἴσα χωρία τάδε; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Τί οὖν; τὸ ὅλον τόδε πόσαπλάσιον τοῦδε γίγνεται; ΠΑΙ. Τετραπλάσιον. ΣΩ. Ἔδει δὲ διπλάσιον ἡμῖν γενέσθαι. ἢ οὐ μέμνησαι; ΠΑΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστιν αὕτη γραμμὴ ἐκ γωνίας εἰς γω-
p. νίαν τινὰ τέμνουσα δίχα ἕκαστον τούτων τῶν χωρίων; ΠΑΙ.
85 Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν τέτταρες αὗται γίγνονται γραμμαὶ ἴσαι,
a. περιέχουσαι τουτὶ τὸ χωρίον; ΠΑΙ. Γίγνονται. ΣΩ. Σκόπει δὴ πηλίκον τι ἔστι τοῦτο τὸ χωρίον. ΠΑΙ. Οὐ μανθάνω. ΣΩ. Οὐχὶ τεττάρων ὄντων τούτων, ἥμισυ ἑκάστου ἑκάστη ἡ γραμ-

que ex hac ambiguitate, quod iste una mecum investigans, nihil me docente, sed potius interrogante, reperiet. Observa, obsecro, diligenter, num hunc docere aut ei demonstrare quidquam videar potius, quam eiusmodi opiniones per singula elicere. Tu enim dic, hocne spatium quadrupedale est? intellextin'? *Pu.* Equidem? *So.* Num & hac aliud aequale isti apponere licet? *Pu.* Licet. *So.* Et tertium istud utrique istorum aequale? *Pu.* Et istud. *So.* Nonne hoc insuper, quod in angulo est, complere licet? *Pu.* Prorsus. *So.* Haec inde aequalia spatia quatuor nascerentur? *Pu.* Ita. *So.* Totum igitur hoc quotuplum ad istud efficitur? *Pu.* Quadruplum. *So.* Oportebat autem duplum nobis contingere. num recordaris? *Pu.* Maxime. *So.* Nonne haec linea ab angulo in angulum aliquem porrecta, in duo utrumque spatium dividit? *Pu.* Ita. *So.* Ergo quatuor hae lineae aequales fiunt, id spatium comprehendentes? *Pu.* Fiunt. *So.* Considera itaque quale est id spatium. *Pu.* Haud intelligo. *So.* Nonne cum haec quatuor sint, dimidium cuiusque linea quaeque secat

μὴ ἀποτέτμηκεν ἐντός; ἢ οὔ; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Πόσα οὖν τηλικαῦτα ἐν τούτῳ ἔνεσι; ΠΑΙ. Τέτταρα. ΣΩ. Πόσα δὲ ἐν τῷδε; ΠΑΙ. Δύο. ΣΩ. Τὰ δὲ τέτταρα, τοῖν δυοῖν τί ἐστι; ΠΑΙ. Διπλάσια. ΣΩ. Τόδε οὖν ποσάπουν γίγνεται; ΠΑΙ. b. Ὀκτάπουν. ΣΩ. Ἀπὸ ποίας γραμμῆς; ΠΑΙ. Ἀπὸ ταύτης. ΣΩ. Ἀπὸ τῆς ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν τεινούσης τοῦ τετράποδος; ΠΑΙ. Ναί. ΣΩ. Καλοῦσι δέ γε ταύτην διάμετρον οἱ σοφισταί· ὡς εἰ ταύτη διάμετρος ὄνομα, ἀπὸ τῆς διαμέτρου ἂν, ὡς σὺ φῂς, ὦ παῖ Μένωνος, γίγνοιτ' ἂν τὸ διπλάσιον χωρίον. ΠΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τί σοι δοκεῖ, 15 ὦ Μένων; ἔστιν ἥντινα δόξαν οὐχ αὑτοῦ οὗτος ἀπεκρίνατο; MEN. Οὐκ· ἀλλ' ἑαυτοῦ. ΣΩ. Καὶ μὴν οὐκ ᾔδει γε, ὡς c. ἔφαμεν ὀλίγον πρότερον. MEN. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ἐνῆσαν δέ γε αὐτῷ αὗται αἱ δόξαι· ἢ οὔ; MEN. Ναί. ΣΩ. Τῷ οὐκ εἰδότι ἄρα περὶ ὧν ἂν μὴ εἰδῇ ἔνεισιν ἀληθεῖς δόξαι περὶ τούτων ὧν οὐκ οἶδε. MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Καὶ νῦν μέν γε αὐτῷ ὥσπερ ὄναρ ἄρτι ἀνακεκίνηνται αἱ δόξαι αὗται. εἰ δὲ αὐτόν τις ἀνερήσεται πολλάκις τὰ αὐτὰ ταῦτα, καὶ

intrinsecus? *Pu.* Certe. *So.* Quot igitur tanta in hoc sunt? *Pu.* Quatuor. *So.* Quot autem in isto? *Pu.* Duo. *So.* At quatuor ad duo quotupla sunt? *Pu.* Dupla. *So.* Hoc itaque quot pedum fit? *Pu.* Octo. *So.* A qua potissimum linea? *Pu.* Ab hac. *So.* Ab eane, quae quatuor pedum est, ab angulo protracta in angulum? *Pu.* Ita. *So.* Hanc vero diametrum sophistae nuncupant: & si huic nomen est diameter, a diametro, ut ipse ais, o Puer Menonis, duplum spatium nasceretur. *Pu.* Prorsus, o Socrates. *So.* Quid tibi, Meno, videtur? responditne hic unquam ex alterius quam sui ipsius opinione? *Men.* Nunquam: sed ex propria semper. *So.* Verumtamen haud novit, ut paulo ante confessi sumus. *Men.* Vera loqueris. *So.* Inerant igitur huic opiniones huiusmodi. *Men.* Inerant. *So.* Huic igitur ignoranti opiniones de iis, quae ignorat, verae insunt. *Men.* Apparet. *So.* Nunc igitur huic opiniones tales quasi per somnium suscitatae sunt. quod si quis interroget hunc talia quaedam saepe

πολλαχοῦ, οἶσθ' ὅτι τελευτῶν οὐδενὸς ἧττον ἀκριβῶς ἐπιςή-
d. σεται περὶ τούτων. ΜΕΝ. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκοῦν οὐδενὸς δι-
δάξαντος, ἀλλ' ἐρωτήσαντος, ἐπιςήσεται, ἀναλαβὼν αὐτὸς
ἐξ αὑτοῦ τὴν ἐπιςήμην; ΜΕΝ. Ναί. ΣΩ. Τὸ δὲ ἀναλαμ-
βάνειν αὐτὸν ἐν αὑτῷ ἐπιςήμην, οὐκ ἀναμιμνήσκεσθαι ἐςί;
ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὴν ἐπιςήμην, ἣν νῦν οὗ-
τος ἔχει, ἤτοι ἔλαβέ ποτε, ἢ ἀεὶ εἶχε; ΜΕΝ. Ναί. ΣΩ.
Οὐκοῦν εἰ μὲν ἀεὶ εἶχεν, ἀεὶ καὶ ἦν ἐπιςήμων· εἰ δὲ ἔλαβέ
ποτε, οὐκ ἂν ἔν γε τῷ νῦν βίῳ εἰληφὼς εἴη· ἢ δεδίδαχέ τις
e. τοῦτον γεωμετρεῖν. οὗτος γὰρ ποιήσει περὶ πάσης γεωμετρίας
ταυτὰ ταῦτα, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἁπάντων. ἔςιν οὖν
ὅστις τοῦτον πάντα δεδίδαχε; δίκαιος γάρ που εἶ εἰδέναι· ἄλ-
λως τε ἐπειδὴ ἐν τῇ σῇ οἰκίᾳ γέγονε καὶ τέθραπται. ΜΕΝ.
Ἀλλ' οἶδα ἔγωγε ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐδίδαξεν. ΣΩ. Ἔχει δὲ
ταύτας τὰς δόξας, ἢ οὐχί; ΜΕΝ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρα-
τες, φαίνεται. ΣΩ. Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβὼν οὐκ ᾔδει
p. 86 τοῦτο, δῆλον ὅτι ἐν ἄλλῳ τινὶ χρόνῳ εἶχε καὶ ἐμεμαθήκει.
a.

& multa, certo ſcies, hunc iſta, ſi quis alius novit, perfecte cogniturum. *Men.* Videtur. *So.* Nonne igitur nemine prorſus docente, ſed interrogante potius iſta, ſciet, ex ſe ipſo ſcientiam ad ſe revocans? *Men.* Sic eſt. *So.* Recuperare vero ſcientiam in ſe ipſo, an non reminiſci dicitur? *Men.* Prorſus. *So.* At vero ſcientiam, quam hic nunc habet, aut accepit aliquando, aut ſemper habuit. *Men.* Verum. *So.* Et ſi habuit ſemper, ſciens ſemper exſtitit: ſin quandoque percepit, hac in vita nequaquam. nemo enim hunc geometrica docuit, cum in ceteris omnibus, quaecunque vel ad geometriam, vel ad alias diſciplinas pertinent, haec eadem ſit facturus. Eſtne igitur aliquis, a quo hic illa omnia didicerit? veriſimile enim eſt, te noſſe, praeſertim cum penes te & natus & nutritus fuerit. *Men.* Ego vero certus ſum, quod hunc quidem nemo docuit unquam. *So.* Haſne opiniones habet, necne? *Men.* Neceſſarium, o Socrates, id apparet. *So.* Sin autem, utpote in praeſenti vita minine adeptus, haud novit, patet, cum alio quodam in tem-

MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν οὗτός γέ ἐστιν ὁ χρόνος ὅτ' οὐκ ἦν ἄνθρωπος; MEN. Ναί. ΣΩ. Εἰ οὖν ὅταν ᾖ χρόνον ἢ καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ, ἄνθρωπος, ἐνέσονται αὐτῷ ἀληθεῖς δόξαι, αἱ ἐρωτήσεις ἐπεγερθεῖσαι ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἆρ' οὖν τὸν ἀεὶ χρόνον μεμαθηκυῖα ἔσαι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ; δῆλον γὰρ ὅτι τὸν πάντα χρόνον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ ἀεὶ ἡ ἀλήθεια ἡμῖν τῶν ὄντων ἔστιν ἐν τῇ ψυ- b. χῇ, ἀθάνατος ἂν ἡ ψυχὴ εἴη; ὥστε θαῤῥοῦντα χρὴ ὃ μὴ τυγχάνεις ἐπισάμενος νῦν, τοῦτο δ' ἔστιν ὃ μὴ μεμνημένος, ἐπιχειρεῖν ζητεῖν καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι. MEN. Εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδ' ὅπως. ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ Μένων, καὶ τὰ μέν γε ἄλλα οὐκ ἂν πάνυ ὑπὲρ τοῦ λόγου διϊσχυρισαίμην· ὅτι δ' οἰόμενοι δεῖν ζητεῖν ἃ μή τις οἶδε, βελτίους ἂν εἴημεν καὶ ἀνδρικώτεροι καὶ ἧττον ἀργοί, ἢ εἰ οἰόμεθα, ἃ μὴ ἐπισάμεθα, μηδὲ δυνατὸν εἶναι εὑρεῖν, μηδὲ c. δεῖν ζητεῖν· περὶ τούτου πάνυ ἂν διαμαχοίμην, εἰ οἷός τε εἴην, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. MEN. Καὶ τοῦτο μέν γε δοκεῖς

pore habuisse atque didicisse. *Men.* Apparet. *So.* An non tempus iam fuit, cum nondum homo hic erat? *Men.* Isthuc ipsum. *So.* Ergo si quando tempus sit, in quo homo non sit, inerunt tamen ipsi opiniones verae, quae sciscitando expergefactae, scientiae fiunt: certe per omne tempus haec hominis animus sciet. nam omne per tempus, aut est, aut non est homo. *Men.* Videtur. *So.* Nonne igitur si semper rerum omnium veritas in animo est, immortalis exstitit? Quamobrem audacter & magna fiducia oportet, quae in praesentia minime scis, hoc est, minime recordaris, dare operam ut inquiras, & recorderis. *Men.* Bene mihi, nescio quo modo, o Socrates, loqui videris. *So.* Mihi quoque, o Meno. atque cetera non admodum contendo: quod autem qui quae nesciunt inquirenda putant, meliores, arrectioresque, & pigri ad vestigandum minus sint, quam qui quae nesciunt, etiam non quaeri posse putant, isthuc vero & verbis, &, si queam, re ipsa contendam. *Men.* Hoc quoque recte dicere videris, o Socrates. *So.*

μοι εῦ λέγειν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ ὁμονοοῦμεν ὅτι ζητητέον περὶ οὗ μή τις οἶδεν, ἐπιχειρήσωμεν κοινῇ ζητεῖν τί ποτ' ἐστὶν ἀρετή; MEN. Πάνυ μὲν οὖν. οὐ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα ὅπερ ἠρόμην τοπρῶτον, καὶ σκεψαίμην καὶ ἀκούσαιμι, πότερον ὡς διδακτῷ
d. ὄντι αὐτῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει, ἢ ὡς τινὶ ποτὲ τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς. ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ ἦρχον, ὦ Μένων, μὴ μόνον ἐμαυτοῦ ἀλλὰ καὶ σοῦ, οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα πρότερον εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, πρὶν ὅ, τι ἐστὶ, πρῶτον αὐτὸ ἐζητήσαμεν. ἐπειδὴ δὲ σὺ σαυτοῦ μὲν οὐδ' ἐπιχειρεῖς ἄρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς· ἐμοῦ δὲ ἐπιχειρεῖς τε ἄρχειν καὶ ἄρχεις, συγχωρήσομαί σοι. τί
e. γὰρ χρὴ ποιεῖν; ἔοικεν οὖν σκεπτέον εἶναι ποιόν τι ἐστὶν, ὃ μήπω ἴσμεν ὅ, τι ἐστίν. εἰ μή τι οὖν; ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον· καὶ συγχώρησον ἐξ ὑποθέσεως αὐτὸ σκοπεῖσθαι, εἴτε διδακτόν ἐστιν, εἴτε ὁπωσοῦν. λέγω δὲ τὸ ἐξ ὑποθέσεως ὧδε, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι πολλάκις σκοποῦνται, ἐπειδάν τις ἔρηται αὐτοὺς, οἷον περὶ χωρίου, εἰ οἷόντε ἐς τόνδε

Viſne igitur, poſtquam confeſſi ſumus, ignota perſcrutati licere, quid virtus ſit, communiter veſtigemus? *Men.* Quam maxime. gratius tamen mihi eſſet conſiderare & audire prius, quod in principio diſputationis interrogavi, quomodo virtuti incumbendum ſit, velut ei quae doctrina percipiatur, vel quae natura potius inſit, vel quae alio quopiam pacto hominibus paretur. *So.* Atqui ſi tibi, o Meno, quemadmodum mihi ipſi, imperarem, haud prius utrum doceatur necne virtus perſcrutaremur, quam quid ipſa ſit indagaſſemus. Poſtquam vero nec tute tibi dominari contendis, ut liber vivas, ac mihi quoque dominari vis, atque adeo dominaris, aſſentiar ego tibi. quid enim facerem? Videtur igitur conſiderandum eſſe, quale ſit, quod nondum quid ſit cognovimus. Attamen pauliſper a propoſito tuo declina, idque ex hypotheſi conſiderare permitte, doctrinane an alio pacto virtus poſſideatur. Ex hypotheſi autem ſic dico, quemadmodum geometrae ſaepe diſcutiunt,

τὸν κύκλον τόδε τὸ χωρίον τρίγωνον ἐνταθῆναι, εἴποι ἂν τις ὅτι p. 87
οὔπω οἶδα εἰ ἐξι τοῦτο τοιοῦτον· ἀλλ' ὥσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν a.
προὔργου οἶμαι ἔχειν πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιάνδε· εἰ μέν ἐξι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείναντα, ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ, ἄλλό τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ, καὶ ἄλλο αὖ· εἰ ἀδύνατόν ἐξι ταῦτα παθεῖν. ὑποθέμενος οὖν, ἐθέλω εἰ- πεῖν σοι τὸ συμβαῖνον περὶ τῆς ἐντάσεως αὐτοῦ εἰς τὸν κύ- b.
κλον, εἴτε ἀδύνατον, εἴτε μή. οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς ἡμεῖς, ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν οὔθ' ὅ, τι ἐξὶν οὔθ' ὁποίόν τι, ὑποθέμενοι αὐτὸ, σκοπῶμεν εἴτε διδακτὸν, εἴτε οὐ διδακτόν ἐξιν, ὧδε λέγοντες· εἰ ὁποίόν τι ἐξὶ τῶν περὶ τὴν ψυχὴν ὄντων ἀρετὴ, διδακτὸν ἂν εἴη, ἢ οὐ διδακτόν. πρῶτον μὲν, εἰ ἔξιν ἀλλοῖον ἢ οἷον ἐπιξήμη, ἆρα διδακτὸν, ἢ οὔ; ἢ (ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν) ἀναμνησόν; διαφερέτω δὲ μηδὲν ἡμῖν ὁποτέρῳ ἂν τῷ ὀνόματι χρώμεθα· ἀλλ' ἆρα διδακτόν; ἢ τοῦτό γε παντὶ δῆλον, ὅτι c.
οὐδὲν ἄλλο διδάσκεται ἄνθρωπος, ἢ ἐπιξήμην; MEN. Ἐμοι-

postquam illos quis interrogavit: veluti de spatio, ut possitne in hoc circulo triquetrum hoc spatium expandi: ubi si quis dixerit, nondum se nosse an hoc huiusmodi sit, hypothesin arbitror talem conducere. Si enim est hoc spatium tale, ut quod ad positam eius lineam protendis, ab eo tanto spatio deficiat, quantum ipsum est protensum, aliud quiddam eventurum puto: & aliud item, si talia quaedam pati nequeat. Ex hypothesi igitur disputare decrevi de iis, quae contingunt circa expansionem illius in circulum, an fieri possit necne. Sic & nos de virtute, quoniam nec quid, nec quale sit novimus, permisso hoc, utrum doceri possit in hunc modum quaeramus: Si virtus est aliquid eorum, quae circa animum versantur, doceri potest, an non? Principio, si aliud est quam scientia, num doceri poterit, an non? vel potius, ut modo diximus, in memoriam revocari? nihil referat apud nos, utro nomine utamur: sed an doceri poterit? an id omnibus manifestum, quod praeter scientiam nihil homo docetur? *Men.* Mihi sane

γε δοκεῖ. ΣΩ. Εἰ δέ γ' ἔστιν ἐπιστήμη τις ἡ ἀρετὴ, δηλονότι διδακτὸν ἂν εἴη. MEN. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τούτου μὲν ἄρα ταχὺ ἀπηλλάγμεθα, ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος, διδακτὸν, μὴ
17 τοιοῦδε δ', οὔ. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, δεῖ σκέψασθαι, πότερόν ἐστιν ἐπιστήμη ἡ ἀρετὴ, ἢ ἄλλοῖον ἐπιστήμης. MEN. Ἔμοιγε δοκεῖ τοῦτο μετὰ τοῦτο
d. σκεπτέον εἶναι. ΣΩ. Τί δὲ δή; ἄλλό τι ἢ ἀγαθὸν αὐτὸ φαμὲν εἶναι τὴν ἀρετήν; καὶ αὕτη ἡ ὑπόθεσις μένει ἡμῖν, ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. MEN. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μέν τι ἔστιν ἀγαθὸν καὶ ἄλλο, χωριζόμενον ἐπιστήμης, τάχ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ οὐκ ἐπιστήμη τις· εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ἀγαθὸν ὃ οὐκ ἐπιστήμη περιέχει, ἐπιστήμην ἂν τιν' ὑποπτεύοντες αὐτὸ εἶναι, ὀρθῶς ὑποπτεύοιμεν; MEN. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Καὶ μὴν
e. ἀρετῇ γ' ἐσμὲν ἀγαθοί; MEN. Ναί. ΣΩ. Εἰ δὲ ἀγαθοὶ, ὠφέλιμοι. πάντα γὰρ τἀγαθὰ ὠφέλιμα. οὐχί; MEN. Ναί. ΣΩ. Καὶ ἡ ἀρετὴ δὴ ὠφέλιμόν ἐστι. MEN. Ἀνάγκη, ἐκ τῶν ὡμολογημένων. ΣΩ. Σκεψώμεθα δὴ, καθ' ἕκαστον ἀναλαμβάνοντες, ποῖά ἐστιν ἃ ἡμᾶς ὠφελεῖ. ὑγίεια, φαμὲν, καὶ

videtur. *So.* Sin autem scientia quaedam virtus est, doctrina percipitur. *Men.* Quidni? *So.* Hoc ergo statim expedivimus. nam si talis sit, docetur: si non talis, nequaquam. *Men.* Prorsus. *So.* Post hoc investigandum censeo, utrum virtus scientia, aut aliud quiddam sit. *Men.* Mihi quoque idem quaerendum esse videtur. *So.* An virtutem aliud quam bonum esse dicimus? & haec nobis positio stabilis permanet, virtutem scilicet esse bonum. *Men.* Valde. *So.* Si quidem est aliquod seorsum a scientia bonum, nonne virtus forsitan scientia nulla erit? sin autem nullum bonum est, quin scientia comprehendatur, scientiam esse virtutem suspicantes, recte utique suspicabimur? *Men.* Sunt haec vera. *So.* Quin etiam virtute boni sumus? *Men.* Sumus. *So.* Et si boni, utiles? omnia quippe bona, utilia. *Men.* Sic est. *So.* Ergo & virtus utile quiddam. *Men.* Ex iis, quae confessi sumus, necessario sequitur. *So.* Consideremus rursus in singulis, qualia sint quae nobis prosunt. Sani-

ἰσχὺς, καὶ κάλλος, καὶ πλοῦτος δή· ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα. οὐχί; MEN. Ναί. ΣΩ. Ταυτὰ δὴ ταῦτα φαμὲν ἐνίοτε καὶ βλάπτειν. ἢ σὺ ἄλλως φῂς ἢ οὕτως; p. 88 a. MEN. Οὔκ· ἀλλ' οὕτως. ΣΩ. Σκόπει δὴ ὅταν τί ἑκάστου τούτων ἡγῆται, ὠφελεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅταν τί, βλάπτει. ἆρ' οὐχ, ὅταν μὲν ὀρθὴ χρῆσις, ὠφελεῖ; ὅταν δὲ μὴ, βλάπτει; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν σκεψώμεθα. σωφροσύνην τί καλεῖς, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρίαν, καὶ εὐμαθίαν, καὶ μνήμην, καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Σκόπει δὴ τούτων ἆττα b. σοὶ δοκεῖ μὴ ἐπιστήμη εἶναι, ἀλλ' ἄλλο ἐπιστήμης. ἤ, οὐχὶ ποτὲ μὲν βλάπτει, ποτὲ δὲ ὠφελεῖ; οἷον ἀνδρία, εἰ μὴ ἔστι φρόνησις ἡ ἀνδρία, ἀλλ' οἷον θάρρος τι. οὐχ ὅταν μὲν ἄνευ νοῦ θαρρῇ ἄνθρωπος, βλάπτεται, ὅταν δὲ σὺν νῷ, ὠφελεῖται; MEN. Ναι. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σωφροσύνη ὡσαύτως, καὶ εὐμαθία, μετὰ μὲν νοῦ καὶ μανθανόμενα καὶ καταρτυόμενα, ὠφέλιμα, ἄνευ δὲ νοῦ, βλαβερά; MEN. Πάνυ σφόδρα. c.

tasne, & robur, formaque, atque divitiae, ceteraque huiusmodi, conferre dicuntur? *Men.* Ita. *So.* Eadem tamen haec aliquando nocere fatemur. an tu aliter sentis? *Men.* Sic certe sentio. *So.* Vide itaque, quo duce haec obsint, quove prosint. nonne cum rectus usus praeest, iuvant: contra vero nocent? *Men.* Prorsus. *So.* Praeterea quae circa animum versantur consideremus. Temperantiam aliquid vocas, & iustitiam, & fortitudinem, docilitatemque, & memoriam, magnificentiam, & huiusmodi reliqua omnia? *Men.* Equidem. *So.* Adverte quaeso, quaecunque ex iis scientiae nequaquam esse videntur, sed aliud quiddam praeter scientiam, nonne interdum iuvant, interdum laedunt: veluti fortitudo remota prudentia? num fortitudo aliud est, quam audacia quaedam: cumque ratione quisquam audet, iuvatur: cum absque ratione, laeditur? *Men.* Sic est. *So.* Temperantia quoque & docilitas eodem modo, cum ratione quidem percepta atque condita emolumento sunt: contra autem detrimento? *Men.* Quam maxime. *So.* Ut ergo summa-

ΣΩ. Οὐκοῦν συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα, ἡγουμένης μὲν φρονήσεως, εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφροσύνης δ', εἰς τοὐναντίον; MEN. Ἔοικεν. ΣΩ. Εἰ ἄρα ἀρετὴ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τι ἐστί, καὶ ἀναγκαῖον αὐτῷ ὠφελίμῳ εἶναι, φρόνησιν αὐτὸ δεῖ εἶναι, ἐπειδήπερ πάντα τὰ κατὰ τὴν ψυχήν, αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ οὔτε ὠφέλιμα οὔτε βλα-
d. βερά ἐστι, προσγενομένης δὲ φρονήσεως ἢ ἀφροσύνης, βλαβερά τε καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, ὠφέλιμόν γε οὖσαν τὴν ἀρετήν, φρόνησιν δεῖ τιν' εἶναι. MEN.
18 Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ ἄλλα ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πλοῦτόν τε καὶ τὰ τοιαῦτα, ποτὲ μὲν ἀγαθὰ, ποτὲ δὲ βλαβερὰ εἶναι, ἆρ' οὐχ ὥσπερ τῇ ἄλλῃ ψυχῇ ἡ φρόνησις ἡγουμένη, ὠφέλιμα τὰ τῆς ψυχῆς ἐποίει, ἡ δὲ ἀφροσύνη,
e. βλαβερὰ, οὕτως αὖ καὶ τούτοις ἡ ψυχὴ ὀρθῶς μὲν χρωμένη καὶ ἡγουμένη, ὠφέλιμα αὐτὰ ποιεῖ, μὴ ὀρθῶς δὲ, βλαβερά; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Ὀρθῶς δέ γε ἡ ἔμφρων ἡγεῖται, ἡμαρτημένως δ' ἡ ἄφρων; MEN. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν

tim dicam, omnes animae impetus, atque omnes declinationes, ducente prudentia, ad beatitudinem tendunt: imprudentia vero, ad contrarium. *Men.* Videtur. *So.* Quapropter si virtus aliquid est eorum, quae consistunt in animo, necessarioque utilis est, prudentiam hanc esse oportet: quippe cum omnia, quae sunt circa animum, ipsa quidem secundum se ipsa, nec commoda, nec incommoda sint: adiuncta vero prudentia, vel imprudentia, statim aut utilia, aut noxia fiant. hac itaque ratione virtutem, cum maxime omnium conferat, prudentiam quandam esse constat. *Men.* Mihi sane videtur. *So.* Quin etiam alia, quae modo dicebamus, opulentiam atque similia, tum utilia esse, tum noxia: nonne quemadmodum prudentia, ceteris animi viribus & officiis praesidens, utilia ea reddit; imprudentia vero contraria: sic & illis animus recte utens, atque ducens, bona efficit; non recte autem, mala? *Men.* Prorsus. *So.* Recte autem ducit animus prudens: imprudens vero abducit. *Men.* Sunt haec vera. *So.* Quamobrem omnino as-

οὕτω δὴ κατὰ πάντων εἰπεῖν ἐστι, τῷ ἀνθρώπῳ τὰ μὲν ἄλλα πάντα εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηρτῆσθαι, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, εἰς φρόνησιν· εἰ μέλλει ἀγαθὰ εἶναι. καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ φρόνησις ἂν εἴη τὸ ὠφέλιμον. φαμὲν δὲ τὴν ἀρετὴν ὠφέλιμον εἶναι; p. 89 a.
MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Φρόνησιν ἄρα φαμὲν ἀρετὴν εἶναι, ἤτοι ξύμπασαν, ἢ μέρος τι. MEN. Δοκεῖ μοι καλῶς λέγεσθαι, ὦ Σώκρατες, τὰ λεγόμενα. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοί; MEN. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩ. Καὶ γὰρ ἂν που καὶ τόδ' ἦν· εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ b. ἐγίγνοντο, ἦσάν που ἂν ἡμῖν οἳ ἐγίγνωσκον τῶν νέων τοὺς ἀγαθοὺς τὰς φύσεις· οὓς ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες, ἐκείνων ἀποφηνάντων, ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει, κατασημηνάμενοι πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον· ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο εἰς τὴν ἡλικίαν, χρήσιμοι γίγνοιντο ταῖς πόλεσιν. MEN. Εἰκὸς γέτοι, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ οὐ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, ἆρα μαθήσει; c.
MEN. Δοκεῖ μοι ἤδη ἀναγκαῖον εἶναι· καὶ δῆλον, ὦ Σώκρατες, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, εἴπερ ἐπιστήμη ἐστὶν ἀρετή, ὅτι δι-

ferendum eſt, cetera quidem humana omnia referri ad animum: quae vero in animo ſunt, ad prudentiam, ſi modo bona futura ſunt: eaque ratione prudentia ipſum utile erit. virtutem vero utilem eſſe dudum diximus. *Men.* Omnino. *So.* Ergo prudentia virtus eſt, aut univerſa, aut pars aliqua virtutis. *Men.* Recte mihi haec omnia dici videntur. *So.* Nonne ſi haec ita ſe habent, haud natura boni homines erunt? *Men.* Haud mihi videntur. *So.* Id praeterea contingeret: ſi natura boni fierent, adeſſent profecto nobis, qui filios noſtros natura bonos dignoſcerent: eosque nos illorum indiciis ſelectos in arce quadam conſervaremus, multo magis quam aurum cuſtoditos, ne quis corrumpat, mox ubi adoleverint, utiles eſſent reipublicae cives. *Men.* Conſentaneum hoc, o Socrates. *So.* Cum vero natura boni minime ſint, num forſitan diſciplina? *Men.* Neceſſarium id apparet: ac ſecundum ſententiam noſtram ſequitur, ut ſi virtus eſt ſcientia, doctrina per-

δακτόν ἐϛιν. ΣΩ. Ἴσως νὴ Δία· ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὡμολογήσαμεν; MEN. Καὶ μὴν ἐδόκει μὲν ἄρτι καλῶς λέγεσθαι. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ἐν τῷ ἄρτι μόνον δέῃ αὐτὸ δοκεῖν καλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ ἔπειτα, εἰ
d. μέλλει τι αὐτοῦ ὑγιὲς εἶναι. MEN. Τί οὖν δή; πρὸς τί βλέπων, δυσχεραίνεις αὐτὸ, καὶ ἀπιϛεῖς μὴ οὐκ ἐπιϛήμη ᾖ ἡ ἀρετή; ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ, ὦ Μένων. τὸ μὲν γὰρ διδακτὸν αὐτὸ εἶναι, εἴπερ ἐπιϛήμη ἐϛὶν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι. ὅτι δ' οὐκ ἔϛιν ἐπιϛήμη, σκέψαι ἐάν σοι δοκῶ εἰκότως ἀπιϛεῖν. τόδε γάρ μοι εἰπὲ, εἰ ἔϛι διδακτὸν ὁτιοῦν πρᾶγμα, μὴ μόνον ἀρετὴ, οὐκ ἀναγκαῖον αὐτοῦ καὶ διδασκάλους καὶ μαθητὰς εἶναι; MEN. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν τοὐ-
e. ναντίον αὖ, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες, εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι; MEN. Ἔϛι ταῦτα. ἀλλ' ἀρετῆς διδάσκαλοι οὐ δοκοῦσί σοι εἶναι; ΣΩ. Πολλάκις γοῦν ζητῶν εἴτινες αὐτῆς εἶεν διδάσκαλοι, πάντα ποιῶν οὐ δύναμαι εὑρεῖν. καίτοι μετὰ πολλῶν γε ζη-

cipiatur. *So.* Fortaſſis, hercle. vereor tamen, ne id temere confeſſi fuerimus. *Men.* In ſuperioribus plane id recte dici viſum eſt. *So.* At non in praeterito ſolum, ſed in praeſenti etiam & futuro tempore, tale videri debet, ſi quid in eo ſinceri futurum eſt. *Men.* Quidnam igitur eſt, quod cum ſpectas, tibi diſplicet, ac diffidis, ne virtus ſcientia non ſit? *So.* Dicam tibi, o Meno. virtutem quidem doceri poſſe, ſi quidem ſcientia eſt, nequaquam reiicio, quaſi minus recte ſit dictum: quod vero ſcientia ſit, vide an non merito diffidam. Age, id mihi reſponde: Si quid doceri poteſt, non de virtute ſolum, ſed de quolibet alio loquor, an non illius praeceptores diſcipuloſque eſſe aliquos neceſſe eſt? *Men.* Mihi quidem videtur. *So.* At contra, cuius nec doctores exſtant, nec auditores, ſi id doceri non poſſe coniiciamus, nonne probabiliter coniectabimus? *Men.* Sic eſt. ſed num virtutis praeceptores nullos eſſe cenſes? *So.* Saepenumero, ſi qui huius magiſtri eſſent, omni ſtudio inveſtigavi, nec unquam inveni, etſi una cum

τῶ, καὶ τούτων μάλιϛα οἵους ἂν οἴωμαι ἐμπειροτάτους εἶναι τοῦ πράγματος. καὶ δὴ καὶ νῦν, ὦ Μένων, εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρεκαθέζετο, ᾧ μεταδῶμεν τῆς ζητήσεως. εἰκότως δ' αὖ μεταδοῖμεν ἄν. αὐτὸς γὰρ ὅδε πρῶτον μέν ἐϛι πατρὸς πλουσίου τε καὶ σοφοῦ Ἀνθεμίωνος· ὃς ἐγένετο πλούσιος, οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, οὐδὲ δόντος τινὸς (ὥσπερ ὁ νῦν νεωϛὶ εἰληφὼς τὰ Πολυκράτους χρήματα, Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος) ἀλλὰ τῇ αὑτοῦ σοφίᾳ κτησάμενος καὶ ἐπιμελείᾳ. ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα, οὐχ ὑπερήφανος δοκῶν εἶναι πολίτης, οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθὴς, ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνήρ· ἔπειτα τοῦτον εὖ ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσεν, ὡς δοκεῖ Ἀθηναίων τῷ πλήθει. αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίϛας ἀρχάς. δίκαιον δὴ μετὰ τοιούτων ζητεῖν ἀρετῆς πέρι διδασκάλους, εἴτ' εἰσὶν, εἴτε μή· καὶ σίτινες. σὺ οὖν ἡμῖν, ὦ Ἄνυτε, συζήτησον ἐμοί τε καὶ τῷ σαυτοῦ ξένῳ Μένωνι τῷδε, περὶ τούτου τοῦ πράγματος, τίνες ἂν εἶεν διδάσκαλοι. ὧδε δὲ σκέψαι· εἰ βουλοίμεθα Μένωνα τόνδε, ἀγαθὸν ἰατρὸν γενέσθαι, p. 90 a. b.

multis, atque maxime iis, ut videbatur, huius facultatis peritis id quaesivi. & nunc quidem opportune, o Meno, iste nobis assedit, quem disputationis huius participem faciamus. Ac merito ad id socium adhibebimus. Est enim divite primum & sapiente patre Anthemione natus, qui profecto non casu quodam, aut muneribus opulentus evasit, quemadmodum nuper Thebanus Ismenias Polycratis pecunias nactus, sed prudentia vigilantiaque sua rem auxit. praeterea nec superbus civis, neque inflatus aut difficilis, verum modestus, & frugi, facilisque vir exstitit. deinde hunc bene educavit erudivitque, cuius rei testis est omnis Athenensis populus, qui ad summos hunc elegit magistratus. nam cum viris huiusmodi, sintne virtutis magistri aliqui, & qui sint, investigare maxime decet. Ergo age, o Anyte, quaere mecum unaque cum hospite tuo Menone, quinam huius rei praeceptores sint; & in hunc modum considera: Si vellemus Menonem hunc optimum fieri medicum, ad quos potissimum doctores perdu-

c. παρὰ τίνας ἂν αὐτὸν πέμποιμεν διδασκάλους; ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς ἰατρούς; ΑΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί δ' εἰ σκυτοτόμον ἀγαθὸν βουλοίμεθα γενέσθαι, ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς σκυτοτόμους; ΑΝ. Ναί. ΣΩ. Καὶ τἄλλα οὕτως; ΑΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ὧδε δή μοι πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν εἰπέ· παρὰ τοὺς ἰατροὺς, φαμὲν, πέμποντες τόνδε, καλῶς ἂν ἐπέμπομεν, βουλόμενοι ἰατρὸν γενέσθαι; ἆρ' ὅταν τοῦτο λέγωμεν, τόδε λέγομεν, ὅτι
d. παρὰ τούτους πέμποντες αὐτὸν, σωφρονοῖμεν ἂν, τοὺς ἀντιποιουμένους τε τῆς τέχνης μᾶλλον, ἢ τοὺς μή; καὶ τοὺς μισθὸν πραττομένους, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἀποφήναντας αὑτοὺς διδασκάλους τοῦ βουλομένου ἰέναι τε καὶ μανθάνειν; ἆρ' οὐ πρὸς ταῦτα βλέψαντες, καλῶς ἂν πέμποιμεν; ΑΝ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων τὰ αὐτὰ ταῦτα; πολλὴ ἀνοιά ἐστι, βουλομένους αὐλητὴν τινὰ ποιῆ-
e. σαι, παρὰ μὲν τοὺς ὑπισχνουμένους διδάξειν τὴν τέχνην, καὶ μισθὸν πραττομένους, μὴ ἐθέλειν πέμπειν, ἄλλοις δέ τισι πράγματα παρέχειν, ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων οἳ μήτε προσποιοῦνται διδάσκαλοι εἶναι, μήτ' ἔστιν αὐτῶν μαθητὴς μηδεὶς τούτου μαθήματος, ὃ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν μανθάνειν,

ceremus? nonne ad medicos? *An.* Prorſus. *So.* Et ſi cerdonem optimum fieri cuperemus, an non ad cerdones? *An.* Ita. *So.* Et in aliis eodem modo? *An.* Omnino. *So.* Sic iterum de medicis mihi dicas: Cum diximus, mittendum hunc eſſe ad medicos, ſi medicum fore velimus, an non id ſentiebamus, ut ſiſti debeat apud eos dumtaxat, qui artem illam profitentur, ac mercedem pro eo palam ab auditoribus capiunt, hoc ipſo, ſe eſſe qui volentes docere poſſint, oſtendentes? nonne huius ratio habenda eſt, ſi modo illum prudenter locaturi ſimus? *An.* Sic eſt. *So.* Et de tibiarum cantu, ac ceteris omnibus ſimiliter iudicandum. neque enim mediocris inſcitia eſſet, dum ſtuderemus quempiam tibicinem fieri, commendare iis nolle, qui facultatem hanc pollicentur, mercedemque reportant, ſed hoc onus illis imponere, qui neque ſe magiſtros profitentur, neque habent ullum in hac arte

παρ' αὐτῶν, ὃν ἂν πέμπωμεν. οὐ πολλή σοι δοκεῖ ἀλογία εἶναι;
AN. Ναὶ μὰ Δία ἔμοιγε, καὶ ἀμαθία γε πρός. ΣΩ. Καλῶς λέγεις. νῦν τοίνυν ἔξεσί σοι μετ' ἐμοῦ κοινῇ βουλεύεσθαι p.
περὶ τοῦ ξένου τουτουΐ Μένωνος; οὗτος γάρ, ὦ Ἄνυτε, πάλαι λέγει πρός με ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, 91 a.
ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι, καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν θεραπεύουσι, καὶ πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαί τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται, ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν. ἢ δῆλον δή, κατὰ τὸν b.
ἄρτι λόγον, ὅτι παρὰ τούτους τοὺς ὑπισχνουμένους ἀρετῆς διδασκάλους εἶναι, καὶ ἀποφαίνοντας αὐτοὺς κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ μανθάνειν; μισθοῦ τούτου τεταγμένους τε καὶ πραττομένους; AN. Καὶ τίνας λέγεις τούτους, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Οἶσθα δήπου καὶ σὺ ὅτι οὗτοι εἰσὶν οὓς οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς. AN. Ἡράκλεις, εὐφήμει, ὦ Σώκρατες. μηδένα τῶν συγγενῶν, μήτε οἰκείων, μήτε c.

discipulum, qua instrui hunc, quem mittimus, desideramus. an non isthuc tibi valde absurdum videtur? *An.* Per Iovem, non modo absurdum, verum etiam insscitia quaedam. *So.* Probe loqueris. Nunc itaque licet tibi communiter una mecum de hoc hospite tuo Menone deliberare. hic enim, o Anyte, iampridem mihi dixit, se hanc sapientiam virtutemque appetere, qua civitates & domus recte gubernantur, liberi quam optime educantur, cives & hospites tum admittuntur, tum dimittuntur scite, & ut bono viro dignum est. Meditare igitur, ad quem potissimum huius comparandae virtutis gratia hunc mittere deceat. An ex his, quae modo diximus, patet, committendum his esse, qui se docturos talia pollicentur, seque palam cuique Graecorum discere volenti semper exponunt, huius disciplinae praescriptum pretium capientes? *An.* At quos dicis, o Socrates? *So.* Nosti, credo, & ipse hos esse, qui publice sophistae vocantur. *An.* O Hercules, bona verba quaeso, o Socrates! absit, ut quisquam vel cognatorum, vel familia-

φίλων, μήτε ἀςῶν, μήτε ξένων, τοιαύτη μανία λάβοι, ὥστε παρὰ τούτους ἐλθόντα λωβηθῆναι. ἐπεὶ οὗτοί γε φανερά ἐςι
20 λώβη τε καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων. ΣΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Ἄνυτε; οὗτοι ἄρα μόνοι τῶν ἀντιποιουμένων τι ἐπίςασθαι εὐεργετεῖν, τοσοῦτον τῶν ἄλλων διαφέρουσιν, ὅσον οὐ μόνον οὐκ ὠφελοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, ὅ, τι ἄν τις αὐτοῖς
d. παραδῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον διαφθείρουσι; καὶ τούτων φανερῶς χρήματα ἀξιοῦσι πράττεσθαι; ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔχω ὅπως σοὶ πιςεύσω. οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας, ἢ Φειδίαν γε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. καίτοι τέρας λέγεις, εἰ οἱ μὲν τὰ ὑποδήματα ἐργαζόμενοι τὰ παλαιὰ, καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακούμενοι, οὐκ ἂν δύναιντο λαθεῖν τριάκονθ' ἡμέρας
e. μοχθηρότερα ἀποδιδόντες ἢ παρέλαβον τὰ ἱμάτιά τε καὶ ὑποδήματα· ἀλλ' εἰ τοιαῦτα ποιοῖεν, ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν· Πρωταγόρας δὲ ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους, καὶ μοχθηροτέρους ἀπο-

rium, vel amicorum, vel civium, vel hoſpitum, in tantam inſaniam incidat, ut iſtis adhaerens, perdi ſe patiatur: eorum quippe conſuetudo certa illorum, qui ſectantur, peſtis eſt. *So.* Cur ita dicis, Anyte? num ii ſoli ex omni hominum genere, cum prodeſſe hominibus profiteantur, adeo ceteris deteriores ſunt, ut non modo non iuvent, quemadmodum alii, quod ipſis traditum ſit: verum contra corrumpant, atque huius gratia vulgo mercedem exigant? Equidem non video, qua ratione fidem tibi adhibeam. novi enim virum unum Protagoram, qui plures ob hanc ſapientiam pecunias cumulavit, quam aut Phidias ille, cuius tam conſpicua pulchraque opera exſtant, aut decem alii ſculptores. Atqui abſurdum ſit, ſi qui calceos veteres conſuunt, veſteſque reſarciunt, latere non poſſunt dies triginta, ſi veſtes calceoſve reſtituant deteriores redditos: ſed ſi talia facerent, brevi fame perirent. Protagoras autem annos pluſquam quadraginta, cum id nemo in Graecia univerſa anun-

πέμπων ἢ παρελάμβανε, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀπολανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα. καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται. καὶ οὐ μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπαλλοι, οἱ μὲν, πρότεροι γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ, καὶ νῦν ἔτι ὄντες. πότερον δὴ οὖν φῶμεν, κατὰ τὸν σὸν λόγον, εἰδότας αὐτοὺς ἐξαπατᾶν καὶ λωβᾶσθαι τοὺς νέους, ἢ λελῃθέναι καὶ ἑαυτούς; καὶ οὕτω μαινεσθαι ἀξιώσομεν τούτους, οὓς ἔνιοι φασὶ σοφωτάτους ἀνθρώπων εἶναι; ΑΝ. Πολλοῦ γε δέουσι μαινεσθαι, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον οἱ τούτοις διδόντες ἀργύριον τῶν νέων· τούτων δ' ἔτι μᾶλλον, οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες, οἱ προσήκοντες· πολὺ δὲ μάλιστα πάντων αἱ πόλεις, ἐῶσαι αὐτοὺς εἰσαφικνεῖσθαι καὶ οὐκ ἐξελαύνουσαι, εἴτέ τις ξένος ἐπιχειρεῖ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, εἴτε ἀστός. ΣΩ. Πότερον δὲ, ὦ Ἄνυτε, ἠδίκηκέ τις σὲ τῶν σοφιστῶν; ἢ τί οὕτως αὐτοῖς χαλεπὸς εἶ; ΑΝ. Οὐδὲ μὰ Δία ἔγωγε συγγέγονα πώποτε p. 92 a. b.

adverteret, familiares ſuos pervertit, deterioresque quam acciperet reddidit. Nam reor, illum vita deceſſiſſe natum annos paene ſeptuaginta, quadraginta vero in hac arte verſatum. ac per omne illud tempus usque in hanc diem clarus exſtitit. neque Protagoras tantum, ſed alii quoque permulti, partim priores illo, partim etiam nunc vitam agentes. Utrum igitur iuxta ſententiam tuam dicemus, eos ſcientes prudentesque decipere & laedere iuvenes conari: an ſe ipſos quoque fallunt? & inſanire illos ex eo dicemus, quia nonnulli ſunt qui ſapientiſſimos eos eſſe mortalium dicunt? *An.* Longe abeſt, ut inſanire dicantur, o Socrates: ſed multo magis iuvenes, qui illis argentum tradunt. atque his etiam deteriores ſunt, ſi qui illos, quorum ad ſe cura pertinet, iis committant. omnium poſtremo inſaniſſimae ſunt civitates, quae illos recipiunt, neque expellunt, ſeu advena, ſeu civis talem rem conetur. *So.* Num aliquis te ſophiſtarum, o Anyte, iniuria unquam affecit? vel quid illis ita ſuccenſes? *An.* Nulla mihi unquam cum aliquo

αὐτῶν οὐδενὶ, οὐδ' ἂν ἄλλον ἐάσαιμι τῶν ἐμῶν οὐδένα. ΣΩ. Ἄπειρος ἆρ' εἶ παντάπασι τῶν ἀνδρῶν. ΑΝ. Καὶ εἴην γε.
c. ΣΩ. Πῶς οὖν ἄν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτέ τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἴης; ΑΝ. Ῥᾳδίως. τούτους γοῦν οἶδα οἵ εἰσιν, εἴτουν ἄπειρος αὐτῶν εἰμὶ, εἴτε μή. ΣΩ. Μάντις εἶ ἴσως, ὦ Ἄνυτε. ἐπεὶ ὅπως γε ἄλλως οἶσθα τούτων πέρι ἐξ ὧν αὐτὸς λέγεις, θαυμάζοιμ' ἄν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τούτους ἐζητοῦμεν τινες εἰσὶ, παρ' οὓς ἂν Μένων ἀφικόμενος, μοχθηρὸς
d. γένοιτο. οὗτοι μὲν γὰρ, εἰ σὺ βούλει, ἔσωσαν οἱ σοφισαί. ἀλλὰ δὴ ἐκείνους εἰπὲ ἡμῖν· καὶ τὸν πατρικὸν τόνδε ἑταῖρον εὐεργέτησον, φράσας αὐτῷ παρὰ τίνας ἀφικόμενος, ἐν τοσαύτῃ πόλει, τὴν ἀρετὴν ἣν νῦν δὴ ἐγὼ διῆλθον γένοιτ' ἂν ἄξιος λόγου. ΑΝ. Τί δὲ αὐτῷ σὺ σὺ ἔφρασας; ΣΩ. Ἀλλ' οὓς μὲν ἐγὼ ὤμην διδασκάλους τούτων εἶναι εἶπον, ἀλλὰ τυγχάνω οὐδὲν λέγων, ὡς σὺ φῄς. ΑΝ. Καὶ ἴσως τὶ λέγεις. ΣΩ. Ἀλ-
e. λὰ σὺ δὴ ἐν τῷ μέρει αὐτῷ εἰπὲ παρὰ τίνας ἔλθῃ Ἀθηναίων.
21 εἰπὲ ὄνομα ὅτου βούλει. ΑΝ. Τί δὲ ἑνὸς ἀνθρώπου ὄνομα δεῖ

illorum consuetudo fuit: neque meorum aliquem illis uti permitterem. *So.* Nunquam ergo illorum mores expertus es. *An.* Utinam vero ne experiar! *So.* Quanam ratione, o divine vir, dignosces, bonumne an malum sit, cuius nullum feciſti periculum? *An.* Liquido istos novi, quales sunt, sive expertus sim, sive non. *So.* Vates forsitan es, o Anyte. hoc enim te alia ratione noviſſe, ex iis, quae modo dixiſti, mirum sit. Verum non quales sint ii, ad quos profectus Meno sceleratus evadat, quaerimus. hi namque, si vis, sophiſtae sint. sed opem paterno feras amico: ostendasque, cuinam adhaerens eorum, qui tam amplam urbem colunt, eam quam narravimus virtutem adipiscatur. *An.* Cur ipse non indicas? *So.* At quos ego horum magiſtros exiſtimaveram, in medium iam produxi: verum iuxta sententiam tuam nihil omnino profeci. *An.* Forte vera loqueris. *So.* Itaque tu quoque iam partem tuam huius muneris exple; & ostende, ad quem Athenienſium proficiſcatur.

ἀκοῦσαι; ὅτῳ γὰρ ἂν ἐντύχῃ Ἀθηναίων τῶν καλῶν κἀγαθῶν, οὐδείς ἐστιν ὃς οὐ βελτίω αὐτὸν ποιήσει ἢ οἱ σοφισταί, ἐάνπερ ἐθέλῃ πείθεσθαι. ΣΩ. Πότερον δὲ οὗτοι οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐγένοντο τοιοῦτοι, παρ' οὐδενὸς μαθόντες, ὅμως μέντοι ἄλλους διδάσκειν οἵοίτε ὄντες ταῦτα ἃ αὐτοὶ οὐκ ἔμαθον; AN. Καὶ τούτους ἔγωγε ἀξιῶ παρὰ τῶν προτέρων μαθεῖν, ὄντων καλῶν κἀγαθῶν. ἢ οὐ δοκοῦσί σοι πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γεγονέναι ἐν τῇδε τῇ πόλει ἀνδρες; ΣΩ. Ἔμοιγε, ὦ Ἄνυτε, καὶ εἶναι δοκοῦσιν ἐνθάδε ἀγαθοὶ τὰ πολιτικὰ, καὶ γεγονέναι ἔτι οὐχ ἧττον ἢ εἶναι. ἀλλὰ μῶν καὶ διδάσκαλοι ἀγαθοὶ γεγόνασι τῆς αὐτῶν ἀρετῆς; τοῦτο γάρ ἐστι περὶ οὗ ὁ λόγος ἡμῖν τυγχάνει ὤν· οὐκ, εἰ εἰσὶν ἀγαθοὶ ἢ μὴ, ἄνδρες, ἐνθάδε, οὐδ' εἰ γεγόνασιν ἐν τῷ πρόσθεν· ἀλλ' εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετὴ, πάλαι σκοποῦμεν. τοῦτο δὲ σκοποῦντες, τόδε σκοποῦμεν, ἆρα οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον, ταύτην τὴν ἀρετὴν ἣν αὐτοὶ ἀγαθοὶ ἦσαν, ἠπίσαντο καὶ ἄλλῳ παραδοῦναι· ἢ οὐ παραδοτὸν τοῦτο ἀνθρώπῳ, οὐδὲ παραληπτὸν ἄλλῳ παρ' ἄλλου. τοῦτ' ἔστιν ὃ πάλαι ζη-

p. 93 a.

b.

profer, cuiuscunque vis, nomen. *An.* Quid opus eſt hominis unius nomen audire? quemcunque enim Athenienſium nactus fuerit ex bonis clarisque hominibus, melior illius familiaritate, ſi modo paruerit, evadet, quam conſuetudine ſophiſtarum. *So.* Utrum vero ii praeclari bonique viri ex ſe ipſis, nullo inſtituente, tales effecti ſunt, eaque docere ceteros poſſunt, ipſi licet a nullo didicerint? *An.* Ab antiquioribus viris praeclaris atque bonis percepiſſe arbitror. an non tibi videntur in hac civitate multi inſignes & optimi homines exſtitiſſe? *So.* Mihi quidem, o Anyte, eſſe hic viros civilis adminiſtrationis peritos, nec pauciores olim fuiſſe, videtur. Sed num praeceptores idonei virtutis illius ſuae fuere? hoc enim eſt de quo nunc diſſeritur: non utrum ſint, aut fuerint hic viri boni; ſed utrum virtus doceri poſſit: & ob hoc, utrum viri boni, ſive veteres illi, ſive qui nunc vivunt, virtutem eam, qua praediti quique ſunt, ipſi tradere alteri norint: an forte nec tradi

τοῦμεν ἐγώ τε καὶ Μένων. ὧδε οὖν σκόπει, ἐκ τοῦ σαυτοῦ
c. λόγου· Θεμιστοκλέα οὐκ ἀγαθὸν ἂν φαίης ἀνδρα γεγονέναι;
AN. Ἔγωγε πάντων γε μάλιστα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ διδάσκαλον ἀγαθὸν, εἴπερ τις ἄλλος τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς διδάσκαλος ἦν, κἀκεῖνον εἶναι; AN. Οἶμαι ἔγωγε, εἴπερ ἐβούλετό γε. ΣΩ. Ἀλλ' οἴει, οὐκ ἂν ἐβουλήθη ἄλλους τέ τινας καλοὺς κἀγαθοὺς γενέσθαι, μάλιστα δέ που τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ; ἢ οἴει αὐτὸν Φθονεῖν αὐτῷ, καὶ ἐξεπίτηδες οὐ παραδιδόναι τὴν
d. ἀρετὴν, ἣν αὐτὸς ἀγαθὸς ἦν; ἢ οὐκ ἀκήκοας ὅτι Θεμιστοκλῆς Κλεόφαντον τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν; ἐπέμενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἑστηκὼς, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός· καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ εἰργάζετο, ἃ ἐκεῖνος αὐτὸν ἐπαιδεύσατο, καὶ ἐποίησε σοφὸν, ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶχετο. ἦ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων; AN. Ἀκήκοα. ΣΩ. Οὐκ ἂν ἄρα τήν γε φύσιν τοῦ υἱέος αὐ-
e. τοῦ ἠτιάσατ' ἄν τις εἶναι κακήν. AN. Ἴσως οὐκ ἄν. ΣΩ. Τί δὲ τόδε; ὡς Κλεόφαντος ὁ Θεμιστοκλέους, ἀνὴρ ἀγαθὸς

alteri, nec recipi virtus poſſit. Id, inquam, eſt, quod dudum ego ac Meno inquirimus. ſic autem ex ipſa tua oratione rem conſiderato. Num Themiſtoclem virum bonum fuiſſe fateris? *An.* Maxime omnium. *So.* Et praeceptorem virtutis ſuae bonum, ſi quis omnino virtutis magiſter fuit, Themiſtoclem exſtitiſſe? *An.* Reor equidem, dummodo voluiſſet. *So.* Num cenſes, ipſum noluiſſe alios quoque bonos fieri, filium ſuum praeſertim? an putas invidiſſe filio, & de induſtria virtutem partam minime communicaſſe? Audiſtin', quod Themiſtocles filium Cleophantum in equeſtri facultate ſtrenuum reddidit, adeo ut equis ille rectus inſiſteret, rectusque ex equo iacularetur, ceteraque permulta ſtupenda faceret, in quibus illum diligenter parens erudivit, ſapientemque in ſingulis, quae praeceptoribus praecipua ſint, reddidit? an non haec a maioribus natu accepiſti? *An.* Accepi. *So.* Nemo igitur naturam filii utpote malam culpaverit. *An.* Nemo arbitror. *So.* Quid vero ad hoc? audiſtine ab aliquo ſeniore aut iuniore, Cleophantum

καὶ σοφὸς ἐγένετο ἄπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἢ δη του ἀκήκοας ἢ νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου; AN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν αὐτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι, ἣν δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφὸς, οὐδὲν τῶν γειτόνων βελτίω ποιῆσαι, εἴπερ ἦν γε διδακτὸν ἡ ἀρετή; AN. Ἴσως μὰ Δί' οὔ. ΣΩ. Οὗτος μὲν δή σοι τοιοῦτος διδάσκαλος ἀρετῆς, ὃν καὶ σὺ ὁμολογεῖς ἐν τοῖς ἀρίστοις τῶν προτέρων εἶναι. ἄλλον δὲ δὴ p. 22
σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου· ἢ τοῦτον οὐχ ὁμο- 94
λογεῖς ἀγαθὸν γεγονέναι; AN. Ἔγωγε, πάντως δήπου. a.
ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οὗτος τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ Λυσίμαχον, ὅσα μὲν διδασκάλων εἴχετο, κάλλιστα Ἀθηναίων ἐπαίδευσεν, ἄνδρα δὲ βελτίω δοκεῖ σοι ὀτουοῦν πεποιηκέναι; τούτῳ γάρ που καὶ σὺ συγγέγονας, καὶ ὁρᾷς οἷός ἐστιν. εἰ δὲ βούλει, Περικλέα, οὕτω μεγαλοπρεπῶς σοφὸν ἄνδρα, οἶσθ' ὅτι δύο υἱεῖς b.
ἔθρεψε, Πάραλον καὶ Ξάνθιππον. AN. Ἔγωγε. ΣΩ. Τούτους μέντοι, ὡς οἶσθα καὶ σὺ, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων· καὶ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν καὶ τἄλλα

Themistoclis filium, bonum ac sapientem in quibus pater fuerat, exstitisse? *An.* Nunquam. *So.* Num Themistoclem arbitramur alienis artibus imbuere filium voluisse, paterna vero virtute nihilo vicinis suis praestantiorem reddere curavisse, si quidem doceri virtus ullo pacto posset? *An.* Fortassis, per Iovem, minime. *So.* Talis igitur hic virtutis magister fuit, quem ipse unum ex antiquis optimum asseris. Consideremus iam & alium, Aristidem Lysimachi filium, nonne hunc quoque bonum fuisse censes? *An.* Et maxime quidem. *So.* An non & iste filium suum Lysimachum in omnibus, quae a praeceptoribus praecipiuntur, optime Athenienſium omnium instituit? eumne tamen meliorem quovis alio fecisse tibi videtur? hunc etenim allocutus es, & qualis sit optime nosti. Praeterea, si vis, Periclem, virum magnopere sapientem, considera: duos hic, quod te minime praeterit, filios educavit, Paralum & Xanthippum. *An.* Novi equidem. *So.* Hos, ut nosti, tum arte equestri, & musica, tum etiam athletice prae ceteris

ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ
ἄνδρας ἆρα οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; δοκῶ μὲν, ἐβούλετο· ἀλλὰ
μὴ οὐκ ἦ διδακτόν. ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ, καὶ τοὺς φαύλο-
c. τάτους Ἀθηναίων, ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα,
ἐνθυμήθητι ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ
Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπά-
λαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. τὸν μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν
δὲ, Εὐοδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα παλαίειν.
ἢ οὐ μέμνησαι; ΑΝ. Ἔγωγε, ἀκοῇ. ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον ὅτι
οὗτος οὐκ ἂν ποτε, οὗ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα
d. μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ· οὗ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώ-
σαντα, ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν, εἰ
διδακτὸν ἦν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν, καὶ οὐκ
ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων. καὶ
οἰκίας μεγάλης ἦν, καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς
ἄλλοις Ἕλλησιν. ὥστε, εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτὸν, ἐξευρεῖν ἂν

Athenienſibus inſtruxit: ac denique in nullo eorum, quae arte percipiuntur, inferiores aliis eſſe voluit. Boni autem ut evaderent, an cupiebat? cupiviſſe quidem exiſtimo: ſed id doceri minime potuiſſe. Ne autem paucos putes quoſdam ignobiliſſimoſque Athenienſium id aſſequi non potuiſſe, Thucydidem vide. duos hic filios Meleſiam atque Stephanum educavit, quos & cetera diligenter edocuit, & palaeſtram inprimis, ut in ea Athenienſes reliquos facile ſuperarent, unum quidem Xanthiae, Euodoro alterum commendans: atque hi quidem palaeſtra ceteris omnibus illis temporibus praecellere putabantur. nonne meminiſti? *An.* Audivi equidem. *So.* Neque vero iſte, cum quae ſumtu maximo diſcebantur, filios callere voluerit, virtutem ſolam, quam absque pecuniis tradere potuit, ſi modo doceri potuiſſet, doceri noluiſſe putandus. An forte Thucydides ignobilis vir erat, nec amicos plurimos, tam cives, quam commilitones, & ſocios habebat? Immo & ampla familia ortus, & ſummae cuiuſdam auctoritatis tum apud concives ſuos, tum etiam apud omnes ceteros Graecos erat. Ideo-

ὅστις ἔμελλεν αὐτοῦ τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τὶς ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε, διὰ τὴν τῆς e.
πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἑταῖρε Ἄνυτε, μὴ οὐκ ἡ διδακτὸν ἀρετή. ΑΝ. Ὦ Σώκρατες, ῥᾳδίως μοὶ δοκεῖς κακῶς λέγειν ἀνθρώπους. ἐγὼ μὲν οὖν ἄν σοι συμβουλεύσαιμι, εἰ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, εὐλαβεῖσθαι. ὡς ἴσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾴδιόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους, ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. οἶμαι δέ σε καὶ αὐτὸν εἰδέναι. ΣΩ. Ὦ Μένων, p. 23
Ἄνυτος μέν μοι δοκεῖ χαλεπαίνειν· καὶ οὐδὲν θαυμάζω. οἴε- 95
ται γάρ με πρῶτον μὲν κακηγορεῖν τούτους τοὺς ἄνδρας· ἔπειτα ἡγεῖται καὶ αὐτὸς εἶναι εἷς τούτων. ἀλλ' οὗτος μὲν ἐάν ποτε γνῷ οἷόν ἐστι τὸ κακῶς λέγειν, παύσεται χαλεπαίνων· νῦν δὲ ἀγνοεῖ. σὺ δέ μοι εἰπὲ, οὐ καὶ παρ' ἡμῖν εἰσὶ καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες; ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί οὖν; ἐθέλουσιν οὗτοι παρέχειν αὐτοὺς διδασκάλους τοῖς νέοις, καὶ ὁμολογεῖν b.
διδάσκαλοί τε εἶναι, ἢ διδακτὸν ἀρετήν; ΜΕΝ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἂν αὐτῶν ἀκούσαις ὡς δι-

que, si per doctrinam comparari bonitas potuisset, invenisset saltem vel civem aliquem, vel peregrinum, qui filios eius bonos effecisset, si ipsi ad id docendum a reipublicae negotiis otium defuisset. Sed vide, o amice Anyte, ne forte virtus doceri nequeat. *An.* O Socrates, liberius, quam decet, homines mihi vituperare videris. itaque tibi consulo, si modo parere vis, ut tibi caveas. forte enim alia in urbe leve est, vel iniuria, vel beneficio cives afficere: in hac autem grave nimium ac periculosum. neque id te fugere arbitror. *So.* O Meno, Anytus hic succensere mihi videtur. neque id miror. primum quia hos me viros vituperare censet: deinde se unum ex iis arbitratur. verum hic si quando didicerit, quid sit hominibus detrahere, haud ulterius succensebit: in praesentia vero ignorat. At ipse mihi dicas, utrum apud nos clari ac boni viri sint. *Men.* Sunt certe. *So.* Voluntne isti iuvenibus se ipsos praeceptores exponere, atque id profiteri: vel virtutem doceri posse fatentur? *Men.* Non per Iovem, o Socrates: sed nunc ab illis

δακτὸν, τοτὲ δὲ, ὡς οὔ. ΣΩ. Φῶμεν οὖν τούτους διδασκάλους εἶναι τούτου τοῦ πράγματος, οἷς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὁμολογεῖται; MEN. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τί δὲ δή; οἱ σοφισταὶ σοὶ οὗτοι, οἵπερ μόνοι ἐπαγγέλλονται, δοκοῦσι διε. δάσκαλοι εἶναι ἀρετῆς; MEN. Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ Σώκρατες, ταῦτα ἄγαμαι, ὅτι οὐκ ἂν ποτε αὐτοῦ τοῦτο ἀκούσαις ὑπισχνουμένου· ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ, ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων. ἀλλὰ λέγειν οἴεται, δεῖν ποιεῖν δεινούς. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα σοὶ δοκοῦσιν οἱ σοφισταὶ διδάσκαλοι εἶναι. MEN. Οὐκ ἔχω λέγειν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτὸς, ὅπερ οἱ πολλοὶ, πέπονθα. τοτὲ μὲν μοὶ δοκοῦσι, τοτὲ δὲ οὔ. ΣΩ. Οἶσθα δὲ ὅτι οὐ μόνον σοί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς d. τοῦτο δοκεῖ τοτὲ μὲν εἶναι διδακτὸν, τοτὲ δ' οὔ· ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταῦτα λέγει; MEN. Ἐν ποίοις ἔπεσιν; ΣΩ. Ἐν τοῖς ἐλεγείοις· οὗ λέγει,

Καὶ παρὰ τοῖσι πῖνε καὶ ἔσθιε· καὶ μετὰ τοῖσιν
Ἵζε, καὶ ἄνδανε τοῖς ὧν μεγάλη δύναμις.
Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι

doceri posse virtutem, nunc non posse, audies. *So.* An hos dicemus huius rei magistros, inter quos nondum id convenit? *Men.* Nequaquam mihi videtur, o Socrates. *So.* Quid vero, num sophistas, siquidem ii soli id praedicant, magistros virtutis existimas? *Men.* Gorgiam in hoc vehementer admiror & amo, quod nunquam illum hoc pollicentem audias. immo & alios ridet, quoties polliceri sentit. putat autem hoc dumtaxat promittendum esse, eloquentes posse scilicet homines reddi. *So.* Non ergo sophistae huius rei praeceptores esse tibi videntur. *Men.* Nescio quid dicam, o Socrates. nam mihi hoc idem, quod plurimis, accidit, nunc posse puto, nunc posse nego. *So.* Nec soli tibi ceterisve civibus evenit, ut interdum doceri virtutem credatis, interdum vero negetis: verum etiam poëtae Theognidi. eadem enim omnino dicit. *Men.* Quibusnam carminibus? *So.* Elegis, in hunc modum: *Hos prope bibe & comede, cum iis una sedeto, iis obsequere, quorum magna*

Συμμιγῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. e.
Οἶσθ' ὅτι ἐν τούτοις μὲν ὡς διδακτοῦ οὔσης τῆς ἀρετῆς λέγει;
MEN. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Ἐν ἄλλοις δέ γε ὀλίγον μεταβὰς,
Εἰ δ' ἦν ποιητὸν [φησὶν] καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,
λέγει πως ὅτι
Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον οἱ δυνάμενοι τοῦτο ποιεῖν. καὶ,
Οὔποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακὸς,
Πειθόμενος μύθοισι σαόφροσιν. ἀλλὰ διδάσκων p.
Οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν. 96
Ἐννοεῖς ὅτι αὐτὸς αὑτῷ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν τἀναντία λέγει; MEN. Φαίνεται. ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος, οὗ οἱ μὲν φάσκοντες διδάσκαλοι εἶναι, οὐχ ὅπως ἄλλων διδάσκαλοι, ὁμολογοῦνται, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ ἐπίστασθαι, ἀλλὰ πονηροὶ εἶναι περὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρᾶγμα, οὗ φασὶ διδάσκαλοι εἶναι; οἱ δὲ ὁμολογούμενοι αὐτοὶ καλοὶ κἀγαθοὶ, τοτὲ μέν φασιν αὐτὸ διδακτὸν εἶναι, τοτὲ δὲ οὔ; τοὺς οὖν οὕτω τεταραγμένους περὶ ὁτουοῦν, φαίης ἂν σὺ κυρίως διποteſtas: *a bonis enim bona perdiſces. Quod ſi malis adhaeſeris, quam habes mentem procul dubio perdes.* Vides iam, quod in iis ita loquitur, quaſi virtus diſci poſſit? *Men.* Apparet. *So.* Alibi paululum immutans, ſic inquit: *Si ſana mens homini tradi poſſet, multam ſane magnamque mercedem qui id efficerent, reportarent: neque bono ex patre filius malus eſſet, prudentibus monitis imbutus. verum docendo nunquam ex malo bonum hominem facies.* Cernis hunc circa eadem contraria ſibi ipſi ſtatuere? *Men.* Videtur. *So.* Potes igitur indicare mihi rem, quamcunque tandem, cuius qui ſe doctores ſcribunt, haud aliorum tamen doctores eſſe, aut eam rem tenere; ſed pravos nullosque in eo, cuius profeſſores ſunt, eſſe ſe fateantur: aut ſi ſe fateantur eſſe praeſtantes, rem tamen eam percipi poſſe nunc quidem affirment, nunc negent: an tu qui quacunque in re ita ancipites ſunt, eius rei doctores recte

δασκάλους εἶναι; MEN. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήτε οἱ σοφισταὶ, μήτε οἱ αὐτοὶ καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες, διδάσκαλοι εἰσὶ τοῦ πράγματος, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν ἄλλοι γε.
c. MEN. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί. MEN. Δοκεῖ μοι ἔχειν ὡς λέγεις. ΣΩ. Ὡμολογήκαμεν δέ γε, πράγματος οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, τοῦτο διδακτὸν μὴ εἶναι; MEN. Ὡμολογήκαμεν. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀρετῆς οὐδαμοῦ φαίνονται διδάσκαλοι. MEN. Ἔοικε ταῦτα. ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί; MEN. Φαίνεται οὕτως. ΣΩ. Ἀρετὴ ἄρα οὐκ ἂν εἴη διδακτόν. MEN.
d. Οὐκ ἔοικεν, εἴπερ ὀρθῶς ἡμεῖς ἐσκεψάμεθα. ὥστε καὶ θαυμάζω δή, ὦ Σώκρατες, πότερον ποτὲ οὐδ' εἰσὶν ἀγαθοὶ ἄνδρες, ἢ τίς ἂν εἴη τρόπος τῆς γενέσεως τῶν ἀγαθῶν γιγνομένων.
24 ΣΩ. Κινδυνεύομεν, ὦ Μένων, ἐγώ τε καὶ σὺ, φαῦλοί τινες εἶναι ἄνδρες, καὶ σέ τε Γοργίας οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευκέναι, καὶ ἐμὲ Πρόδικος. παντὸς μᾶλλον οὖν προσεκτέον τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ ζητητέον ὅστις ἡμᾶς ἐνί γε τῷ τρόπῳ βελ-
e. τίους ποιήσει. λέγω δὲ ταῦτα, ἀποβλέψας πρὸς τὴν ἄρτι ζή-

voces? *Men.* Minime. *So.* Ergo si neque sophistae, neque boni clarique viri huius rei doctores sunt, multo minus ceteri erunt. *Men.* Certe. *So.* Si non sunt praeceptores, neque discipuli etiam. *Men.* Sicut ais, mihi videtur. *So.* An non confessi sumus, illud, cuius nec magistri neque discipuli sunt, doceri minime posse? *Men.* Confessi sumus. *So.* Et virtutis nusquam praeceptores reperiuntur? *Men.* Nusquam. *So.* Si non praeceptores, neque discipuli etiam. *Men.* Sic apparet. *So.* Virtus ergo doceri nequit. *Men.* Sic videtur, si quidem nos recte diiudicavimus. Quam ob rem vehementer admiror, o Socrates, bonos ullos inter homines reperiri, & quae sit ratio, qua boni fiunt, ambigo. *So.* Videmur, o Meno, ego simul & tu mali esse. videtur Gorgias quoque te, ac me Prodicus haud satis erudiisse. Itaque maxime omnium revocanda nobis mens est nostra, quaerendusque aliquis, qui hoc uno modo meliores nos efficiat. Haec autem dico ad superiorem inquisitionem respi-

τησιν· ὡς ἡμᾶς ἔλαθε καταγελάσως ὅτι οὐ μόνον ἐπιστήμης ἡγουμένης, ὀρθῶς τε καὶ εὖ τοῖς ἀνθρώποις πράττεται τὰ πράγματα, ἢ, εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν, ὡς οὐ μόνον ἐπιστήμης, ἀλλὰ καὶ ἄλλου τινὸς, ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι, τίνα ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. MEN. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὧδε. ὅτι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἄνδρας δεῖ ὠφελίμους εἶναι, ὀρθῶς ὡμολογήκαμεν τοῦτό γε, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. ἦ γάρ; MEN. Ναί. ΣΩ. Καὶ ὅτι γε ὠφέλιμοι ἔσονται, ἂν ὀρθῶς ἡμῖν ἡγῶνται τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦτό που καλῶς ὡμολογοῦμεν; MEN. Ναί. ΣΩ. Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι, ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ, τοῦτο ὁμοίοι ἐσμὲν οὐκ ὀρθῶς ὡμολογηκόσι. MEN. Πῶς δὴ ὀρθῶς λέγεις; ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ. εἴτις εἰδὼς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Λάρισσαν, ἢ ὅποι βούλει ἄλλοσε, εἰ βαδίζοι καὶ ἄλλοις ἡγοῖτο, ἄλλό τι ἢ ὀρθῶς ἂν καὶ εὖ ἡγοῖτο; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί δ' εἴτις ὀρθῶς μὲν δοξάζων ἥτις ἔστιν ἡ ὁδὸς, ἐληλυθὼς δὲ μὴ, μηδ' ἐπισάμενος, οὐ καὶ οὗτος ἂν ὀρθῶς ἡγοῖτο; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ ἕως γ' ἂν που ὀρθὴν δόξαν ἔχῃ περὶ ὧν ὁ

p. 97 a.

b.

ciens. nam isthuc perridicule a nobis praeteritum est, quod non solum scientia duce, recta negotia hominibus procedunt: quod quidem nisi concedatur, esse scilicet praeter illam aliud quiddam, fortasse nulla exstet ratio, qua viri boni fiant. *Men.* Quo pacto id ais, o Socrates? *So.* Sic. quod quidem bonos viros utiles esse oporteat, probe confessi sumus, cum nunquam se res aliter habeat. nonne? *Men.* Ita. *So.* Et quod utiles futuri sint, si recte agendis rebus praesint, etiam probe inter nos convenit? *Men.* Probe. *So.* Quod vero nullus recte praeesse possit, nisi sit prudens, haud satis recte ab utroque asseveratum esse constat. *Men.* Quomodo Recte dicis? *So.* Dicam. qui iter vel Larissam, vel alio quovis novit, & eo vel ipse proficiscatur, vel alios ducat, nonne recte atque bene perducet? *Men.* Prorsus. *So.* Quid vero, si quis recte opinatur quae via ferat Larissam, nunquam tamen profectus sit, neque sciverit, nonne iste quoque recte duceret? *Men.* Valde.

ἕτερος ἐπιςήμην, οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν ἔσαι, οἰόμενος μὲν ἀληθῆ, φρονῶν δὲ μὴ, τοῦ τοῦτο φρονοῦντος. MEN. Οὐδὲν γάρ. ΣΩ. Δόξα ἄρα ἀληθὴς, πρὸς ὀρθότητα πράξεως οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν φρονήσεως. καὶ τοῦτό ἐςιν ὃ νῦν δὴ παρελείπομεν ἐν τῇ περὶ τῆς ἀρετῆς σκέψει, ὁποῖόν τι εἴη λέγοντες
c. ὅτι φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν. τὸ δὲ ἄρα καὶ δόξα ἦν ἀληθής. MEN. Ἔοικε. ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ἧττον ὠφέλιμον ἐςὶν ὀρθὴ δόξα ἐπιςήμης. MEN. Τοσούτῳ γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι ὁ μὲν τὴν ἐπιςήμην ἔχων, ἀεὶ ἂν ἐπιτυγχάνοι· ὁ δὲ τὴν ὀρθὴν δόξαν, τοτὲ μὲν ἂν ἐπιτυγχάνοι, τοτὲ δ' οὔ. ΣΩ. Πῶς λέγεις; ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν, οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι, ἐωσπερ ἂν ὀρθὰ δοξάζοι; MEN. Ἀνάγκη μοὶ φαίνεται. ὥστε
d. θαυμάζω, ὦ Σώκρατες, τούτου οὕτως ἔχοντος, ὅτι δή ποτε πολὺ τιμιωτέρα ἡ ἐπιςήμη τῆς ὀρθῆς δόξης· καὶ διότι τὸ μὲν, ἕτερον, τὸ δὲ, ἕτερόν ἐςιν, αὐτῶν. ΣΩ. Οἶσθα οὖν διότι θαυμάζεις; ἢ ἐγώ σοι εἴπω; MEN. Πάνυ γ' εἰπέ. ΣΩ. Ὅτι τοῖς

So. Et donec rectam de iisdem rebus opinionem habet, de quibus alter scientiam, dux erit nihilo deterior, existimans quidem vera, sciens vero minime, quam is qui ista pernovit? *Men.* Nihilo certe. *So.* Vera ergo opinio ad recte agendum nihilo minus quam prudentia valet. atque id est, quod in consideratione virtutis in superioribus praetermisimus, dum solam prudentiam recte agendi ducem assereremus: haec autem erat opinio vera. *Men.* Videtur. *So.* Num igitur nihilo minus recta opinio, quam scientia, confert? *Men.* Hoc utique minus confert, o Socrates, quod quicunque scientiam habet, semper assequitur: qui vero rectam opinionem, interdum quidem consequitur, nonnunquam vero fallitur. *So.* Quid ais? Qui recta opinione incedit, nonne quamdiu opinatur recte, semper voti compos efficitur? *Men.* Necessarium apparet. quam ob rem miror, quare, cum ita sit, scientia tamen longe admodum praestantior habeatur, quam recta opinio: & cur utraque illarum aliud quiddam sit, dubito. *So.* Nostin', quam ob causam id mireris? an ipse vis tibi dicam? *Men.* Dic prorsus. *So.* Quia

Δαιδάλου ἀγάλματα οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν· ἴσως δὲ οὐδ' ἔστι παρ' ὑμῖν. MEN. Πρὸς τί δὲ δὴ τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ὅτι καὶ ταῦτα, ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει· ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει. MEN. Τί οὖν δή; ΣΩ. e.
Τῶν ἐκείνου ποιημάτων, λελυμένον μὲν ἐκτῆσθαι, οὐ πολλῆς τινος ἄξιόν ἐστι τιμῆς, ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον· (οὐ γὰρ παραμένει) δεδεμένον δὲ, πολλοῦ ἄξιον. πάνυ γὰρ καλὰ τὰ ἔργα ἐστί. πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας τὰς ἀληθεῖς. καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα, καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐργάζονται· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε οὐ πολλοῦ ἄξιαι εἰσὶν, ἕως ἄν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ. τοῦτο δ' ἐστὶ, Μένων p. 98 a.
ἑταῖρε, ἀνάμνησις, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ὡμολόγηται. ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι, πρῶτον μὲν ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι. καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἐστί· καὶ διαφέρει δεσμῷ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης. MEN. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἔοικε τοιούτῳ τινί. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ ἐγὼ, ὡς b.

Daedali ſtatuas nunquam conſiderasti. forte vero neque apud vos exſtant. *Men.* Quorſum haec? *So.* Quoniam hae, niſi ligentur, diſcedunt atque aufugiunt: ligatae, permanent. *Men.* Quid tum? *So.* Ex eius operibus quod ſolutum eſt, haud magni fit, inſtar fugitivi hominis: neque enim permanet: ligatum vero admiratione dignum. pulcherrima enim opera ſunt. Cuius haec gratia dico? Verarum opinionum gratia. hae quippe, quouſque ſtabiles perſeverant, pulchra quaedam opera ſunt, omniaque bona perficiunt. attamen diu conſiſtere nolunt, ſed ex hominis animo confeſtim aufugiunt: quapropter non multi pretii ſunt, donec quis illas ratiocinatione a cauſis ducta liget. Haec vero, amice Meno, reminiſcentia eſt, ut ſupra inter nos convenit. Poſtquam vero ligatae ſunt, primum quidem ſcientiae fiunt: deinde perſeverantes: proptereaque ſcientia recta opinione praeſtantior eſt, ab eaque vinculo quodam diſcrepat. *Men.* Per Iovem, o Socrates, congrua comparatio.

οὐκ εἰδὼς λέγω, ἀλλὰ εἰκάζω. ὅτι δὲ ἐσί τι ἀλλοῖον ὀρθὴ δόξα καὶ ἐπισήμη, οὐ πάνυ μοι δοκῶ τοῦτο εἰκάζειν· ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο φαίην ἂν εἰδέναι (ὀλίγα δ' ἂν φαίην) ἓν δ' οὖν καὶ τοῦτο ἐκείνων θείην ἂν ὧν οἶδα. MEN. Καὶ ὀρθῶς γε, ὦ Σώκρατες, λέγεις. ΣΩ. Τί δέ; τόδε οὐκ ὀρθῶς; ὅτι ἀληθὴς δόξα ἡγουμένη τὸ ἔργον ἑκάσης τῆς πράξεως, οὐδὲν χεῖρον ἀπεργάζεται ἢ ἐπισήμη; MEN. Καὶ τοῦτο δοκεῖς μοι ἀληθῶς λέ-
c. γειν. ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ὀρθὴ δόξα ἐπισήμης χεῖρον οὐδὲ ἧττον ὠφελίμη ἔσται εἰς τὰς πράξεις· οὐδὲ ἀνὴρ ὁ ἔχων ὀρθὴν δόξαν, ἢ ὁ ἐπισήμην. MEN. Ἔσι ταῦτα. ΣΩ. Καὶ μὴν ὅγε ἀγαθὸς ἀνὴρ, ὠφέλιμος ἡμῖν ὡμολόγηται εἶναι. MEN. Ναί. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνον δι' ἐπισήμην ἀγαθοὶ ἄνδρες ἂν εἶεν, καὶ ὠφέλιμοι ταῖς πόλεσιν, εἴπερ εἶεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὀρθὴν δόξαν· τούτοιν δὲ οὐδέτερον φύσει ἐσὶ τοῖς ἀνθρώποις, οὔτε ἐπι-
d. σήμη, οὔτε δόξα ἀληθής· οὔτ' ἐπίκτητα. ἢ δοκεῖ σοι φύσει ὁποτερονοῦν αὐτοῖν εἶναι; MEN. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπει-

So. Quin etiam ipse non tanquam sciens, sed ut coniectans ita loquor. Quod vero sit aliud quiddam vera opinio quam scientia, haud omnino plane mihi coniicere videor: sed & si quidquam aliud me scire faterer, quae sane pauca sunt, unum hoc iis quae scio, adnumerem. *Men.* Probe, o Socrates, loqueris. *So.* Quid vero? nonne hoc quoque recte, quod vera opinio opus quodlibet ducens, nihilo peius quam scientia illud assequitur? *Men.* Hoc quoque verum. *So.* Nihilo igitur vera opinio quam scientia deterior, nec minus ad actiones utilis est: ut neque vir veram opinionem habens, quam scientia praeditus. *Men.* Ita est. *So.* Quin etiam virum bonum utilem esse conveniebat. *Men.* Convenit. *So.* Si igitur homines non per ipsam scientiam solum boni atque utiles civitatibus essent, si modo invenirentur, sed etiam per opinionem rectam: horum vero neutrum natura hominibus inest, neque scientia, neque vera opinio: neque etiam adventitia haec sunt: num videtur istorum aliquod natura inesse? *Men.* Mihi nequaquam. *So.* Nonne, postquam natura non insunt, neque boni etiam viri

INDEX
AMICORUM PLATONIS QUI NOVI ACCESSERUNT.

Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Vincentius S. R. I. *Princeps & Epiſcopus Laventinus*, e Comitibus de Schrattenbach &c. Praepoſitus Eccl. Salienſis, Vicarius Generalis & Canon. Salisburg. &c.

Bibliotheca Paedagogii *Darmſtadini.*
Bibliotheca Scholae Principalis *Miſnenſis.*

A.

———*Apel*, I. U. D. Sereniſſ. Elector. Sax. a conſiliis aulicis, Senator Lipſienſis &c.

Io. Fr. Ern. *Albrecht*, Doct. Med. Peinae.

Frid. Car. Phil. *Aulenbach*, hum. liter. ſtud. in Gymn. ill. Bipont.

B.

———*Baſt*, Alſat. Studioſ.

Chr. Ge. Iul. *Braeſs*, Inſtituti philologico - paedagogici membrum, Helmſt.

E.

———*Engel*, Prof. Linguarum Orient. Moguntiae.

F.

Io. Conr. Burchard. *Fiſcher*, Inſtituti philologico-paedagogici membrum, Helmſt.

G.

Io. Car. Siegfr. *Germar*, Inſtituti philologico - paedagogici membrum, Helmſt.

Io. Henr. *Goedekke*, Collaborator in inſtituto philologico-paedagogico, Helmſt.

Reverendiſſimus *Godofridus*, Abbas Scheftlarienſis, Ordinis Praemonſtratenſis in Superiori Bavaria.

Io. Chriſtoph. *Gottleber*, Scholae Principalis Miſnenſis Rector.

H.

Ben. Frid. *Haueiſen*, Seren. Margravii Onoldini a commiſſis rebus negotiator. & bibliopola aulicus, Baruthi.

———*Heidegger*, a Conſiliis Tribun. Turicenſ.

Car. Guil. Ern. *Heimbach*, Theolog. Stud. Helmſt.

———*Heſſe*, Studioſ. Alſat.

Ge. Henr. *Hieronymi*, Rev. Min. Candidatus, Helmſt.

Io. Nic. Lud. *Hoerſtel*, hum. liter. ſtudioſ. in Paedagogio Helmſt.

———*Hummel*, Profeſſor Ulm.

I.

Phil. Iac. *Iuncker*, V. D. M. Obenhemii Alſatiae.

K.

Leonh. *Koechly*, Bibliopega Tigur.

———*Koeppen*, Collaborat. Paedag. Ilefeld.

———*Konold*, Stud. Ulm.

———*Krauſe*, Theol. Stud. Lipſ.

L.

———*Lahr*, V. D. M. Luneburg.

———*Luder*, LL. Studioſ. Goetting.

R.

———*Ruhkopf*, Hildeſ. LL. Stud. Goetting.

———*Richter*, Tranſilvan. Studioſ. Erlang.

Nobilis *de Retzer*, Caeſareus librorum cenſor, & ab epiſtolis Caeſ. concipiendis.

S.

Don Antonio *di Sancha*, Madriti.

———*Schaller*, Stud. Alſat.

Ge. Ant. Chriſtoph. *Scheffler*, SS. LL. Studioſ. Helmſt.

Io. Fr. *Schlipſtein*, Ephorus liberorum illuſtriſſ. de Thadden, tribuni militum, Halae.

Io. Liebrecht *Schreger*, Scholae Principalis Miſnenſis Collega.

Io. *Schweighaeuſſer*, Profeſſ. Buxivill.

———*Steinbrunner*, Theol. Cand.

T.

Illuſtriſſ. *de Taubenheim*, Sereniſſ. Ducis Wurtenberg. a conſiliis intimis, & curiae iudex.

Io. Georg. *Treuttel*, Bibliopola Argent.

Car. Henr. *Tzſchuke*, Scholae Principalis Miſnenſis Collega.

V.

———*Valett*, Hamb. Stud. Erlang.

Io. Caſp. *Velthuſen*, Theol. D. & Prof. Abbas in Marienthal & Superint. generalis.

Chriſt. Dan. *Voſs*, Inſtituti philologico - paedagogici membrum, Helmſt.

W.

Gottl. Fr. *Wagner*, vectigalium exactor generalis Lipſ.

CONTINUATIO
NOTITIAE LITERARIAE
Io. Alb. Fabricii
auctioris
DE SINGULIS LIBRIS PLATONIS.

I. ΓΟΡΓΙΑΣ, ἢ περὶ Ῥητορικῆς, ἀνατρεπτικός. In hoc dialogo Socrates cum Gorgia & Polo, rhetoribus, diſputans, poſtquam contendiſſet, rhetoricam nihil aliud eſſe quam artem perſuadendi in foro ceterisque coetibus, non docendo accurate rei naturam, ſed fidem qualemcunque faciendo oratione, δημιουργὸν πειστικῆς (ita pro πιστευτικῆς legit Sextus L. II contra Mathematicos p. 64) ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς, colligit, eam parum eſſe utilem artem aut ſcientiam, ſed malam potius, κολακείαν, corruptricem πολιτικῆς, niſi ad iuſtum & bonum referatur: uſum videlicet quendam & peritiam venuſtatis in dicendo ad voluptatem audientium, & ornandas oratione cauſas iniuſtas; itaque pari paſſu ambulare cum Sophiſtica, Ὀψοποιητικῇ & Fucatoria ſive Κομμωτικῇ; quae & ipſae voluptatem ſectentur ſolam, corrumpantque Νομοθετικὴν & Medicam artem ac Gymnaſticen. Tum vero adverſus Calliclem probat, nihil utilius eſſe ſtudio philoſophiae ac virtutis, & hanc veram artem civilem a ſe exerceri ſolo. Clauditur dialogus inſigni deſcriptione divini iudicii, cui poſt mortem anima cuiusque hominis, maxime principum, ſubiiciatur.

Cicero L. I de Oratore ſ. 47, c. 11. inquit: -- *harum diſputationum inventori & principi longe omnium in dicendo graviſſimo & eloquentiſſimo* Platoni, *cuius tum Athenis cum Chas-*

* *

mada diligentius legi Gorgiam: *quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur.* Idem de Orat. III, s. 129. c. 32 de Gorgia tradit: *Ipse ille Leontinus* Gorgias, *quo patrono* (*ut Plato voluit*) *Philosopho succubuit orator, qui aut non est victus unquam a Socrate, neque sermo ille Platonis verus est; aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit & disertior Socrates, & ut tu appellas, copiosior & melior orator: sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re, quaecunque in disceptationem quaestionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet audire; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur.* Gorgias ipse quidem lecto hoc dialogo dixit, se nihil eiusmodi vel audivisse a Socrate, vel ad Socratem locutum esse, teste Athenaeo L. XI, p. 505. Idem Gorgias Platonem vocavit *νέον* Ἀρχίλοχον, ac si dicas aliorum criminatorem. At *Athenaeum*, qui eodem loco chronologicam hallucinationem commissam Platoni obiicit, castigat *Petavius* IX, 39 doctr. temporum; cf. *Casaubonum* V, 18 ad Athenaeum p. 217.

Sententiae, ex qua nihil praeter virtutem bonum dicitur, sive beata vita ponitur in una virtute, gravitatem a Platonis auctoritate repetens *Cicero* Tuscul. V, s. 34 sq. c. 12 excitat inprimis locum ex Gorgia. Alium locum, de falsae philosophiae probris, quae Callicles verae philosophiae ignarus, in Socratem philosophum s. veram philosophandi rationem indigne confert, ex Gorgia exemtum adducit *Gellius* X, c. 22, neque tamen ipse vertere ausus, *quum*, inquit ille, *ad proprietates verborum nequaquam possit latina oratio adspirare, ac multo minus etiam mea.*

Agricola quidem Corinthius, cum in Gorgiam Platonis incidisset, agrum vitesque deserens animum suum Platoni deinceps dedit, ut narrat *Themistius* Orat. XXIII, p. 295. *Aristides* autem Rhetor huic dialogo opposuit orationes suas Platonicas, quibus Rhetoricae pariter & quatuor virorum, quos in

δὴ οὐ φύσει, οὐδὲ οἱ ἀγαθοὶ φύσει εἶεν ἄν. MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἐπειδὴ δέ γε οὐ φύσει, ἐσκοποῦμεν τὸ μετὰ τοῦτο, εἰ διδακτόν ἐστι. MEN. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν διδακτὸν ἔδοξεν εἶναι, εἰ φρόνησις ἡ ἀρετή; MEN. Ναί. ΣΩ. Καὶ εἴγε διδακτὸν e.
εἴη, φρόνησις ἂν εἴη; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ εἰ μέν γε διδάσκαλοι εἶεν, διδακτὸν ἂν εἴη; μὴ ὄντων δὲ, οὐ διδακτόν; MEN. Οὕτως. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὡμολογήκαμεν μὴ εἶναι αὐτοῦ διδασκάλους. MEN. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Ὡμολογήκαμεν ἄρα μήτε διδακτὸν αὐτὸ μήτε φρόνησιν εἶναι; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἀγαθόν γε αὐτὸ ὡμολογοῦμεν εἶναι. MEN. Ναί. ΣΩ. Ὠφέλιμον δὲ καὶ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ὀρθῶς ἡγούμενον. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Ὀρθῶς δέ γε ἡγεῖσθαι δύο ὄντα ταῦτα μόνα, δόξαν τε ἀληθῆ καὶ ἐπιστήμην· ἃ P.
ἔχων ἄνθρωπος, ὀρθῶς ἡγεῖται. τὰ γὰρ ἀπὸ τύχης γιγνό- 99
μενα, οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἡγεμονίᾳ γίγνεται· ᾧ δὲ ἄνθρωπος ἡγεμών ἐστιν ἐπὶ τὸ ὀρθὸν, δύο ταῦτα, δόξα ἀληθὴς καὶ ἐπιστήμη. MEN. Δοκεῖ μοι οὕτως. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐ διδακτόν ἐστιν, οὐδ' ἐπιστήμη δὴ ἐπιγίγνεται ἡ ἀρετή. MEN. Οὐ φαίνε-

natura erunt? *Men.* Non ſane. *So.* Quoniam vero nequaquam natura, utrum doctrina conſiderabamus. *Men.* Ita. *So.* Et doctrina comparabilis viſa eſt, ſi ſit prudentia virtus? *Men.* Eſt. *So.* Et ſi comparabilis per doctrinam, prudentia quoque viſa eſt? *Men.* Prorſus. *So.* Ac ſi praeceptores eſſent, doceri poſſe: ſi non, minime? *Men.* Sic eſt. *So.* Et praeceptores eius eſſe communi conſenſu negavimus. *Men.* Negavimus. *So.* Concluſimus itaque, neque doceri illam, neque prudentiam eſſe? *Men.* Concluſimus. *So.* Praeterea bonum ipſam eſſe conceſſimus. *Men.* Conceſſimus. *So.* Bonum autem & utile eſſe quod recte ducit. *Men.* Maxime. *So.* Recte denique ducere duo haec ſola, veram opinionem atque ſcientiam: quibus homo praeditus dux eſſe aliis vere poteſt. Quae enim fortuna contingunt, imperio humano nequaquam fiunt: quibus autem homo ad rectum dux eſt, duo haec ſunt, opinio vera atque ſcientia. *Men.* Idem mihi videtur. *So.* Igitur cum virtus doctrina percipi nequeat,

ται. ΣΩ. Δυοῖν ἄρα ὄντοιν ἀγαθοῖν καὶ ὠφελίμοιν, τὸ μὲν ἕτε-
b. ρον ἀπολέλυται, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἐν πολιτικῇ πράξει ἐπιστήμη
ἡγεμών. MEN. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα σοφία τινὶ οὐδὲ
σοφοὶ ὄντες οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες ἡγοῦντο ταῖς πόλεσιν οἱ ἀμφὶ
Θεμιστοκλέα τε καὶ οὓς ἄρτι Ἄνυτος ὅδε ἔλεγε. διὸ καὶ οὐχ
οἷοί τε ἄλλους ποιεῖν τοιούτους οἷοι αὐτοί εἰσιν, ἅτε οὐ δι' ἐπι-
στήμην ὄντες τοιοῦτοι. MEN. Ἔοικεν οὕτως ἔχειν, ὦ Σώκρα-
26 τες, ὡς λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ἐπιστήμη, εὐδοξίᾳ δὴ τὸ
c. λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι, τὰς πόλεις
ὀρθοῦσιν· οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες πρὸς τὸ Φρονεῖν, ἢ οἱ
χρησμῳδοί τε καὶ οἱ θεομάντεις. καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν
ἀληθῆ καὶ πολλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. MEN. Κιν-
δυνεύει οὕτως ἔχειν. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Μένων, ἄξιον τούτους
θείους καλεῖν τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες, πολλὰ
καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι. MEN.
Πάνυ γε. ΣΩ. Ὀρθῶς ἂν καλοίμεν θείους τε, οὓς νῦν δὴ ἐλέ-
d. γομεν χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις, καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαν-

nequaquam ſcientia eſt. *Men.* Non apparet. *So.* Cum ergo duo ſint bona atque utilia, alterum illorum reiicitur, ſcientia ſcilicet, neque illa in actione civili principatum tenet. *Men.* Non, ut mihi videtur. *So.* Non ergo ſapientia quadam, neque ut ſapientes, civiles iſti homines rempublicam adminiſtrant, ut Themiſtocles, & quos paulo ante Anytus retulit. unde nec ceteros tales, quales ipſi ſunt, reddere poſſunt, quippe qui ſcientia nulla huiuſmodi ſint praediti. *Men.* Ita, ut ais, eſſe videtur, o Socrates. *So.* Si non ſcientia, reſtat, ut opinione recta utentes civiles viri civitates gubernent, ac haud ſecus ad prudentiam ſe habeant, quam vates divinoque furore correpti. Etenim hi vera quam plurima nuntiant, nihil tamen eorum, quae loquuntur, intelligunt. *Men.* Sic eſſe videtur. *So.* Nonne igitur, o Meno, divinos huiuſmodi viros appellare decet, qui mente nequaquam utentes, multa tamen ac magna faciunt, & agendo & dicendo diſponunt? *Men.* Prorſus. *So.* Quamobrem merito divinos vocabimus, quos modo praediximus vates, furo-

τας· καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἧκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ αἱ γε γυναῖκες δή που, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, θείους καλοῦσι· καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος. MEN. Καὶ φαίνονταί γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγειν· καίτοι ἴσως Ἄνυτος ὅδε σοὶ ἄχθεται λέγοντι. ΣΩ. Οὐδὲν μέλει ἔμοιγε. τούτῳ μὲν, ὦ Μένων, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα· εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτόν· ἀλλὰ θεία μοίρᾳ παραγιγνομένη, ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνηται. εἰ μή τις εἴη τοιοῦτος τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν, οἷος καὶ ἄλλον ποιῆσαι πολιτικόν. εἰ δὲ εἴη, σχεδὸν ἄν τι οὗτος λέγοιτο τοιοῦτος ἐν τοῖς ζῶσιν, οἷον ἔφη Ὅμηρος ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸν Τειρεσίαν εἶναι, λέγων περὶ αὐτοῦ ὅτι Οἷος πέπνυται [τῶν ἐν ᾅδου,] τοὶ δὲ c. P. 100 a.

tesque, ac poëticos homines universos: civilesque homines non minus quam reliquos divinos existimabimus, divino afflatos numine, deoque penitus occupatos, quandoquidem rempublicam dirigunt, multa maximaque dicentes, quae nequaquam intelligunt. *Men.* Maxime. *So.* Mulieres quoque, o Meno, bonos viros divinos nuncupant: & Lacones, quoties bonum quendam virum commendare volunt, Divinus hic vir, aiunt. *Men.* Et recte quidem loqui videntur, o Socrates: quanquam Anytus hic tibi forte talia loquenti succenset. *So.* Haudquaquam mihi curae est: cum hoc enim, o Meno, rursus differemus. Si autem nos in omni hac disputatione recte perscrutati sumus, virtus utique nec doctrina neque natura nobis aderit: verum divina forte absque mente in eum, qui illam sortitus fuerit, influet: nisi forte quis ex civilibus talis exsistat, ut alium quoque civilem efficere possit. Quod si exstiterit, talis hic inter viventes erit, qualem Homerus ait Tiresiam inter mortuos esse, sic dicens: *Inter eos, qui apud inferos sunt, solus sa-*

σκιαὶ ἀΐσσουσι. ταυτὸν ἂν καὶ εὐθὺς οὗτος τοιοῦτος, ὥσπερ παρὰ σκιὰς, ἀληθὲς ἂν πρᾶγμα εἴη πρὸς ἀρετήν. MEN.
b. Κάλλιςα δοκεῖς μοι λέγειν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τοῦ λογισμοῦ, ὦ Μένων, θεία μοίρᾳ ἡμῖν φαίνεται παραγιγνομένη ἡ ἀρετὴ οἷς παραγίγνεται. τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ εἰσόμεθα τότε, ὅταν πρὶν ᾧ τινι τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγιγνεται ἡ ἀρετὴ, πρότερον ἐπιχειρήσωμεν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ζητεῖν τί ποτ' ἐςὶν ἀρετή. νῦν δ' ἐμοὶ μὲν ὥρα ποι ἰέναι. σὺ δὲ ταῦτα ἅπερ αὐτὸς πέπεισαι, πεῖθε καὶ τὸν ξένον τόνδε Ἄνυτον, ἵνα πραότερος ᾖ. ὡς, ἐὰν πείσῃς τοῦ-
c. τον, ἔξιν ὅ, τι καὶ Ἀθηναίους ὀνήσεις.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΜΕΝΩΝΟΣ.

pit, ceteri vero umbrae volitant. Similiter & civis hic ad alios, tanquam ad umbras, se haberet. vera enim res, si virtutem spectes, esset. *Men.* Optime mihi dicere videris, o Socrates. *So.* Ex hac itaque ratione, o Meno, divina sorte virtus adesse, cuicunque adsit, apparet. Veritatem tamen de hoc perspicuam tum denique comprehendemus, cum, antequam quo pacto virtus adsit quaeratur, quid ipsa secundum se ipsam sit, investigare tentabimus. Nunc autem hora iam est, ut hinc alio abeam. Ipse vero quod tibi persuasum est, Anyto huic hospiti tuo vicissim persuade, quo mitior sit. nam si ei hoc persuaseris, Athenienses quoque iuvabis.

FINIS MENONIS.

extrema parte Plato perſtringit, Cimonis, Miltiadis, Themiſtoclis & Periclis apologiam eſt complexus. E recentioribus Hieron. *Cardanus* ſcripſit *Antigorgiam*. Exſtat & in Platonis Gorgiam *Olympiodori* commentarius MS. ex quo nonnulla profert *Allatius* de ſcriptis Socratis p. 116. At *Hieroclis* duplex exegeſis a Theoſebio excepta, cuius meminit Damaſcius ap. *Photium* Cod. CCXCI, p. 555 (Cod. CCXLII, p. 551 ed. Hoeſchel. 1601). Periit & *Tauri Berytii* commentarius in Gorgiam Plat. quem laudat Gellius VI, c. 14, ſimul verba Platonis de poeniendi cauſis excitans; & *Eubuli* memoratus Porphyrio in vita Plat. c. 20.

Prodiit *Gorgias* ſeparatim *graece* Argentorati 1541, 4 apud Wendel. Rihelium, ex cuius officina etiam alios dialogos id temporis curante Io. Sturmio exiiſſe diximus in notitia liter. de Plat. volumini I praemiſſa p. XCII ad an. 1540. *Gallice* translatus doct. patre *Grou*, Reip. Plat. &c. interprete exſtat in dial. Plat. ab ipſo verſorum vol. II, quod prodiit Amſtel. ap. Marc-Michel Rey 1770 vol. II, 8. *Germanice* ſatis probabiliter verſus lucem vidit Turici (Zürch) 1775, 8. (auct. I. G. *Schultheſs*); particulam quoque ante tranſtulerat Io. Euſtach. *Goldhagen*, Rector Magdeburg. inſertam in commentt. hebdomadariis inſcriptis *Der Greis*, Magdeb. 1764, 8. vol. 1. part. 8.

Ἴων, ἢ περὶ Ἰλιάδος, πειραστικός, *De poëtico charactere* ſeu *de poëtarum exponendorum ratione*. Reſpicitur a *Suida* in Διδυραμβοδιδάσκαλοι, ubi ait exſtare Socratis λόγον εἰς τὸν Ἴωνα. Idemne ſit *Ion Epheſius*, rhapſodus Homericus (cuius nomine dialogum inſcripſit Plato) cum *Ione Chio*, (de quo I. A. Fabricius L. II Biblioth. Gr. in Tragicis p. 681), vide diſputantem Ionſium L. II de ſcriptoribus hiſt. philoſ. c. 13. Ceterum Laërtius IV ſ. 31, ubi de Arceſila ſcribit: Ἴωνα δὲ καὶ ἐχαρακτήρισε νέος ὤν, non reſpexit dialogum Platonis, ſed ſcripta Ionis Tragici. Inter Aeſchinis quoque dialogos Ἴων fuit. Quod vero in hoc dialogo de poëtis & aliis viris non paucis, per populi praecipue ſuffragia ad

* * *

honores evectis, detrahat, tanquam δυσμενὴς & invidus perſtringitur Plato apud *Athenaeum* Lib. XI, p. 506. Varie autem diſputatur de conſilio Platonis in ſcribendo hoc dialogo. *Sydenhamus* quidem Anglus & *Arnaldus* Gallus, interpretes Ionis, quos mox nominabimus, Platonem arbitrantur tecte voluiſſe reprehendere poëtas, qui divino numine correpti canant ſine ipſarum rerum intelligentia; ſed ut ne poëtis bilem moveret, aut in Graecorum illis faventium invidiam incurreret, rhapſodos, qui illorum carmina recitabant, inſipientiae arguere maluiſſe. Verius autem *Müllero*, novo Ionis editori, videtur Plato rhapſodos, vanum hominum genus, ſimile Sophiſtis, exagitare voluiſſe. Poëtarum certe ſimiae erant Rhapſodi illi, carminum recitatores, interpretes & cantores: atque ſuos quisque poëta invenit rhapſodos, maxime Homerus Homericos, qui aliorum poëtarum carminibus ſive recitandis ſive interpretandis inepti videbantur. Sumto igitur & conceſſo, poëtas non ſcribere carmina niſi furore divino, qui poëticus dicitur, commotos; neque adeo arte propria pollere, aut ea, quae cecinerint, intelligere, ſed miniſtros eſſe Dei carmina dicentis: rhapſodos colligit, poëtarum miniſtros, poëtarum afflatu, non ſua arte, recitare vel interpretari carmina, & auditorum animos occupare. Pulchre ſatis Deum, poëtarum auctorem, confert cum magnete lapide, qui annulos ferreos concatenatos non ſolum attrahit, ſed iis etiam vim ſuam infundit; poëtae animum a Deo occupatum cum annulo, qui proxime trahitur a magnete, & ab eo ſimilem vim ſuſcipit; & ſpectatorem ſ. auditorem cum annulorum extremo; inter quos medius ſit rhapſodus, poëtae recitator & mimus. Hinc concludit, rhapſodos ſua mente captos, nulla arte & ſcientia earum rerum, quas cecinerint poëtae, inſtructos in recitandis & interpretandis poëtis verſari; Ionemque tandem facetiſſime eludit.

Graece & latine ſigillatim prodiit hoc titulo: *Platonis dialogus* Io, *ſive de furore poëtico, ad fidem Codicis Venet. veterumque edd. revocatus, una cum interpr. lat. editus & animadverſionibus illuſtratus a Marco Guil.* Müller, *Ill. Gymn. Altonani Subrectore, Hamburgi ap. Bohn.* (1782) 8. Graecum

quidem textum haud satis curate, eumque sine accentibus dedit, secutus credo exemplum clar. I. E. Biesteri, IV dialogorum editoris, neque tamen non iniustam eius rei censuram subiit in comm. liter. Goetting. an. 1782 Additam. 42, p. 667. Laudanda vero est diligentia, quam in varietate adnotanda praestitit, vel etiam magis egregia clar. *Morellii* bibl. S. Marci Venetae praefecti humanitas, qui ex melioris notae Cod. Veneto, olim Bessarionis, sec. XII exarato & cum ed. Stephani collato varias lectt. excerpsit textui a doct. Müllero subiectas. Versionem Serrani passim correxit editor; ad illustrandum vero dialogum praeiverunt maxime Floyerus Sydenhamus Anglus & Arnaldus Gallus; ipse quoque quaedam pulchrius explicat.

Anglice vertit & illustravit Floyerus *Sydenhamus* an. 1759, ac denuo correctius edidit an. 1768 inter dialogos Plat. a se Anglice versos vol. I, cf. praef. nostram vol. III, p. IV.

Gallica interpretatio presbyteri Doct. *Grou*, olim S. I. exstat in dialogis ab ipso versis Tom. II, qui & Bibl. vett. phil. Gallice editae 8, adiecti sunt. Aliam dedit aliorum contemtor *Arnaldus* Acad. Inscr. & eleg. lit. Paris. socius in hist. & Commentt. Acad. Tom. XXXIX, p. 249 sqq. qui idem disquis. de Platonis scribendi genere & consilio, quod in Ione scribendo secutus est, iam ante vulgavit in Comm. T. XXXVII. Ipse tamen Arnaldus reprehensionem meretur, quod cum fere nihil aliud egerit, quam ut Sydenhami sententias ipsaque adeo verba redderet, nomen viri haud appellaverit, notante Müllero in praef. Ionis.

Italice praeter Bembum Platonis interpretem reddidit Nic. *Trivizanus*, quam versionem cum alia Lisidis iunctam hoc titulo: Il Liside di Platone, de l'amicitia, tradotto da Francesco Colombi, & il furor poëtico da Nic. Trivizani, in lingua Toscana Vinegia 1548 refert Müllerus ex Catal. libr. impr. Bibl. reg. Paris. T. I, p. 430 n. 3522.

Germanice translatus exstat in Opp. Plat. vernacule editis, Tom. I. Lemgoviae 1778 p. 505 - 530.

* * * *

III ΦΙΛΗΒΟΣ, ἢ περὶ ἡδονῆς, ἠθικός. *De voluptate*, quod nec in illa bonum hominis consistat, nec in φρονήσει; sed in utriusque mixtione & communicatione cum summo bono, Deo. *Galeni* liber περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, tum *Eubuli* & *Procli* commentarius intercidere; nec minus *Marini*, ab auctore ipso flammis traditus. Exstat vero *Olympiodori* commentarius.

Graece una cum Symposio e rec. H. Stephani varietate lect. animadversionibusque criticis illustratum edidit I. Frid. *Fischerus*, Lipsi. 1776, 8.

Gallice reddidit doct. *Grou* T. II Dial. a se versorum. *Germanica* versio exstat Operum Plat. Lemgovienſi interpretatione T. I, p. 353 -- 482.

IV ΜΕΝΩΝ, ἢ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός. *De virtute*, an doceri possit, quod negat Socrates, divino eam munere contingere concludens; neque aliud esse scientiam, quam recordationem superioris vitae: quod confirmat advocato pusione, e quo interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati. Meminit Cicero Tusc. I, c. 57 c. 24. notatque eundem locum accuratius explicatum in Phaedone.

Graece eum cum Critone & Alcibiade utroque edidit I. E. *Biesterus*, Berolin. 1780, quos eosdem *Germanice* edidit clar. Frid. *Gedike*, ibid. eod. pulchrius sane versos, quam in collectione Lemgovienſi, & notulis etiam criticis ad textum Graecum emendandum facientibus illustratos. *Anglice* reddidit an. 1769 Floyerus *Sydenhamus* Vol. II dialogg. Plat. an. 1773, 4 recusum. *Gallice* doct. *Grou* T. II dialog. a se versorum.

Addenda ad Notitiam literariam de Platone vol. I praemiſſam.

ad p. LXIX not. 4. Aliquot Platonis imagines conſpiciendas praebet Gronovius Theſ. Antiqq. Graec. vol. II, tab. 83.

ad p. XCIV & XCVI Euthyphron & Criton Graece quoque legitur in libro chreſtomathico, in Germania rariori, nobis in bibliotheca Viri humaniſſimi, Leypoldi, inter Gymnaſii Argentoratenſis praeceptores principis, viſo, qui inſcribitur: Ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογική, *Graecorum auctorum* delectus, editus ab Ioh. Pathuſa, *Athenienſi. Novae eius delectus pro regia Neap. Academia -- curatae magis atque elegantior -- editio. Venetiis, excudit Franc. Pitteri* 1741 2 voll. 8. Vol. I. p. 87 - 101 habet Euthyphronem, p. 102 - 113 Critonem. *Critonis* particulam vertit quoque germanice I. Euſt. *Goldhagen* in comm. hebdom. inſcriptis *Der Greis* vol. II. partic. 23.

ad p. XCIX *Phaedonem* poëta ſuperiori aetate clarus C. F. de *Hofmannswaldau* expreſſit in ſuis verſionibus & poëm. germ. quae prodiere Vratislaviae 1679, 8.

ERRATA.

pag. 84. *lin.* 12. pro πεσβύτερον leg. πρεσβύτερον.
pag. 211. *lin.* 8. pro παὶ leg. καὶ.
pag. 232. *lin.* 9. in quibusdam exemplaribus pro πεπ ωκέναι leg. πεπτωκέναι.

ROTANOX
2014